

11
SIE

IN
Santen

51







Este el Colegio de Cta. Cath.
Jmo. de Osma fundⁿ de Yppm
m^o S.

R. P. Fr.

**ANTONIJ
CASTEL,
IN MAGISTRVM
SENTENTIARVM.**

Dio est. Tomos D^r. Pablo Palmer Calvo Co
leg^r sexto Insigne de Osma, y Cura de
Castillo de Haro d. 26.1795 =



Я. П. Е.
АНИОНИ
CASTEL
IN MAGISTRUM
SENTRYARUM



R. P. Fr.

ANTONIJ CASTEL,

E MINORVM ORDINE SANCTI FRANCISCI

Regularis Observantiae Provinciae Aragoniae; Lectoris

Jubilati, ac Cæsar-Augustanæ Vniverstatis
Soy de el collegio de Alma Doctoris: *debta Cat 2 dñi*

BREVIS EXPOSITIO

AD QVATVOR PETRI LOMBABDI,

Parisiensis Episcopi & Sententiarum Magistri Libros,

SEDVLO, AC LEPIDE CONCINNATA.

Tomus Primus.

R.^{mo} P.N.F. IOANNI ALVIN.

JUBILATIONIS LAVRO FLORENTISSIMO;

Supremi Fidei Senatûs Censori Præclarissimo; Pro Sacro
Immaculatæ decore Magistratui Regio; Civitatensis Ovilis

Pastori per ostium designato; Totius Ordinis Fratrum

Minorum Generali Ministro, ac Pauperum Pa-

triarchæ Successori vnde quaque legitimo.

CÆSAR-AVGVSTÆ: In Officina DOMINICI GASCON, Regij,

Generalisque Nosocomij de Gratia Typ.

DIDACVS de LARVMBE, Typ. Excudebat, Anno d^o xcviij.

DIVICAS DE TARRAMPY (by excommunicate) anno 1292 post mortem
CERZAR-AUGUSTE DE TARRAMPY DOMINUS DUCENS (by excommunicate)

Misionum Quatuor Miliugio, ac Pampetatum Pa-
tientibus o mirem congeatio, Totius Oridinis Hesuitarum
Immaculatis deo Nostri Regis Civitatisque Oarissimae
Capitulum Regis Sacerdotum Cenotaphi Presertim
Iuramentationis Lavoro Florentissimo;

SEBALDO, AC ETIAM CONCINNATU
Patriae Eboracensis & Souterraneum Maligni Lipsiorum
AD. 6. A. T. V. O. R. PETRI LOMBARDI
BRIBAS EXPOSITIO

Dogmatis
Japonicus, ac Celer-Augustanus Vicariatus
Regulus Opelanus Provincialis Altagoensis, Legonis
E MINORVM ORDINE SANCTI FRANCISCI

R. P. F.
ANTONI
CASTEL

Reverendissime Pater.



N capite Libri, Sententiarum Primi, non Caput tuum optimum exoptarat Author, cùm sat foret (nec vtrà posset ambitus defligrare, & folium eius non defluere) in sca bellum pedum tuorum vertere , ni potius in altum ducens, quæque tecum docens, profundius eructare. Lingua mea calamus , velociter tametsi scribens , tentabit Magistri litteram , at non tui Magisterij Spiritum; Scriptorum nanque mare magnum , in comparatione illius , & tanquam arena exigua : nec sic prælo spatio sum manibus, ac sacro virtutum prælio, tuis speciosum pedibus , pacem cum bonis evangelizantibus , vbiique Tu, etiam maiorum delens, quicquid Minorum Religio dolens, tenens iuxta Michaelis Numen, tota vestra Provincia Nomen; ideoque alia Angelorum Provincia comitata gaudens. Nos etenim, nunc , & semper loquimur vt parvuli, per speculum in litteræ ænigmate; Tu autem loqueris, quæ decent sanam doctrinam, verba vittæ habens, in dilectione, in patientia, in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile, vt is, qui ex adverso fuit , vereretur, nihil habens malum dicere de Te.

Loquebaris semper ut Vir, nonque doctas fabulas
fecutus, dum Seraphici Patris Successor, notam fecisti
Nobis Christiferæ Regulæ virtutem, & tanti Patriar-
chæ præsentiam; sed speculator facti illius magnæ cel-
stitudinis, ostendisti, ex quo vox Patris intonuit, quæ
erat illa Celsitudo altissimæ paupertatis, Nos illius cœ-
lestis Regni hæredes instituens, ibique tuum brachium
cum potentia, cum pauperes rebus feceras, virtutibus
sublimaras. Et hanc vocem Nos audivimus, dum Te-
cum eramus in monte Sancto, in lachrymarum valle, &
vbiunque pes tuus in directo steterat. Sic Ministerium
Generale tuum implens, valuisti dicere, Singulariter
sum Ego, donec transeam, exultans ut Gigas ad conti-
nuandam viam illius Maximi Marci Zarzosa, semper
Reverendissimi, à summo zelo egredientis, usque ad
summum eius Tu occrens, bonum vbiique faciens, à
malo penitus divertens, de virtute in virtutem trans-
siens, Dei nostri semitas ostendens, aspera in plana re-
ducens, quæ ad sobrietatem pure sapiens, altitudinem
diei non timens, vigilias noctis bonus Pastor custodiens,
parvulis non solum panem frangens, in omnibus bono-
rum operum Te ipsum exemplum præbens; præ oculis
semper habens, quam patrum proficiat Francisci succe-
sio, si vera deficiat imitatio.

23 Cuncta cum perficiens, fidem servans, & Ministerij
Generalis cursum consummans, Catholicus noster Rex,
sem-
T

semper Augustus, ni gratiæ principatu , honore Regis
iudicium diligens , gloriøsæ Patriæ tñæ Civitatemis
Præsulatûs Aureolam tuo Capiti destinavit, vt glorio-
siora de Te nunc dicta,cùm iam facta manerent,ex quo
solus in Patriâ tuâ acceptus , Episcopatum , quem vix
vllus non accipit, non acceptus pertranseat , hinc Do-
&torum Maximo innixus , dñm bonum opus , nonquè
bonas opes desideres.

Poplite curvato, inde Author, pro Aragonum coro-
natâ Provinciâ, obiectionum capita conquassanti , do-
ctrinarum ruinas implenti, facundâ Cote, Scoto fœcun-
dâ , Marianæ Avis Aquilinâ Phæbo , Subtilis Apis ar-
gumentosâ favo , irradianti virtutis stadio , eflorescenti
Sapientiæ studio, alloqui corde volens , quæque Te fo-
vente,& favente labio non valens,in verius gratitudinis
signum, hæc offert, alia differt,in hisce dicens, quicquid
decens. Vive, Regna, Vale.

REVERENDISSIME PATER.

Tuos pedes deosculatur
Servus, semperque Filius

Fr. Antonius Castel.

CEN,

CENSVRA ET APPROBATIO

D. D. PETRI THOMÆ DE BROTO, SACRÆ
Theologiæ Doctoris, Philosophiæ in Almâ Cæsar-
Augustanâ Academiâ semel & iterum Interpretis, nunc
Durandi Cathedræ Moderatoris, & in Metro-
politanâ Ecclesiâ, ex concursu, Poeni-
tentiarij Portionarij.

PVBLICAM adire Lucem satagit Liber, cui titulus: *Expositio litteralis in Magistrum Sententiarum*. A R. Admodum Patre Fr. Antonio Castel, Minoridum Aragoniæ Lectore Iubilato, in nostro etiam Cæsar-Augustano Lycæo Doctoratûs Laureâ insignito, elucubrata; Viro utique Litterarum Magisterio abundè noto: Opus sanè meis votis iam pridè ab ipso Authore expetitum.

Etdum ab ipsa Operis fronte crism efformandam suscipio, in Magistri Litteram totis nisibus occupatum invenio, eique omnimodam felicitatem annuntio, quod verbum eructet, quod littera sit Magistri, augurante Manillio & Astron.

Hic & Scriptor erit felix, cui Littera Verbum est.

Nec quisquam insidiari valet, Operis circa materiem optimum habuisse delectu n, vnde non immerito prima, & præcipua foelicitas ominanda. Cum enim Expositorum quæstionali viâ procedentium penè in infinitum excreverit numerus, quos certè ferè omnes exponendi semitas præclusse, quisque dignoscet: aliundè Litteralium tanta sit, ac tam calamitosa penuries, vt pro concinnandis Lectionibus, unus, vel alius non exiguo nanciscatur labore; solertissimè noster Author Litteralem Expositionem arripuit, vt rem ita arduam cunctis facilimâ redderet, ac nullus deinceps Lectio-
nem

nem ad arenam conficere formidaret. Ità quippe claram offert Magistri Litteram, ut in posterū de ipsâ proferre non liceat: *Littera occidit*; etenim tanto perspicuitatis spiritu expendit, tanta suavitate propinat, ut tota in spiritum emigrasse, nulli sit ambigendum: Quæque hactenùs sub horrifica specie spectabatur, gracilima, & suavissima dehinc omnibus apparebit.

Nec prætermittenda quidem methodicæ rectitudinis iustissima laus. Ante omnia Litteram Textūs in cōmuni præmittit eleganti Disticho contentam, perspicuè tamen, & nervosè. Progreditur vltra: Connexionem suadet claram, solidam, ac prorsū fundatam: Materiem profert per trīna membra divisam: pro quovis divisionis membro Conclusiōnem firmat, rationibus armat, argumenta litteram obnubilantia, fugat: benè omnia facit, ac quicquid in Venacensi, Besaliensi, alijsque pristinis desideratur, Author cumulatissime implet. Vnde, vacuum omnino Homericum Acroama:

Non datur, ut rebus præcedat in omnibus unus.

Quod attinet ad materiæ amplitudinem, nullus quem videbit, ita profusus extat; supra omnes, qui ipsum præcesserunt, Litteræ pandit iter, ac Magistri viam ampliat; imopotiūs si præsens Expositio cum alijs conferatur, non ignobili fundamento dicendum existimo, quod de alijs differens, protulit Augustinus Epist. 130. Videlicet, quod *alij non scripserunt*, rationem eximiam subdens, *ali j, nec tantum, nec tant à gratia scripserunt*.

Denique in ipsâ Citationum serie elucet valdè commendabilis methodus; pro quâvis namque Scholâ Principeim præfigit, quem sequitur innumera Asseclarum compago: dissentè tamen omittit, quos pridem Pater Ripalda congesit, uno, vel alio dempto; Recentes enumerat, qui superant arithmeticum calculum: Hoc Opus, hic Labor,

— idque libens magno sudore peregit / *[Ioann. Cathard.*
Vnus, quod multi non potuere simul. *[in Iac. Billium*
Hoc igitur Opus omnibus numeris absolutum, Censuræ
meæ ritè commissum à Perillustri D. D. Laurentio Ar-
mengual del Pino, Sacellano Regio, Canonico Compostella-
no, Visitatore, ac Vicario Generali Archi-Præfusatūs Cæsar-
Augustani, & nihil continet Fidei Orthodoxæ, probisque
moribus dissonum; omnia luce & pralo digna. Sic censeo,
nisi aliter, &c. Cæsar-Augustæ Idibus Iunij, anno 1698.

D. D. Petrus Thomas de Broto.

FACULTAS ORDINARII.

NOS D.D.LAVRENTIVS ARMENGVAL DEL PINO,
Sacellanus Regius, Canonicus Compostel-
lanus, Visitator, ac Vicarius Generalis Ar-
chipræsulatūs Cæsar-Augustani, &c. pro Excellentissimo
Domino D. Antonio Ibañes de la Riva Herrera,
Archiepiscopo Cæsar-Augustano, &c. Tenore præ-
sentium facultatem impartimur, vt in lucem edi pos-
sit, Typisque mandari Liber, cuius titulus est: *Brevi-
vis Expositio ad quatuor Petri Lombardi, Parisiensis Epis-
copi, & Sententiarum Magistri Libros, sedulò, ac
lepidè concinnata: Quatenus ex præscripto nostro extat
examinatus, & approbatus à D.D. Petro Thomâ de
Broto, Philosophiæ semel & iterum Interprete; modò
Theologiæ Cathedræ Durandi emerito Moderatore,
& Metropolitanæ Ecclesiæ, ex concurso, Portionario
Pœnitentiario. In quorum fidem has litteras expediri
iussimus, & concessimus. Cæsar-Augustæ die 12. Men-
sis Iunij, Anni 1698.*

*D.D.Laurentius Armengual del Pino,
Visit. & Vic. Gñls.*

De mandato suæ Perillustris Dominationis.
D.Emmanuel Monzon & la Mata, Notarius.

CENSURA ET APPROBATIO

REVERENDISSIMI P. M. Fr. DIDACI DE
Gratia , Ordinis Sancti Augustini , Cœnobii Cæsar-
Augustani Ex-Prioris ; & Ex-Definitoris Aragoniæ;
Propositionum Fidei Censoris; Examinatoris Synodalis;
& in Cæsar-Augustano Lycæo, post Philosophicas
Cathedras, & alias Theologicas, Sacrarum
modò Litterarum Interpretis.

EX Commissione Perillustris D. D.D. Antonij Blanco & Gomez, Regiam Cancellariam in Aragoniâ Regentis, legi Textum Libri Primi Magistri Sententiârum enucleatum, & illustratum à R.P. in Augustâ Academiâ Doctore, & in suo Seraphico cætu Lectore Iubilato, Fr. Antonio Castel: Miratusque fui ingenium & studium Authoris. Nondùm enim exsiccato præli attramento Selectarum Quæstionum, quas Litterarius Orbis condigno plausu excepit ; vastam, difficilem, & laboriosam ingreditur Provinciam interpretandi Magistrum; & rebus magnis assuetus, non nisi magna meditatur; quia ut asseruit Chrisologus de Curial. nug.lib. i. *Omnino iniquum est, Nobiliora Ingenia studijs debonestari minoribus.* Littera Magistri difficilis & subobscura apparuit semper ex tempore Lecturis , etiàm in Scholastico pulvere magna cum laude versatis : Difficultatem ex Recentioribus emollire tentarunt Aliqui, inter quos eminent Ingeniosissimus P. Ripalda , qui & Conclusiones Magistri dilucidè & breviter exponit, & oportunas Quæstiones, citatis Authoribus, excitat: Sed quam multa, & circa Textus Expositionem nimia brevitate prælibatam, & circa novas Quæstiones, & circa Recentes Authores etiàm antiquas subtilius, & copiosius pertractantes, in tam eruditio Scriptore desiderentur, nemo Litteratus ignorat. Indè maximè commendari censeo hæc

Tex-

Textuum Magistri Commentaria, cum nec sint adeò præcipiti calamo exarata; & plures pro qualibet Distinctione novas excitent Quæstiones, & pro antiquis, pro Scholarum diversitate discretos plures nobiles citent Recentiores. Nec ideo est animus, alijs laudem surripere , aut Authores , & Opera ad alicuius invidiam comparare. Dicam tamen cum Seneca Epistol. 79. *Qui precesserant non præripuisse mibi vindentur, quæ dici poterant, sed aperiisse.* Multum interest, an ad consumptam materiam, an ad subiectam accedas: Crescit in dies, & inventuris inventa non obstant. Prætereà conditio optima est ultimi. Dat Author Librum Primum, datus reliquos , qui enim adeò prudenter ædificari cœpit , tenebitur consummare; nec ab Opere incepto cessabit sine magna rei litterariæ iactura. Opus enim Tyronibus in Scholastico pulvere omnino necessarium; Magistris valde utile, & omnibus numeris absolutum; omnibus Libris explicatis, absolvere, ad sui Nominis & Doctrinæ famam posteritati commendandam , & in commune studiosorum subsidium , eorum vota iure expostulabunt. Sic censeo in Conventu S. P. N. Augustini Cæsar-Augustæ die 14. Iunij, anno 1698.

Fr. Didacus Gratia:

IMPRIMATVR.

Blanco Regens.

APPRO-

APPROBATIO

RR. PP. Fr. FRANCISCI DIAGO, LECTORIS IVBI-
lati, & Florentissimi Collegij Sancti Didaci Cæsar-Augustani
Guardiani; & Fr. Antonij Perez, Lectoris Iubilati, Sanctæ
Inquisitionis Qualificatoris, Archi-Episcopatus Cæsar-
Augustani Examinatoris Synodalis, & Provinciæ
Aragonie Ex-Difffinitoris.

IVbente Reverendissimo P. N. Fr. Antonio de Cardona,
Lectore Iubilato, totius Ordinis Seraphici P.N.Francisci
in hac Familia Cismontana, omniumque Provinciarum In-
diarum Occidentalium Commissario Generali, alta medi-
tatione perpendimus: *Brevem ac Litteralem Expositionem*
Petri Lombardi Magistri Sententiarum, quam operatus est
R. P. Fr. Antonius Castel, Lectio Iubilatus, & Theologix
Doctor, & legimus Doctrinam vberem, Lectionem expe-
ditatim, Instructionem perfectam, menti Authoris parem.
Videtur hæc Expositio speciosior Sole; Sol patitur defectus,
modò exultat ut Gigas, splendida cæsarie coronatus: modò
laborat ut Hercules, cæca caligine circunfulus: non sic hæc
Expositio, non sic, sed semper rutilabit, nunquam deficiet;
facilius erit tempora præterire, quam de hac Expositione
apicem cadere; talis est, qualis esse debet, ut in cunctis na-
tionibus nominetur. Quis exponens Magistrum litteraliter,
præmit singula, discutit, ad calculos revocat accuratè, & ex
ambiguis sophismatum latebris, & ancipiiti æquivocationis
circitu, in apertam lucem, doctrinæ planiciem, & veritati
cognatum sensum restituit singula, eliminatâ caligine, veluti
Author? Quā pulchri sunt gressus tui in doctrinis Magistri!
Iucunda luce permulces, claritate grata perfundis: oblicra
facis cognita, in lucem pandis abdita: habent hæc distributa
Præconium, coniuncta Miraculum. Veniant omnes, & vi-
deant Expositionem hanc magnam; videbunt utique quod
iota ynum à Magistro non prætermittat; quin quoquo se ver-
tant.

tant concatenatam seriem reperient ; sic ille enixus placitis,
quæ adeò vbertim ebilit, reverenter haurit, colligit profun-
dè, coacervat ornatè, ornat eruditè, propinat fideliter, vt Opus
aureum videatur, opere Saphirino exornatum; sic ornatum
quasi verè gemmatum. Non omnibus eodem modò data est
gratia ista, loquitur Bernardus, Tibi datum est nosse omnia,
quæ fecit Magister; Legū Magistri Scriptor, Legū Magistri
Lector, splendidus Doctor, laetus Theologus, liberalis Magi-
ster dans affluenter ; non sibi soli vivit , dùm alijs proficere
vult Cathelicus Ductor : Parat etiā copiam Quæstionum,
ad quamecumque partem convertit ingenia ; vbi cumque se
confert, plura dulcissimè varietate permiscat. In nullo Expo-
sitore, maiori plenitudine Quæstiones turgescunt, illustri-
ores feligens, convivium parat alienum à fastidio. Non solum
hīc communia, sed altilia parantur ad Sapientiæ convivium.
Solummodo invenimus Doctorem rectum , & quòd ritè, &
rectè ipse se in infinitis miscuerit Quæstionibus.

Author Castellum recens cōstruit vnde quaque munitum;
quisque hōc Castello cataphractus ibit. Quis, si sic dividiret,
si sic connexionem teneret, in salebras incideret? Iām Scho-
lastici habent, quod desiderabant, nec dimittent, spargens
scholastica mella, soporiferumque papaver. Credimus enim
iusta esse huius Expositionis, quæ alterius Explanationis An-
tonius Flaminius profert: *Si te fortè latent, hunc semper consule Librum: est facilis, brevis est, utilis, atque bonus.* O Author
Insignis, vtinām favente Numine, sit longitudo dierum in
dextera tua ; in sinistra tua erit gloria ! Scribe vtique; ecce
nova facis omnia. Cum Seneca insistimus : *Ede quampluri-
mū, quam celerrimè, unde, & tuo Nomi celebritas, & no-
stris temporibus claritas, & studioſis pariatur utilitas.* Sic
sentimus, nisi aliter, &c. In hoc Collegio Sancti Didaci
Cæsar-Augustano. Die 8. Mensis Februarij. Anno 1698.

Fr. Franciscus Diago.

Fr. Antonius Perez.

LICENTIA ORDINIS.

FRATER ANTONIVS DE CARDONA,
Lector Iubilatus, totius Ordinis S.P.N. Francisci
in hâc Cismontanâ Familiâ, omniumquè Provin-
ciarum Indiarum Occidentalium Commissarius Gene-
ralis, & Servus, &c. Dilecto Nobis in Christo R. P. Fr.
Antonio Castel, Lectori Iubilato, nostræquè Provinciæ
Aragonæ Alumno, salutem in Domino, qui est vera
salus.

Cùm, iuxta Apostolicas, nostriquè Ordinis Consti-
tutiones, revisum & approbatum fuerit quoddam
Opus à Te compositum, cuius titulus est: *Brevis Ex-
positio ad quatuor Petri Lombardi, Parisiensis Episcopi, &
Sententiarum Magistri libros, sedulò ac lepidè concinna-
ta.* Tenore præsentium, ad salutaris obedientiæ meri-
tum, facultatem Tibi impartimur, quatenus, servatis
servandis, illud Typis mandare queas. Vale, &c. Datum
Matrii ex Nostro S.P.N. Francisci Conventu. Die I.
Martij, Anno Domini millesimo sexcentesimo nona-
gesimo octavo.

*Fr. Antonius de Cardona, Commissarius
Generalis, & Indiarum.*

*De mandato sua Reverendissimæ
Fr. Ioannes Ximenez, Secretarius
Generalis Ordinis.*

AD LECTOREM.

ITEM dudum, conspicue Lector, studium, aliquam Magistri Sententiarum Litteralem Expositionem omnibus communem facere, ut necessitati studentum aliquantulum providerem, atque utilitati, animo inhæsit. Etenim, et si huiusmodi Laborem plerique Doctores cum Veteres, tūm Recentes arripuerint, complurēsque Expositiones super Magistri Litteram pro diversitate temporum elucubrariint, nullam ex his tamen, quæ vel materici penuria, vel formalitatis non inficeretur inopia, ad manus habui. Alij quippe aliquali formalitate procedentes, diminutam præbuisle elucidandi, vel exponendi materiam: Alij è converso nudæ addicti materiae, ac informi, nullam prorsus formalitati curram adhibuisse dignoscuntur. Quapropter, Tibi, studiose, consulens, hanc nostram Litteralem Expositionem (quam spero placituram) defero, brevi, ne dicam prolixam, perspicua tamen, & formali methodo concinnatam, et, ni fallor, congruam, & universis Lectiones suas ad arenam confecturis, apprimè accommodam.

Cæterum, quia auspiciatissima Magistri premere vestigia, quantum possem, in omnibus semper optavi, universum Opus in quatuor Libros, vel *Tomos*, prout ipsemet Sententiarum Magister ordinatissimè explevit, partiri arrisit. Accedit etiam in commodum, ac studiosorum levamen alia minimè contemnenda ratio, ipsius videlicet Operis in quatuor Libros divisio, ne ingenti exemplarium volumine, quibus, indivisum si proferretur, omnino accresceret, graventur, ac pondere.

Primum primò in lucem emitto Librum, quem Quartus immediatè sequeatur, Secundo, & Tertio consultò postpositis, deinceps tamen edendis. Moveor tūm, quia Quartus de Sacramentis differens, cæteris utilitate præstat, ac necessitate: Tūm, quia materia in eo contenta, ad Lectiones ad ter-

minum explendas , communior , magisque frequens habetur: Tum, quia parum visitatus in Scholis, elucidationem eius plurimum reddit difficultem: Tum denique, quia propensiis pro Quarti editione assidua studiosorum vota, maximum in hoc sibi emolumentum pollicentium, sunt nobis proposita.

Nec contemnendus labor , quem in huiusmodi Operis complementum assumpsi : quamplurimos nanque gravissimos, qui toto nisu , lacertis , mentisque viribus exponendae Magistri Litterarum vacarunt , adhibui Authores. Ante alios Doctorem adj Seraphicum Divum Bonaventuram, gravissimum aliund Richardum à Media-Villa, Durandum, Paulum Franzosum Benacensem , Claudium Spinæum , Arnaldum Vesaliensem , Ripaldam , Ioannem à Sancto Thomâ , Dionysium Blatco , Llot , aliosque non paucos , è quorum plenissimis promptuarijs, optimum quodque nostro instituto magis conducens , nimia sollicitudine eruendo , hanc, quam defero, elucubrationem, explevi.

Litterarum Textus in communi summam ad cuiusque Distinctionis exordium, concisa quidem, sed perspicua, ac eleganti totum scopum pertingens methodo, Distichon alieno nomine, proprio nimirum Magni Vesaliensis acumine compositum, exambit: Simili expressione initium Litterarum Textus in particulari indicamus, & finem: necnon illius exactam trimembrem divisionem, cuius labori Benacensis, qui circa Magistri Expositionem non absimili distinctione procedit, copiam fecit.

Connexionem cum antecedenti , & consequenti singulis Distinctionibus sufficienti fundamine probatam, præmittendum curavimus: Rursum maioris claritatis ergo conclusiones legitimè ex Littera deductas , nec vulgari quidem acumine munitas , Tibi libamus vna cum argutissimis argumentis, eorumque solutionibus: ita tamen, ut nihil ultra expetendum , nec expoliendum videatur : ac exigui, aut ferè nullius laboris impensis gravem , perfectam in Litteraria Palæstra pro rostris explorare Lectionem , & eruditam possis, ac valeas.

Pro

Pro cuiusque insuper Distinctionis calce Quæstiones proprias, ac genuinas, in ipsa Magistri Littera non leví ratione inviseratas, promovere assisi: Quibus pro quavis Schola Coriphæum præponendo, pro Thomistica Angelicum, pro Scotica Subtilem, pro Suaristica Eximum Doctorem, quos innumera Aſſeclarum egregia compago sequitur, Doctores Scholarum apprimè applausibilium, Angelicæ, Subtilis, ac Eximiæ: aliosque etiam Doctores, qui nulli Antesignano firmiter addicti, sua Opera ſcripſere, discriminatim ſubſcribimus. Seraphicum denique Doctorem cunctis Neutralibus præficiendum curavimus: & iure quidem optimo, ut singuli è proprio fonte Doctrinæ latices, pro ſuo quisque libito, aperiant, ac ebibant, nec aliundè hauriendos procūl propinent.

Pro Controversiarum elucidatione, qui vel incuria, vel temporis posteritate Ripaldam prætervolant, Doctores maioris notæ inſerui, atque Recentiores: Ingeniosus hic nanque Magister Antiquis in plurimum recenſendis invigilat: Vnde, Quæſtiones ab ipſo quanquam non agitatas promoveamus, caveas tamen, ne vtriusque classis & vetustate nobiles, & clarissimos novitatem Doctores ad ipsarum tutamentum cumulemus promiscuè, nolim.

Deinde, quia à Tyronibus expetenda videtur aliqua brevis formula, ac clara conficiendis Lectionibus methodus, ipſam ad Libri finem deducere, vbi primordia, connexiones, partitionem materiæ, ac totam Lectionis structuram facili negotio comprehendere quisque valeat, decrevimus.

Demum, si hoc levioris forsan fortunæ Opis, quod in studijsæ Iuuentutis commodum præcipue elaboravimus, grācum exiftat, atque proficuum, vt Quartus, ſuperiū oblatus, Tomus, per Secundum postmodum, Deo dante, ſtipendus, ac Tertium, quantotius exhibeat, operam lubenter navabimus. Vale.

INDEX
AVTHORVM , QVI IN HOC
OPERE RECENSENTVR.

A

Æ Gidius Lusitanus.
Alexander Alensis.
Alphonsus de Castro.
D. Ambrosius.
Ambrosius Maclini.
Ambrosius Saxius.
D. Anselmus.
Antonius Perez.
Antonius Hiquæus.
Antonius Ruvio.
Antonius Bernaldo de Quি-
ròs.
Antonius Cordova.
Antonius Castel.
Angelus Vulpes.
D. Augustinus.
Augustinus Bernal.
Augustinus Herrera.
Arnoldus Vesaliensis.
D Athanasius.

B

Bartholomæus Mastrius.
Bartholomæus Medina.

Bartholomæus Durand.

Barnabas Gallego.

D. Bernardus.

Bernardus Aldrete.

Bernardus Sannig.

Benedictus Percyra.

Blasius Verdù.

D. Bonaventura.

Bonaventura Belluto.

Bonaventura Baro.

C

Carolus Lanterius.

Carolus de Bayona.

Carolus Echeverria.

Christophorus Delgadillo.

Claudius Frassen.

Claudius Spinæo.

Collegium Salmanticense.

Collegium Complutense.

Cosmas de Lerma.

Cursus Trinitarius.

D. Cyrilus.

D

Damianus Giner.

D.D. Didacus Castell.
Didacus Avendaño.
Didacus Nuño.
Didacus de Montoya.
Didacus Granado.
Didacus Masio.
Didacus Hurtado de la
Fuente.
Didacus Ortiz.
D. Dionysius.
Dionysius Blasco.
Dominicus Gravina.
Dominicus Linze.
Dominicus de Soto.
Dominicus Bañez.
Durandus.

F

Fabius Ambrosius Spinula.
Franciscus Suarez.
Franciscus Macedo.
Franciscus Delugo.
Franciscus Araúxo.
Franciscus Amigo.
Franciscus Oviedo.
Franciscus Lychetus.
Franciscus Herrera.
Franciscus Relius.
Franciscus del Castillo.
Franciscus Carrasco.
Franciscus Palanco.
Franciscus Alphonsus.

Franciscus Carriere.
Franciscus Bermingham.
Franciscus Felix.
Franciscus Bonæ-Spei.
Franciscus Pitygianus.
Franciscus Pichon Merineror.
Franciscus Sylvius.
Franciscus Coriolanus.
Franciscus Murcia.
Franciscus de Longe.
Franciscus Scherius.
Froylanus Diaz.

G

Gabriel de Hennão.
Gaspar Ribadeneyra.
Gaspar Hurtado.
Gaudentius Brixiensis.
Georgius de Rodès.
Georgius Hemelman.
D. Gregorius.
Gregorius Cipullus.
Gregorius Martinez.
Guilielmus Ochamus.
Guilielmus Herinx.

H

Herveus de Natal.
D. Hilarius.
D. Hieronymus.

Hic-

Hieronymus Perez.
Hieronymus Fasolius.
Hieronymus Parrado.
Hieronymus de Sosa.
Hieronymus Dandino.
Hieronymus Gallus.
Hugo Cavellus.
Hyacinthus Hernandez de la Torre.
Hyacinthus de Parra.

I

Ignacius Peynado.
Ildephonsus Michael.
Ildephonsus Villalpando.
Ildephonsus Peñafiel.
Ildephonsus Briceño.
D.Ioannes Chrysostomus.
D.Ioannes Damascenus.
Ioannes Duns Scotus.
Ioannes Perez Lopez.
Ioannes Merinero.
Ioannes Poncius.
Ioannes à Sancto Thomā.
Ioannes Delugo, Card.
Ioannes Gonetus.
Ioannes Martinez Ripalda.
Ioannes Lalemandet.
Ioannes Martinez Prado.
Ioannes de la Haye.
Ioannes de Rada.
Ioannes Boyvin.

Ioannes Marius.
Ioannes Ovando.
Ioannes Prudentius.
Ioannes Baptista Lezana.
Ioannes Dicastillo.
Ioannes de Hiribarne.
Ioannes Caramuel.
Ioannes Echalaz.
Ioannes Biescas.
Ioannes de Neapoli.
Ioannes à Cruce.
Ioannes Morando.
Ioannes Capreolus.
Ioannes Rabesanus.
Ioannes Martinon.
Ioannes Morisanus.
D. Isidorus.
Iosephus Saenz de Aguirre, Card.
Iosephus Angles.
Iulius Cæsar Recupitus.

L

Laurentius Bracatus de Lau-
ræa, Card.
Leander à Santissimo Sacra-
mento.
Ludovicus Caspensis.
Ludovicus Rodriguez.
Ludovicus Abelly.

M

Marcus Berulle.
Marcus Gallitius.
Marcus Antonius Alds.
Marcus Baudunius.
Matthæus Ferchius.
Matthæus de Sofia.
Matthæus Orlandus.
Matthias Borrelli.
Martinus Meurisse.
Martinus Beccanus.
Martinus Perez.
Martinus Bonacina.
Martinus de Roa.
Martinus de Esparza.
Martinus de Embun.
Martinus de Ledesma.
Martinus de Torrecilla.
Melchior Canus.
Melchior Fuster.
Michael Villaverde.
Modestus Gavatio.

N

Nicolaus de Niise.

O

Origenes Admantius.

P

Paulus Frontoso Benacensis.
Petrus Lombardus.
Petrus Godòy.
Petrus Aquila.
Petrus Oxèa.
Petrus Hurtado.
Petrus Fuliensis.
Petrus Labat.
Petrus Cabrera.
Petrus de Oña.
Petrus Vvandingo.
Philippus Faber.
Philippus Aranda.

R

Rabanus.
Raphael Aversa.
Raymundus Lumbier.
Robertus Bellarminus, Card.
Rodericus Arriaga.
Rychardus Lynceus.

S

Sebastianus Izquierdo.
Sfortia Pallavicinus, Card.
Sylvester Maurus.

T

T

Theodorus Smising. Petrus I.
 Theodorus Forestius. Petrus II.
 D. Thomas. Petrus III.
 Thomas Cayetanus, Card. Petrus IV.
 Thomas Carleton. Petrus V.
 Thomas Llamazares. Petrus VI.
 Thomas Muniesa. Petrus VII.
 Thysus Gonzalez. Petrus VIII.

R

Rapanea.
 Raspail Avant.
 Raymungus Imperator.
 Rodemus Bellarum, Cap.
 Rogericus Arizela.
 Rogerius Pincetus.

S

Spelmanus Zediusius.
 Spiculae Philochorus Cap.
 Sylvester Murens.

V

Vincentius Ferre.
 Vincentius Contenson.

Z

Zacharias Pasqualigus.
 Zacharias Boverius.

N

Nicolaus de Nige.

O

Oratio Amanusius.

VE.

VENVSTVM, AC
INSOLITVMARNOLDI
VESALIENSIS SCHEMA, PRO
DISTINCTIONVM LIBRI PRIMI
SENTENTIARVM COMPE-
DIOSO MONITO.

Distinctio 1.

Propriè solo Deo.

Fruimur

De Deo.

genito

Quæ passivè est in

Filio, activè in

Patre.

potentiam

10

Est Spiritus San-

itus patris & filij.

amor.

2

Secundùm autori-

tes utriusq; legis

Vno Deo

Quæ nec generat,

nec generatur.

in essentia.

simplex

3

Vt patet per rōne-

tes vestigiū & imagi-

Trino.

4

Quæ nec generat,

nec generatur.

in essentia.

5

Volens Pater ge-

nuit Filium.

Voluit

6

8

Est Deus sine om-

ni compositione.

9

Volens Pater ge-

nuit Filium Patri.

10

Est Filius Patri.

coæternus

11

Procedit Spiritus

Sanctus.

Ab ytroque

12

Non prius tempo-

re, aut perfectione.

simul.

13

13
Spiritus Sanctus,

*non quomodo na-
tus, sed quomodo
datus.*

procedit tempore

16
*Missio Spiritus
Sancti, pluries fa-
cta est.*

Invisibilis charitas

19
*Æquales sunt di-
vinæ personæ, æter-
nitate, magnitu-
dine, potentia.
coæquale*

22
*Plura dicuntur
Deo.*

nomina

25
*Quare dicuntur
tres personæ? cùm
ly persona dicat
substantiam.*

14
*Téporaliter enim
mittitur Spiritus
Sanctus.*

tempore

17
*Est Deus quâ nos
diligit, & nos,*

ipsum.

charitas

*Filius quòd Pa-
ter.*

potest.

23
Nō tantū dicitur

singulariter, sed

etiam pluraliter.

persona

26
Personari Patris

que est generare,

Filij generari, Spi-

ritus Sancti pro-

cedere.

15
*Dicitur Spiritus
Sanctus, similiter*

& Filius.

à se missus.

18

Est Deus quâ nos

diligit, & nos,

ipsum.

*Dicitur Spiritus
Sanctus.*

donum

21

Dictio exclusiva

in divinis synca-

tegoretaticè, non

categoretaticè.

Excludit.

24

Noia numeralia,

vnū, duo, tres, ad-

mittūtur i diuinis

cum tribus

27

Appellatione no-

minantur proprieti-

ties.

per-

personis.	Proprietate	varia
28	29	30
Notio personalis inest Patri, quæ est innascibilitas.	Semper ad ali- quid dicitur.	Relatiuè refertur Deus ad creatu- ras.
notio	Principium	refert:
31	32	33
Appropriatur Patri.	Est Pater sapien- tia ingenita, nō genita.	Est proprietas cū persona. eadem
Vnitas	sapiens	
34	35	36
Et rei naturæ, est identitas in di- vinis.	Futurum à Deo.	In eius sc̄iētia om- nia sunt, nō tamē in eius essentia.
naturæ	præscitur.	In Deo.
37	38	39
Omnibus est Deus præsentialiter, po- tentialiter, & ef- fentialiter.	Omnium rerum est Dei scientia.	Resscita nostram scientiam, nō Dei.
in rebus	causa	adauget
40	41	42
Ponit aliquos esse ab æterno.	Peccator obdura- tionem, sed non iu- sus prædestina- tionem.	Dicitur Deus. De-

Destinatos Meruit Propterea Omnipotens

43

Est ens in sua potestia.

illimitatus regis.

44

Potest facere Deus quam fecit, quoad additionem.

meliora principia.

45

Divina differt ab essentia ratione, non re.

Voluntas.

46

Dei voluntas in omnibus impletatur.

Placens.

47

Voluntas beneplacita nobis, aut de nobis.

Impletur.

48

Tenemur conformare voluntatem nostram divinae in ratione volendi ex charitate.

Conformatio-

36

Placens.

Impletur.

37

Impletur.

Impletur.

38

Impletur.

Impletur.

39

Impletur.

Impletur.

40

Impletur.

Impletur.

39

Impletur.

41

Impletur.

42

BRE-

BREVIS EXPOSITIO
 AD QVATVOR PETRI
 LOMBARDI, PARISIENSIS
 EPISCOPI, ET SENTENTIARVM
 MAGISTRI LIBROS SEDVLO AC
 LEPIDE CONCINNATA.

PRÆCIPVÆ, QVÆ CIRCA LITTERAM EXAGITARI assuescunt, cum Neotericis Angelicæ, Subtilis, Eximiæ, & omnis Scholæ Authoribus, super illis ex integro, exque professo disputantibus, ijs omninò, qui à RR. P. Joanne Ripalda in ipsius percelebri explanatione recensentur, eliminatis, accedere Quæstiones.

PROLOGI SENTENTIARVM LIBRI
 Synopsis.

*Iucundum sacris, docilem, attentumque Magister
 Discipulum, Lector, limine ritè facit.*

Sic incipit: Cupientes aliquid de penuria, &c.

Sic terminat: *Premissimus.*

1.  N Magistri Sententiarum Expositionem, primam ducunt à primâ huius libri distinctione ferè cuncti Authores lineam, partim aut nihil super Prologi explanatione immo rantes. Causam huius rei rimari, ad nostrum commodum non refert, cum in his non raro voluntas pro ratione habeatur. Nos tamen in hoc Opere præsertim consulimus temporis & loco; ideoque in legentium gratiam, succinctam Prologi decre-

2 PROLOGI SENTENTIARVM LIBRI

vimus explicationem adhibere, nullam consultō super ipsius litteram modō excitando quæstionem.

2. In tres præcipuas partes (Sapientissimi Lectores) præsens dissecatur proemium. In quarum primā Magister reddit studentem benevolū. In secundā verō eum docilem refert. In tertiā tandem ipsum atten-tum erigit.

3. PRO PRIMÆ ergo partis litteræ textū ostēsione, hæc statuitur cōclusio : *Huius Sententiarum libri studens profetō benevolus efficitur*, cō quod Magister ad illius compilationem magis à causis retrahentibus, quam retrahentibus agitur. Cuius perspicua veritas etiām si in litterā satis appareat, tamen sub formā, ac methodo argumentariā eam sic breviter suadere tentamus.

4. Quilibet bonus Discipulus tantum benevolentia alicuius doctrinæ studio impendere, tenetur, quantum Magister suis exoprat benevolē attrahere; alicquin foret in Amicos male gratus, ac perinde non bonus Discipulus; sed Magister ita benevolū, officiosumque se exhibet ad huius libri doctrinæ traditionem, quod causas retrahentes eliminans, vt doctrinam traderet, hunc librum compilavit: ergo per hoc quod causas retrahentibus causas attrahentes Magister in huius Voluminis editione prætulit, quemlibet eius studiosum per suam benevolentiam benevolū ad eius studium erigit.

5. Maior prædicti discursus liquet. Minorem autem in ipsā litterā statuit Magister, dum sic affatur : Cupientes aliquid de penuriā, ac tenuitate scientiæ, & ingenij in gazophylacium Domini (idest, in sacræ Scripturæ doctrinam mittere) in quo omnes Sancti Patres sua opera locarunt, reverā me attrahit desiderium proficiendi : Ast defectus scientiæ, & solertiæ me retrahit, sive sublimitas materiae huius Operis, & magnitudo laboris me cohobet : ergo ita benevolū, officiosumque se iactat Magister in elucubrationem Voluminis, quod posthabitis causis retrahentibus, vt communī usurpæ doctrinam traderet, hunc librum concinnavit.

6. Idipsum per oppositum demonstrat, dum ilicet causam in contrarium moventem, & attrahentem subiungit, quippè confidentiam divini auxilij, & præmium à Christo Domino promissum; sed præfasas causas, Magistri animum à compilatione huius Operis retrahentes, penitus debellat amor intensus, quo Magister in Ecclesiam flagrat, quoque suc-census hoc Opus immortalitate dignissimum aggreditur: ergo.

7. Vnde mente suam penè tria principaliter versari, ait, nempè, circa fidei defensionem, catholicæ veritatis ostensionem, & Sacramen-to-

LITTERALIS EXPOSITIO.

3

torum manifestationem ; sed hoc est, plūs à causis attrahentibus, quām retrahentibus Magistri animatum in compilatione huius Voluminis agitari: ergo Sententiarum libri studens profectò benevolis constituitur, eō quod Magister in illius elucubrationem magis à causis attrahentibus, quām retrahentibus agitetur. Et hæc de primâ parte litteræ textus sufficiant.

8. PRO PLENA secundæ partis textus explanatione, hæc alia proponitur thesis: *Auditor istius libri redditur docilis per assignationem quatuor causarum.* Quæ quidem conclusio hunc in modum probatur : tanto cuiuslibet scientiæ, aut doctrinæ Auditor redditur magis docilis, quanto ipsa scientia habuerit causas, finalem, scilicet, fructuosiorem, efficientem ineffabiliorem, materialem certiorem, & formalem aptiorem; sed huius libri scientia , aut doctrina comprehendit causam finalem fructuosissimam, efficientem ineffabilissimam, materialem certissimam, & formalem aptissimam: ergo causarum huius scientiæ, aut doctrinæ assignatio vberimam præstat docibilitatem præsentis libri Auditoribus.

9. Maior ita ex se constat, vt nullā indigeat probatione. Minor in Magistri litteræ continetur sub illâ expressâ verborum serie: *Horum igitur Deo odibilem, &c.* Ponit enim primò Magister duplē causam finalem, nempè, destructionem erroris, & manifestationem veritatis. Secundò, totidem efficientem causam assignat, videlicet, principalem ut Deum, & instrumentalem ut seipsum. Tertiò, materialem causam, quippe, exempla, & authoritates Sanctorum Patrum adducit.

10. Quartò demum formalem causam expendit, scilicet, structuram & formam Tractatus, quæ in Librorum, Titulorum, Distinctionum, aliorumque huiusmodi divisionem , aut distributionem duntaxat innititur: ergo scientia , sive doctrina præfati Sententiarum libri quatuor causarum genera exambit, nempè, materialem, formalem, efficientem, & finalem ; ac per consequens ipsius doctrinæ Auditor magis docilis redditur. Et hæc de secundâ parte sufficiant.

11. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ partis clarâ ostensione, hoc præfigitur assertū: *Per expressionem utilitatis scientiæ, ac doctrinæ huius libri eius Discipulus attentus efficitur.* Cuius probatio sic perficitur: quanto maioris utilitatis existit doctrina alicuius libri penes illius Auditores, eosdem magis attentos constituit; sed huius libri doctrina summa perè utilis in ipsius Auditores experitur : ergo per huiusmodi utilitatem suos Auditores reddit attentos.

12. Maior propositio est manifesta. Minor claret in litterâ, in quâ Magister affirmat, studium assiduum in huius Operis elaboratione non

4 PROLOGI SENTENTIARVM LIBRI

superfluum, sed necessarium fore, eò quòd illa, quæ alibi sparsim, ac diffusè dicuntur, in ipso breviter pertractentur: ità quòd non sit opus librorum numerositatem percurrere, cùm ea, quæ utilitati studentium, & catholicae veritatis ostensioni, necnon iudicio Patrum & Doctorum inserviant, in hoc Volumine, quasi sine curâ, ac exigo labore, inveniantur: ergo scientia, sive doctrina in Sententiarijs comprehensa, non leve lucrum, imò maximum emolumentum Lectoribus ingerit. Et hæc de tertia parte, totoque proœmio dicta sufficient.

13. SI AVTEM avidus discendi quæras primò: quare hic liber specioso Sententiarum nomine obsignetur? Responderetur facillimè; quia sententias antiquorum Patrum & Doctorum de Catholicis veritatis hincindè collectas summatim comprehendit.

14. SECVNDO, si inquiras, quot Distinctiones primus, secundus, tertius, & quartus Sententiarum libri recenseant, quidque in ipsis deprehendatur? Respondeatur ad primam quæsti partem, quod primus Sententiarum liber octo supra quadraginta distinctiones refert. Secundus, quadraginta quatuor enumerauit. Tertius, quadraginta ambit. Quartus demum quinquaginta continet.

15. Secundæ verò interrogationis parti sic responsa reddimus, nempe, quod Primus liber à distinctione primâ ad trigesimal quartam inclusivè, de Arcano Trinitatis Mysterio, eisque ad illud pertinentibus differit. A distinctione trigesimali quintâ usque ad nonam, de Scientiâ Dei pertractat. A quadragesima distinctione in primam usque, de Prædestinatione, Providentia, & Reprobatione disputat. A quadragesimâ secunda ad quartam, de Omnipotentia agit. Tandem à quadragesimâ quintâ ad octavam, de Voluntate divinâ disceptat.

16. Liber Secundus Sententiarū quadraginta quatuor Distinctiones comprehendens, hunc in modum illas distribuit. A primâ ad undecimam inclusivè, de Rerum Creatione in communi, & Angelorum Conditione, Sorte, & Casu disputat. A duodecimâ in quintam decimâ distinctionem, de Operे sex dierum agit. A decimâ sextâ ad vigesimam usque, de Primi Hominis Creatione determinat.

17. A vigesimâ primâ ad tertiam, de Diabolo hominem tentante, differit. A vigesimâ quartâ ad nonam, de Gratia Auxiliâ, Operante, Liberoque Arbitrio pertractat. A trigesimali ad tertiam usque, de Peccato Originali loquitur. A trigesimali demum quartâ in quadragesimam quartam, de Peccatis, & ibiisque humanis multa congerit.

18. Liber Tertiis Sententiarum suas quadraginta Distinctiones hoc lepidè ordine aptat. A primâ ad duodecimam inclusivè, de Incarnationis

LITTERALIS EXPOSITIO.

nis Mysterio, sive Naturam à Verbo Divino assumptam, fusè ac disertè exagitat. A tertiam decimam in quindecim usque, de Perfectionibus Christi Domini, Defectibusque hominis, quos in naturam humanam assumpsit, disserit. A decimam sextam ad vigesimam secundam, de Christi Domini Praecepto, & Necessitate moriendi disputat. A vigesimam tertiam ad quintam, de Fidei virtute pertractat.

19. De Spe unam duxerat distinctionem refert. A vigesimam septimam ad trigesimam secundam, de Charitate, quam Deus, & proximus diligatur, agit. A trigesimam tertiam ad sextam, de Virtutibus Cardinalibus, Donisque Spiritus Sancti quamplura observatione digna expendit. De Praeceptis Decalogi triplex Mendacij genere; Periurio; ac demum de Sexto, & Septimo secundæ Tabula Praecepto, Legisque Evangelicae distantiā sedulò discutit, utnam pro unoquoque illorum distinctionem accommodando.

20. Liber Sententiarum Quartus quinquaginta Distinctiones continens, sic eas summatim recenset. De Sacramentis in genere, & specie distinctionem geminam. De Baptismo quatuor. De Confirmatione una. De Eucharistiâ sex. De Pœnitentiâ novem. De Vnctionis extremæ Sacramento unam. De Ordine duplicem. De Matrimonio decem & septem. De Iudicio & Resurrectione duas Demum de Receptaculis, Statu, Conditioneque Animarum post mortem sex annumerat distinctiones.

21. TERTIO, si de Authore huius libri perquiras. Respondetur cum Trithemio Abbe Spanheimensi lib. de Scriptor. Ecclesiast. fuisse Petrum Lombardum, Episcopum Parisensem, Vitum in divinis Scripturis studiosissimum, & apprimè doctum, ingenio subtilem, & clarum eloquio. Nomē suum scribendo cum tantâ gloriâ transmisit ad posteros, ut usque in hodiernum diem eius Opusculis Theologorum Schola ubique exercitata, singulari veneratione Magistrum eum nominet, & habeat. Scripsit enim famaci studio ex dictis Sanctorum Patrum commendabile Opus, Sententiarum libros quatuor. In Psalterium librum unum In omnes Epistolas Pauli libros quatuordecim. Alia quoque non pauca composuit, quae ad nostram notitiam non venerunt. Claruit sub Corrado Imperatore Tertio, Anno Domini 1140. Hactenius Trithemius.

22. Sed oppones ille solummodo dicitur author libri, qui est doctor sive illius doctrinae author, ut sustinet Divus Augustinus lib. de Mag. cap. 14. Sed solus Christus Dominus est doctor & author huius libri doctrinae: igitur solus Christus Dominus debet dici huius libri Author, & non Petrus Lombardus Sententiarum Magister.

23. Respondeatur cum Seraphico Doctore negando consequentiam; & pro plenâ argumenti solutione, quatuor ex ipso diversi modi concinnandi volumina recensentur. Primo, dum aliquis alienam scribit materiam, nihil ipsi adiicio, aut de novo immutando, ille reverâ Scriptoris nomen sortitur. Secundo, dum Scriba plura operi applicat, quæ non de suo, sed alieno thesauro profert, hic sane Compilator dicitur.

24. Tertiò, si simul propria & aliena scribat; & tamen non sua, sed aliena tanquam principalia offerat, & commendet, propriè Commentator appellatur. Si demum sua & aliena scribat, siveque ut principalia exhibeat, vredo alienis ad eorum confirmationem, merito Author propriissimè nuncupatur. Huiusmodi etenim eluxit Sententiarum Magister in huius Operis elucubratione, quoniam præclara ratiocinia sua proponit, & SS. Patrum, Doctorumque Sententijs confirmat, & murat. Vnde p̄fati libri verè Author appellari debet.

25. QVARTO ac ultimò, si de doctrinâ, opinionibusq; Magistri interroges, an cunctæ, quæ in hoc Primo Sententiarum libro continentur, ab omnibus communiter teneantur? Respondeatur negativè passim, cum in quatuor Primi libri Articulis non bene audiat, apud Theologos, Magistri doctrina.

26. Primo, quod Charitas, quâ diligimus Deum & proximum, sit Deus, sive Spiritus Sanctus, & non donum aliquod creatum Animæ inhærens. *Ex distinct. 17. cap. 2. Hoc autem.*

27. Secundo, quod non ina numeralia dicta, solum de Deo privative dicuntur. Vel haec nomina numeralia, *Trinus, & Trinitas*, non dicunt positionem, sed privationem tantum. *Ex distinct. 24. cap. Si diligenter.*

28. Tertiò, quod simile & æquale etiam dicuntur de Deo privative. *Ex distinct. 31. cap. Hoc idem.* Quartò, quod Deus semper potest quicquid aliquando potuit; & vult quicquid voluit; & scit quicquid scivit. *Ex distinct. 44. cap. Præterea queri solet. Iudicium, & censionem harum propositionum suis in locis donabimus.*



Soy del Collage 7

LITTERALIS
PRIMI SENTENTIARVM

Q. 8^{ta} LIBRI EXPOSITIO. Catech. & Quidam.

De Divina

DE RECONDITO TRINITATIS MYSTERIO.

DISTINCTIONIS PRIMÆ

Synopsis.

Res & signa, libri prodit distinctio prima,

Quibus uti liceat rite, quibusve frui.

Sic incipit: Veteris ac novæ legis continentiam, &c.

Sic terminat: De sancta atque individua Trinitate.

1. C oncinnam seriem super Sententiarum libri divisionem à poli-
tioribus Doctoribus hactenùs exploratam, eidemque præfixam
volumini, ante litteræ distinctionis explanationem lubenter suscepimus,
servandamque propemodùm duximus necessarium.

2. Ordo nàmque tūm ab illis valde acceptus, tūm à nobis prototo.
Opere æmulandis, erit iste: Primo, distinctiones alternis connectere.
Secundò, eas in suas partes breviter dividere. Tertio, partes divisas
summarim, ac distinctè expendere. Quartò demùm, nonnullas exagita-
re Quæstiones in vniuscuiusque distinctionis calce, Authoresque de illis
agentes, pro Scholarum varietate, proprijs in locis productos, fideliter
recensere.

3. Nunc ergò prima primi libri Sententiarum distinctio exorditur,
in quâ Magister, absolute procemio, incipit Tractatum suum in quatuor
libros partiri. In quorum primo, secundo, & tertio agit de Rebus; in
quarto verò de Signis. Vel aliter expressius: Primus liber Deum exhibet
in ordine divinitatis subsistentem, operantem, & producentem. Secun-
dus eum demonstrat iuxta naturæ ordinem creaturas producentem, mo-
derantem, & ordinantem. Tertius versatur circa Deum secundum su-
pernum gratiæ ordinem, hominum salutem in humanitate assumptâ me-
ditan-

ditantem, & molientem. Quartus tandem spectat Deum ad ordinem gratiae per Sacraenta, tanquam per media necessaria, & efficacia deducentem.

4. Quantum igitur attinet ad primum librum, dicimus, illum in duas praecipuas disssecari partes. In quarum primâ Magister de Re fruibili, siue de Deo secundum suam perfectionem in essendo, quippe de Essentia divinae unitate, ac Personarum distinctione fuisse, & diserte disputat. In secundâ autem de ipso Deo secundum suam perfectionem in causando, videlicet de Attributis divinis, & Appropriatis, Scientiam nempe, Voluntatem, Potentiam, Bonitatem, & alijs huiusmodi pulchre differit.

5. Hac etenim libri huius distinctio prima in tres dividitur partes. In primâ Magister ostendit, totam sacram Scripturam circa res, & signa versari. In secundâ vero solo Deo esse fruendum, demonstrat. In tertiat tandem usus, & fruitionis, determinato discrimine, nonnullas agitat, & argutè dissolvit questiones.

6. PRO PRIMÆ partis exactâ declaratione, hæc proponitur conclusio: *Tota sacra Pagina circa res, & signa specialiter versatur.* Quam primò suadere tentat Magister hoc fatis perspicuo testimonio, quod M. P. Augustinus lib. 1. de Doctrin. Christ. cap. 2. his suppeditat verbis: *Omnis doctrina, vel rerum est, vel signorum.* Sed tota sacra pagina propriè est vera, catholica, & divina doctrina: ergo tota sacra pagina circa res, & signa specialiter versatur.

7. Maior continet expressa Divi Augustini verba. Minor ultraquam est Divi Pauli 2. ad Timotheum cap. 3. dicentis: *Omnis Scriptura divinitus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia:* Sic passim à Doctoribus ipsa sacra, ac divina Scriptura expenditur: *Liber sacer dictatus, & revelatus a Spiritu SS. cum intentione aliquid significandi, & docendi.* Consequentia ex præmissis deducitur: ergo.

8. Secundo, ut assuuptum excelsè promoveat Magister, illico determinat, quid per signa, quid vero per res in sacra paginâ intelligatur. Per signa, hic revera non comprehendit Magister terminos significantes ad placitum instituentis, sed res quasdam exteriores ex divina ordinatione aliquid significantes; cuiusmodi sunt Sacraenta cum suis materiaj tam veteris, quam novæ legis.

9. Similiter, per res, duntaxat intelligit res absolutas per terminos significabiles, quæ ita cadunt sub determinatione considerationis sacrae Scripturæ, quod veterius nihil aliud specialiter designant, ut Deum, Christum D. Creaturam, & alia huiusmodi: ergo tota sacra pagina circa res, & signa unice versatur.

Quod

10. Quod autem Sacraenta tunc veteris, tunc novae legis, aliquid significant, liquet; quia Sacraenta veteris legis significabant gratiam invisibilem; (quam iuxta probatissimam sententiam conferebant) sed Sacraenta novae legis significant gratiam invisibilem, quam suscipientibus praestant, quantum le tenet ex parte ipsorum, ut in Quarto Sententiarium libro vobis constabit: ergo Sacraenta novae & veteris legis aliquid significant.

11. Viterius subdit Magister, quod omne signum est res, non est contra omnis res est signum. Primam partem sic ostendit: quod res aliqua non est, revera omnino nihil est; sed nullum signum est nihil: ergo omne signum res aliqua est. Major praterquam habetur apud Divum Augustinum nuper allegatum, sive alloquateam: *Quamobrem omne signum etiam res aliqua est. Quod enim nulla res est, omnino nihil est.* Etiam ex principijs metaphysicis claret; quia inter esse & non esse, quicquam mediate non valet: ergo nec inter esse aliquid, aut nihil; sed nullum signum est nihil: ergo omne signum necessario res aliqua est.

12. Minor pariformiter constat; nam signum prout ad presentis attinet, non est terminus significans ad nutrum ipsius instituentis, sed res quedam exterior ex institutione divina aliquid significans ut supra ostendimus; sed quod ex divino arbitrio aliquid significat, non est nihil, sed aliquid: ergo nullum signum est nihil. Consequentia legitimè inferitur: ergo omne signum, ex Magistro, res aliqua est.

13. Secundam assertionis partem, nempe, quod omnis res non sit signum, sic apposite detegit Magister: non omnis res aliquid significat; sed omne signum aliquid significat, alioquin signum non foret: ergo omnis res signum non est. Minor est evidens, eò quod signi constitutivum sit aliquid significare. Major tamen si clara sit Augustini mens in eodem libro, & capite non semel relato, his verbis: *Non autem omnis res etiam signum est.*

14. Nihilominus ratione suadetur: illud solum significat in sacra pagina, quo ad aliquid significandum vtimur; sed rebus omnibus non vtimur in sacra pagina ad aliquid significandum, vt ferè ex innumeris constat: ergo non omnis res aliquid significat: ergo licet omne signum sit res, non tamen omnis res erit signum; ac proinde recte statuit Magister: in littera, totam sacram paginam circa res, & signa specialiter versari.

15. Sed oppones: signum est quod dicit in aliquius cognitionem; sed res omnis dicit in aliquius cognitionem: ergo res omnis est signum. Major apud Dialeticos patet ex definitione signi. Minor probatur: om-

nis res est causa, aut effectus; sed omnis causa dicit in cognitionem esse etius, & è contrà effectus in cognitionem causæ: ergo omnis res dicit in aliquius cognitionem; ac per consequēs erit signum: ergo sicut omne signum est res, sic & omnis res erit signum.

16. Respondet D. Bonaventura hic negando totum assumptum, eò quod argumentū laboret in equivoco, ex pravā quippè signi acceptione. Signum enim est duplex, scilicet naturale, & institutum. De primo non agit modò Magister, sed de secundo: Vnde, et si omnis res sit signum primo modo, non tamen in secundā acceptione, cum sic solum ex institutione divinā sint signa, quod sane rebus omnibus non consonat.

17. Demùm subinfert Magister, quod primò sit agendum de Rebus, vt in primis tribus libris; posteà verò de Signis, vt in quarto.

18. Sed oppones iterum: in disputationis serie à notioribus est incipiendum; sed signa sunt notiora rebus; ergo non à rebus, sed à signis debuit Magister suum Sententiarum exordiri Volumen. Minor probatur: signum dicit in cognitionem rei, non res in cognitionem signi; sed quod in cognitionem a terius dicit, est notius illo: ergo signa sunt notiora rebus: ergo à signis, & non rebus debuit Magister incipere; proindeque in illius compilatione non benè processit.

19. Respondeat Seraphicus Doctor hic negando primam, & ultimam consequentiam. Nam licet prior sit cognitio signi, quam rei respectu cuius est signum, non tamen oportet quod sit respectu cuiuscunque rei, eò quod respectu omnium non sint signa. Magister enim prius agit de rebus, quarū Sacramēta non sunt signa; ideoque à signis, & non rebus exordiri non est opus. Et hæc de primâ parte litterā distinctionis sufficiant.

20. PRO SECUNDĀ partis textū perspicuā explanatione, hæc alia p̄f̄figitur thesis: Sotia Trinitate increata divinarū personarum propriè est fruendum. In asserti præsidū varias ac genuinas Sanctiū Patrum missas facimus autoritates. Satis superque sit modo egregium Augustini testimonium in ipsā distinctionis litterā productum ex lib. i de Dotr. Chr. st. cap. 5. Res igitur qui us fruendum ist, Pater, & Filius, & spiritus sanctus sum: ergo nullo alio licet nobis p̄ opriè fui, nisi increata divinarum personarum Trinitate.

21. Venit tamen ratione probatur: quod ex naturā sūa, omnique alio fine c' im' nato, est vltimò dignum dilectione, illo propriè ac solitariè est fruendum; sed sotia Trinitas increata divina um personarum ratione sui, & quoconque alio eliminato fine, est vltimò digna dilectione: ergo sotia Trinitate increata divinarum personarum propriè est fruendum. Maior p̄f̄lati discursus claret per descriptionem fruitionis in litterā dicentem:

Frui est rei alicui inhærere propter seipsum: ergo duntaxat erit propriè fruendum illo, quod propter se, & nullum alium finem est ultimò dilectione dignum.

22. Minor probatur: Individuum solùm propter se, & ultimò dignum censetur amore, quod vincè valet nos constituere beatos; sed nihil aliud quèm sola Trinitas increata divinarum personarum valet nos beatos constituere: ergo sola Trinitas increata divinarum personarum ratione sui, & quovis alio postulat ito fine, est ultimò digna dilectione. Maior ab omnibus admittitur, eò quod beatitudo necùm sit possessio ultimi finis, verum & maius inter cuncta dona creata beneficium. Minor parimentiè constat; cum sola Trinitas increata divinarum personarum polleat iure vitimi finis, in quo à Theologis astruitur beatitudo: ergo sola Trinitate increata divinarum personarum propriè est fruendum.

23. Confirmatur ex M.P. Augustino iampridè citato: ideo homo, neque scipso, neque alijs hominibus valet frui, quia nullus hominum est finis ultimus, sufficiens beare animam: ergo solum poterit homo frui illo, quod sit finis ultimus sufficiens animam beare. Nunc sic; sed sola Trinitas increata divinarum personarum est finis ultimus sufficiens beare animam: ergo sola Trinitas divinarum personarum est fruitionis obiectum. Et hæc de secundâ parte litteræ distinctionis sufficiant.

24. PRO TERTIE demum partis expositione, hoc ponitur lemma: *Discrimen inter fruitionem & usum capimus penè relativam, & absolutam dilectionem.* Cuius probatio solum innititur terminorum descriptioni, ut habetur ex litterâ, in quâ dicitur, frui esse amore inhærere alicui rei propter seipsum; & rati esse amore inhærere rei, non ultimò propter seipsum, sed in quantum ordinata est ad illam, quâ fruendum est; sed amore inhærere rei propter seipsum, & amore inhærere rei non propter seipsum, sed gratiâ, & fine alterius, reverâ est distinguere usum à fruitione penè absolutam, & relativam dilectionem: ergo inter usum, & fruitionem nullum aliud discrimen deprehendimus, nisi penè esse dilectionem absolutam, & reatim.

25. Præmisso iam inter fruitionem & usum dissidio, statim tria excitat dubia Magister, quorum primum est: *An hominibus si fruendum?* Et respondet Magister in litterâ, quod secundum Augustinum hominibus est utendum, non fruendum. Patet; quia homines non sunt propter se diligendi; sic enim soli Deo aptatur amor, qui propter se, & nullum alium finem diligitur, ut in secundâ litteræ textus parte expendimus; sed quod non diligitur propter se, fruitionis obiectum non est: ergo cum hominibus propter se non congruat dilectio, nec illis erit fruendum.

26. Modò accedit Divi Augustini gravissimum iudicium, ex integro dubij solutionem exambiens lib. 1. de Doctr. Christ. cap. 22. *Itaque magna quæstio est, utrum frui se debant homines, an utri, an utrumque? Sed queritur, utrum propter se homo ab homine diligendus sit, an propter aliud? Si enim propter se, fruimur eo; si propter aliud, utimur eo.* Videlur autem mihi proprie aliquid diligendum. Hactenus Augustinus: ergo hominibus est utendum, non fruendum.

27. Sed dices contrà ex Divo Paulo ad Philemonem: *Itaque frater, ego te fruar in Domino: ergo hominibus non solum utendum, verum & fruendum erit.*

28. Respondet Magister iuxta Augustini sensum negando consequentiam; nám sacra pagina non dicit absolutè, *Ego fruar te*, sed addit, *in Domino*. Vnde homine sic in Deo frui, potius est Deo frui, quam homine. Non enim dici potest, homo fruitur homine, sed bene Deo fruitur in homine, ita ut vertat hunc sensum: *Ego fruar Domino in te.*

29. Instabis: sacra pagina absolutè loquitur de hominibus tanquam de proprio fruitionis obiecto: ergo. Antecedens deducitur exprelè ex cap. 7. Eccles. *In die bona fruere bonis.* Et cap. 28. Deuteronomij: *Filios generabis, & filias, & non frueris eis.* Ex quo infertur, quod si non peccarent, fruerentur eis: ergo absolutè, & absque addito ullo loquitur facer textus de hominibus tanquam de proprio, & formalí fruitionis obiecto.

30. Responderetur cum Seraphico Doctore negando antecedens vna cum probationis consequentia; quia facer textus in his, alijsque similiibus locis loquitur de fruitione latâ & impropriâ, non verò de strictâ & propriâ, quanquam absolutè, & absque addito ullo loquatur, eo quod nullum ens extra Deum sit amabile propter se utimò, nec potens beare animam ut suprà expendimus, & infrâ numero 39. dicemas, quod necessariò exigitur ad formale obiecti fruibilis constitutivum.

31. SECUNDVM dubium sic proponitur in litterâ: *In Deus utatur nobis, an fruatur?* Et respondet Magister, quod Deus non fruatur nobis, sed utitur, tametsi aliter hominibus utatur, quam nos rebus utimur. Rationem subdit: Deus & nos utimur rebus; sed nos illis utimur propter nostrum commodum; Deus autem nobis utitur, non ad suam, sed ad nostram utilitatem: ergo quamvis Deus utatur nobis, non quemadmodum nos utimur rebus.

32. Quod autem Deus non fruatur hominibus, pulchre hâc formâ evincit Magister: vnum frui alio, est vnum indigere illo; sed Deo nulla re creatâ opus est: ergo Deus hominibus non fruitur. Minor non solum

ex ipsis terminis constat, quia alias iam Deus non foret, si alio à se distincto indigeret; verum ex Psal. 15. expressè habetur: *Deus meus est tu, quoniam bonorum meorum non egis.* Major probatur: obiectum fruibile ita est amabile propter se, ut vltimò, & necessariò quietet, & expleat appetitum fruentis; sed obiectum fruibile vltimò, & necessariò expleat appetitum fruentis, est ipsum fruens indigere illo ad suæ aeternæ, felicitatis assequitionem: ergo unum frui alio, est unum indigere illo; sed Deus nullo bono creato indiget: ergo nullo bono creato, sive hominibus fruatur.

33. Ex dictis duo recte insert Magister. Primum, Deum ut nobis, quod brevi hoc comprobat discursu: Deus non fruatur nobis: ergo vtitur nobis. Consequentia probatur: si Deus non fraretur, nec vteretur nobis, nulla meditaretur causa ad ipsius erga homines amorem dignoscendum; sed Deus diligit homines: ergo dum negamus Deum hominibus frui, revera affirmamus illis uti; alioquin omnis præcluderetur via ad amorem Dei erga homines vestigandum.

34. Secundum à Magistro deductum erat, quod rerum omnium, quæ modò in distinctione sub examine veniunt, aliæ sunt, quibus est fruendum, ut Deus; aliæ quibus vtedum, ut mundus; & deum aliæ quædam, quæ fruuntur, & vtuntur, ut homo, & Angelus. Fruimur Deo, quia est finis vltimus beans animam: Utimur rebus, aut mundo, quia sunt media ad finem vltimum assequendum. Tandem fruuntur, & vtuntur alia, quia creature rationales fruuntur Deo, & rebus vtuntur.

35. Sed argues contra præcipuam dabij resolutionem: Deus non fruatur hominibus: ergo nec fruatur seipso. Consequentia probatur: ideo non fruatur hominibus, ex Magistro in litterâ, quia ubi fructus, ibi inhærentia, & indigentia; sed Deus est expers omnigenæ inhærentia, & dependentia: ergo ex quo Deus hominibus non fruatur, nec seipso fruatur, quod penitus repugnat.

36. Respondeo cum Magistro negando consequentiam, & causalem probationis. Fruitus enim ex suo generali conceptu dicit amoris vinculum, sive unionem fruibilis cum fruente: Cùm ergo contingat aliquid vniuersi sibi, & alteri, convenit non tantum frui alio, sed etiam seipso. Vbi autem est vnuio ad alterum, ibi est dependentia, & inhærentia; vbi vero ad seipsum, si illud est summum bonum, non est inhærentia, & dependentia, immo omnimoda independentia; secùs si ipsum bonum sit creatum, & deficiens, ut creature. Unde solus Deus seipso perfectè fruatur: nihil vero aliud ab ipso potest perfectè seipso frui, eo quod nihil aliud sit vltimò propter se amabile vtrâ Deum: ergo estò Deus hominibus non fruatur, non exinde intertur, seipso non frui.

37. TERTIVM & ultimum dubium est: *An virtutibus sit fruendum?* Respondet Magister in litterâ à negative. Quod eisdem probatur rationibus, ac dubium antecedens, ex eo quod virtutes non perquirantur propter se, sed propter beatitudinem, & Deum. Quod ergo propter se non indagatur, sed ob aliud, profectò illi ratio obiecti fruibilis non congruit: ergo virtutibus minime erit fruendum.

38. Sed dices cum alijs oppositum in litterâ statuerintibus, fuitis enīx autoritate Divi Ambrosij cap. 5. ad Gal. dicentis: *Fructus autem Spiritus est Charitas, gaudium, pax, &c.* Sed virtutes sive fructus propter se appetendi sunt: igitur & propter se amandi; sed quod appetitur, & amatur propter se, est fruitionis obiectum: ergo virtutibus erit fruendum.

39. Respondet Magister, quod licet virtutes propter se & appetenda, & amandæ sit, quia valde suos possessores delectant, in eosque gaudium spirituale ingerunt, nihilominus non ultimò amandæ, & appetendæ sunt, sed propter solam beatitudinem, cum in ipsis non sit immorandum, fruendo illis, sed vitrà gradiendum usque ad vitimi finis assequitionem, in quo siffrit vera fruitio, & possesio.

40. Huic tamen & alijs satisfit instantijs, duplīcem distingendo fruitionem; alteram strictam, & propriam, videlicet fruitionem boni propter se ultimò, quæ est totus huius distinctionis scopus; a teram latam, & impropiam, quippe fruitionem boni propter se, abstrahentem ab ultimo, & nō ultimo. Unde virtutibus numquām propriè & strictè est fruendum; nam licet valeant appeti, & amari propter se latè, & impropriè, sed nō propter se ultimò, eo quod omnes in Trinitatem fruendam tanquam in ultimum finem referantur.

41. Sed contrā ex Seraphico Doctore: sicut se habet per se ad per accidens, ita propter se ad propter aliud; sed nihil quod convenit alicui per accidens, convenit per se: ergo nihil quod convenit alicui propter aliud, convenit propter se: ergo si virtutes sunt appetendæ, & amandæ propter aliud, non propter se.

42. Respondeo negando instantiæ assūptum, cuius solutio reverā pendet ex terminorum captu, usu, & applicatione. Virtutes enim, ex Magistro in litterâ, amantur propter se, & propter aliud absque contradictione ullâ. Amantur propter se, quia possessores suos recreant, ipsique gaudium spirituale afferunt, eo quod propriā polleant bonitate. Amantur propter aliud, quia non ultimò propter se amantur, neque in ipsis est morandum, fruendo illis, sed vitrà progrediendum usque ad ultimum finem; sicque nulla apparent contradic̄tio in eo quod virtutes amantur propter se, & propter aliud, sive per se, & per accidens, ut illustrati patebit.

43. Tandem Magister recapitulat ea, quae dicta sunt, ostendens secundum quem ordinem de eis sit agendum. Prius enim de rebus, quam de signis esse pertractandum constat; & inter res fruibilis, & utiles, prius de rebus fruibilibus, ut in hoc Primo libro; postea de utilibus, ut in Secundo; deinde de utilibus ordinatis ad fruibilitate, ut in Tertio; & denunt de signis, ut in Quarto disputat. Et haec de temporibus, & ultimam partem huius distinctionis dicta sint satis.

QVÆSTIONES.

44. **Q**VÆST. 1. An notitia sacrae Scripturae sive Theologie sit utilis, & necessaria ad salutem? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1.p.9.1. art. 1. Barnez 2.2. q.1. art. 3. dub. 4. Canus de locis, cap. 1. & 2. Medina lib. 7. de Rect. in Deum fid. Gravira in Cathol. Prascrip. lib. 1. præscrip. 5. Conatus tom. 1. disp. 1. præm. art. 10. Contensonus tom. 1. lib. 1. disert. 1. cap. 1. specul. 1. Labat tom. 1. tract. 1. de Deo Vno. disp. 1. præm. Biescas tom. 1. q. 1. dub. 2. Ioannes de Neapoli q. 17. punct. 1. & 2. p. 142. Ildeph. Michael tom. 1. q. 1. art. 1.

45. Ex Subtili Scholâ Scotus quest. 2. prolog. pag. 40. Hernandez in 1. q. prolog. sect. 3. pag. 4. Poncius tom. 1. in comment. quest. 2. prolog. pag. 34. Smiling. tom. 1. de Deo uno, quest. 4. præm. num. 170. Faber tom. 1. quest. 1. prolog. cap. 4. p. 11. Niise q. 2. præm. p. 2. Vulpe tom. 1. disp. 2. art. 1. p. 6. Sofa tom. 1. q. 2. prolog. art. 1. Giner in 1. q. 2. prolog. art. 1. p. 8. Castro contra heres. vers. Sacra scrip. Herinx tom. 1. disp. 1. q. 1. p. 7. Carrie in Digest. tom. 2. tract. de Script. q. 12. pag. 681. Haye in Bibl. Maxim. tom. 1. sect. 27. cap. 1.

46. Ex Eximiâ Scholâ Suarez lib. 1. Defens. Fid. cap. 10. Bella minus lib. 4. de Verb. Dei, cap. 4. & lib. 3. cap. 1. 2. & 3. Fasolius tom. 1. q. 1. art. 1. dub. 1. Quiròs de Deo, disp. 2. sect. 2. & 3. Maurus tract. 1. præm. q. 2. 3. & seqq. Carteton tom. 1. disp. 1. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. q. 2. prolog. Alens. 1. p. q. 1. memb. 4. Fulensis Idea Theolog. præm. resol. 1. Gaudent. tom. 1. tract. 1. disp. 1. q. 1. Blasco 10. 1. dist. 7. 1. q. 2. & dist. 74. q. 3.

47. QVÆST. 2. An Sacramenta veteris legis causabant gratiam ex opere operato? Ex Angelicâ Scholâ D. Thom. in 4. dist. 1. q. 1. art. 1. & q. 2. art. 4. M. à Sancto Thomâ de Sacram. disp. 24. q. 42. art. 6. dub. 2. n. 2. Araúxo q. 6. 1. art. 4. dub. 2. Cabriera q. 70. art. 4. a n. 4. Canus in Relect. Sacram. 4. p. conclus. 8. Nuño 3. p. q. 70. art. 4. dub. 2. Setus in 4. dist. 2. q. 1. art. 4. Martinez Prado de Sacram. q. 62. dub. 7. §. 1. Genetus tom. 5. disp. 2. de Sacram. art. 1. 2. & 3. & disp. 5. art. 2.

48. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 1. q. 6. Mastrius tom. 4. disp. 1. q. 2. art. 1. 2. & 3. Delgadillo de Sacram. cap. 4. dub. 11. & disp. 2. q. 2. & 3. p. 48.

3. & p. 48. Iribarne in 4. disp. 3. sect. 2. pag. 53. Aquila in 3. dist. 1. q. 5.
 & 6. Berulle tom. 1. dist. 1. q. 4. Boyvin tom. 4. cap. vlt. q. 5. Nijse tract.
 6. p. 1. q. 2. Rada tom. 4. controv. 2. art. 2. Pitygian in 4. tom. 1. dist. 1. q. 7. art.
 1. & seqq. Durand tom. 4. de Sacram. disp. 2. q. 2. Herinx tom. 4. tract. de
 Sacram. disp. 1. q. 3. & 4. Macedus lib. 4. de Clav. p. 1. cap. 4. Poncius in
 Curs. Theolog. disp. 4. 1. de Sacram. q. 2. Brancatus de Lauræ in 4. tom. 1.
 disp. 5. art. 1. pag. 182.

49. Ex Eximiâ Scholâ Suarez 3. p. q. 6. 1. disp. 5. sect. 1. & 2. & disp. 10.
 sect. 3. Beccan. de Sacram. cap. 3. q. 10. & 11. Arriaga de Sacram. disp. 9. sect.
 3. & disp. 10. sect. 4. Dicastillo tract. 1. disp. 2. dub. 13. Lugo de Sacram.
 disp. 5. n. 4. pag. 86. Amicus tom. 7. disp. 4. sect. 1. Rhôdes de Sacram. disp. 1.
 q. 3. sect. 2. §. 3. Carleton tom. 2. disp. 66. sect. 1. & 2. Ex alijs D. Bonaven-
 tura in 4. dist. 1. art. 1. q. 5. & art. 2. q. 3. à pag. 11. Bonacina de Sacram.
 disp. 1. q. 4. punct. 1. Caspensis tract. 2. 1. disp. 2. sect. 1. Aversa de Sacram. q.
 6. 2. sect. 5 Leander ass. Sacram. tom. 1. tract. 1. disp. 3. q. 9. & 10. Gudent.
 tom. 7. tract. 1. disp. 4. sect. 3.

50. QVÆST. 3. An detur in divinis amor strictus, &c specialis? Ex
 Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. q. 3. 1. art. 3. & lib. 1. contra Gent. cap.
 90. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 57. Lumbier de Volunt. q. 8. art. 4. §. 1. Cursus
 Carmelit. tract. 4. disp. 4. dub. 2. §. 3. Ferre tom. 2. tract. 10. de Volunt. q. 1.
 §. 1.

51. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 36. q. vnic. & q. 3. de Rerum
 princ. art. 3. Hernandez in 1. tract. 5. de Vol. disp. 2. sect. 3. Perez Lopez
 in 1. dist. 4. q. 2. Felix de Volunt. cap. 2. diff. 2. Durand tom. 1. tract. de Vol.
 disp. 6. q. 1. Frassen in 1. tract. 2. disp. 2. art. 1. q. 4. Et in Nostro Athenæo
 sub. Schol. Seraph. q. 3. art. 1. pag. 245.

52. Ex Eximiâ Scholâ Suarez lib. 3. de Attrib. cap. 6. n. 7. Arriaga
 de Vol. disp. 25. sect. 4. subsect. 2. Amicus tom. 1. disp. 14. sect. 6. Montoya
 de Vol. disp. 52. sect. 1. Oviedo de Beat. controv. 4. puatt. 3. Qirós de
 Des. disp. 6. 8. sect. 2. Ribadé. de Vol. disp. 10. & 11. à cap. 1. Herrera de Vol.
 q. 12. sect. 4. Aldrete de Vol. disp. 6. sect. 1. & 2. Borrull de Vol. disp. 4.
 sect. 2. Carleton tom. 1. disp. 26. sect. 3. & 4. Thyrsus tom. 1. disp. 25. sect. 1.
 Ex alijs D. Bonavent. in 1. dist. 1. art. 3. q. 2. & dist. 10. q. 2. & in 3. dist.
 3. 2. q. 1. Gudent. tract. 1. de Deo uno, disp. 17. q. 1.

53. QVÆST. 4. An beatitudo nostra consistat in intellectu, an vo-
 luntate? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 1. q. 1. art. 1. & in 4.
 dist. 4. 2. art. 2. q. 1. & 1. 2. q. 3. art. 4. & 1. p. q. 26. art. 2. Godoy tom. 1.
 tract. de Beat. disp. 5. pag. 55. Gonetus tom. 3. de Beat. disp. 3. art. 2. Em-
 bun tract. 1. de Bzzi. dist. 2. q. 2. art. 3. & 4. Ferre tract. 2. de Beat. q. 2.
 §. 6.

LITTERALIS EXPOSITIO

17

§. 9. Carrasco p. 4. de Beat. dub. 2. resolut. 2. & 3. Ioan. de Neapoli q. 24.
punct. 1. & 2.

54. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 49. quest. 4. Mastrius tom. 1.
disp. 6. q. 12. art. 1. & 2. Perez Lopez in 1. dist. 7. quest. 4. art. 1. & 2.
Felix de Beat. cap. 2. diff. 7. Merinerus de Beat. disput. 2. q. 6. Durand
tom. 2. de Beat. disp. 3. quæst. 2. Herinx tom. 1. disp. 2. q. 4. Vulpes 10. 2.
p. 2. disp. 54. art. 7. Cordova in quæst. Theolog. lib. 1. q. 42. Rada tom. 4.
controv. 12. art. 4. Sannig. tom. 2. tract. 9. dist. 1. q. 2. Angles in 2. p. 2.
diff. 3. Berulle tom. 12. disp. 3. q. 7. Hiquaxus in 4. dist. 49. Poncius in
Curs. Theolog. disp. 19. de Beat. quæst. 2.

55. Ex Scholâ Eximiâ Suarez de Beat. disp. 7. sect. 1. Ovied. de Beat.
controv. 2. punct. 7. Beccan. de Beat. cap. 1. quæst. 3. num. 4. Gaspar Hurtad.
disp. 2. diff. 10. Ariaga tom. 2. tract. 2. disp. 49. sect. 7. & 8. Amicus
de vlt. fin. disp. 2. sect. 6. Carleton tom. 1. disp. 83. sect. 4. Maurus tract.
1. de Beat. q. 5. Aranda lib. 1. de Beat. disp. 2. sect. 3. Ex alijs Bonav. in 4.
dist. 49. art. 1. quæst. 3. & 4. Caspens. de Vif. disput. 3. sect. 7. Gaudent.
tom. 4. disp. 2. sect. 6. Boverius tract. 1. demonst. 3. artic. 4. Morissan. de
Beat. disp. 4. dub. 4. Morand. tract. 1. de vlt. fin. quæst. 8. Blasco tom. 1.
dist. 99. q. 2. art. 3.

56. QVÆST. 5. An beatitudo nostra formalis consistat in visione,
an in amore? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 49. quæst. 1.
art. 3. Godoy tom. 1. de Beat. disput. 5. à p. 65. Gonetus tom. 3. de Beat.
disp. 3. art. 2. Embun tract. 1. de Beat. dist. 2. q. 2. art. 3. & 4. Carrasco
p. 4. de Beat. dub. 2. resolut. 2. & 3. Contenson tom. 3. dissert. 3. cap. 1.
specul. 1. Ferre tract. 2. de Beat. q. 2. §. 17. Labat. tom. 3. tract. 1. disp. 2.
dub. 2.

57. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 49. q. 5. Perez Lopez in 1.
dist. 7. q. 4. art. 3. & subart. vnic. pag. 377. Mastrius ut supra. Felix de
Beat. cap. 2. diff. 8. Merinerus de Beat. disput. 2. q. 7. Cariere in Digest.
tract. de vlt. Beat. q. 18. Cordova ut supra. Rada tom. 4. controv. 12. art. 5.
Sannig. tom. 2. tract. 9. dist. 1. q. 2. Vulpes tom. 2. p. 2. disp. 54. art. vlt.
Angles in 2. p. 2. diff. 4. Berulle, Poncius, & alij ut supra.

58. Ex Scholâ Eximiâ Suarez de Beat. disp. 7. sect. 1. Beccan. p. 2.
tract. 1. cap. 1. q. 4. Maurus tract. 1. de Beat. q. 5. Rhodès de Beat. disp. 1.
q. 2. sect. 3. Amicus, Ovied. Arriaga, Hurtad. Aranda, Carleton ut supra.
Ex alijs D. Bonavent. in 4. dist. 49. art. 1. q. 3. 4. & 5. & Authoræ re-
lati pro quæstione antecedenti.

59. QVÆST. 6. An amor viæ & patriæ distinguatur specie? Ex
Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. q. 67. art. 6. Gonetus tom. 3. tract. 2.

- de *Aetib. hum. disp. 7. art. vnic. §. 2.* Ferre tract. 4. de *Charit. q. 3. §. 3.*
 60. Ex *Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 26. q. vnic.* Brancat. tom. 4.
disp. 6. de Charit. art. 8. Castillo de Velasco tom. 2. tract. de *Charit. disp. 2.*
quest. 4. Felix de *Beat. cap. 2. diff. 8.* Pichon de *Charit. disp. 1. cap. 2. sett.*
4. Aquila in *3. dist. 3. 1. quest. 1.* Herinx tom. 3. de *Charit. disp. 11. q. 3.*
 61. Ex *Scholâ Eximiâ Suarez tom. 1. 3.p. disp. 39. sett. 2.* Amicus
de Charit. disp. 26. sett. 4. Cardin. de Lugo de *Incarnat. disp. 14. sett. 1.*
Beccan. cap. 22. q. 5. Gaspar Hurtad. *disp. 1. diff. 2.* Ovied. de *Charitate,*
controv. 1. punct. 4. Carleton *tom. 2. disput. 35. sett. 4.* Aranda lib. 1. de
Beat. disp. 2. sett. 3. §. 3. p. 26.

62. QVÆST. 7. An amor beatificus sit liber, aut necessarius? Ex *Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. q. 10. art. 1. & 2. & q. 22. de Verit.*
art. 6. Godoy *tom. 1. de Beat. disp. 6. à pag. 78.* Gonetus *tom. 3. de Beat.*
disp. 4. art. 1. pag. 60. Gregorius Martinez de *Beat. art. 1. dub. vlt. Contentor*
tom. 3. dissert. 3. cap. 1. specul. 1. Ferre tract. 2. de *Beat. q. 3. §. 1.*

63. Ex *Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 49. quest. 6. & 10. & Col-*
lat. 15. Felix de *Beat. cap. 4. diff. 1.* Iribarne de *Aetib. hum. disp. 4. sett. 5.*
Briceñus tom. 2. controv. 11. dist. 3. art. 4. Durand *tom. 2. tract. de Beat.*
disp. 4. quest. 1. Sannig. *tom. 2. tract. 9. dist. 1. quest. 3.* Angles in *4. p. 2.*
dub. 1. art. 3. diff. 4. Mastrius in *1. disp. 6. num. 277. & disp. 7. de Anim.*
num. 145.

64. Ex *Scholâ Eximiâ Suarez 3.p. disp. 3. de Charit. sett. 3. & disp.*
9. Metaph. sett. 8. & tract. de Beat. disp. 9. sett. 1. Amicus de *vlt. fin. disp. 2.*
sett. 10. Beccan. *p. 2. tract. 1. cap. 1. quest. 8.* Arriaga de *Beat. disput. 52.*
sett. 3. Rhodès de *Beat. disp. 1. quest. 3. sett. 2.* Ex alijs D. Bonavent. in *2.*
dist. 25. p. 2. q. 2. & 3. Gaudent. *tom. 4. disp. 2. q. 11.* Morand. *tract. 1. de*
vlt. fin. q. 8. n. 38. & 42.

65. QVÆST. 8. An peccans lethaliter fruatur seipso tanquam vi-
 limo fine? Ex *Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. quest. 1. art. 5. & q. 24.*
art. 10. ad 2. Gonetus *tom. 3. tract. 5. de Peccat. disp. 9. art. 2.* Embun
tract. 1. de Beat. disp. 1. q. 2. art. 4. Ferre tract. 1. de *Beat. quest. 5. §. 6.*
& 8.

66. Ex *Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 1. quest. 5.* Mastrius *disput. 6.*
q. 6. art. 1. Felix de *Beat. cap. 1. diff. 7.* Sosa *tom. 1. dist. 1. q. 1. artic. 3.*
diff. 19. Merinerus de *Beat. disp. 1. q. 3.* Durand *tom. 2. tract. de Peccat.*
disp. 9. q. 2. Angles in *4. dub. 2. diff. 7.*

67. Ex *Scholâ Eximiâ Suarez 1. 2. tract. 5. disp. 2. sett. 1.* Arriaga
tract. de Beat. disp. 46. sett. 6. Amicus *disp. 23. sett. 2.* Oviedus de *Beat.*
controv. 1. punct. 4. Rhodès de *Beat. disp. 1. q. 1. sett. 2. §. 3.* Aranda lib. 1.
de Beat. disp. 1. sett. 1. §. 4. Ex

LITTERALIS EXPOSITIO.

19

68. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 2. q. art. 1. q. 2. ad 6. Pasqualig. de Beat. disp. 26. sett. 4. Gaudent. tom. 4. disp. 2. q. 14. Morandus tract. 1. de vlt. fin. q. 4. Blasco tom. 1. dist. 98. q. 3. art. 1.

69. QVÆST. 9. An creatura poscit operari propter duos fines ultimos & adæquatos? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. q. 1. art. 5. Gonetus tom. 3. de Beat. disp. 1. art. 6. Salmanticenses de Beat. disp. 4. dub. 1. & 3. Embun tract. 1. de Beat. dist. 1. q. 2. art. 7. Ferre tract. 1. de vlt. fin. q. 5. §. 2. Contenson tom. 3. dissert. 2. cap. 1. specul. 2. Carrasco p. 4. de Beat. dub. 3. resol. 1. & segg.

70. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. q. 3. §. In istâ quæstione, num. 2. Vulpes tom. 2. p. 2. disp. 53. art. 8. Felix de Beat. cap. 1. dff. 6. Sosa tom. 1. dist. 1. q. 1. art. 3. dff. 10. Merinerus de Beat. disp. 1. quæst. 2. Durand tom. 2. tract. de Beat. disp. 1. q. 5. Herinx tom. 2. tract. de Beat. disp. 1. q. 5. Herrera de Bonit. & Malit. disp. 28. q. 12. Niise tractat. 2. p. 2. q. 8. Angles in 2. dist. 38. q. 2.

71. Ex Scholâ Eximiâ Suarez in 1. 2. disp. 3. sett. 3. Arriaga de Beat. disp. 46. sett. 6. subsett. 3. Oviedus de Beat. controv. 1. punct. 3. Gaspar Hurtad. disp. 1. diff. 8. Rhodès de Beat. disp. 1. q. 1. sett. 2. Aranda de Beat. lib. 1. disp. 1. §. 1. & 3. Ex alijs D. Bonav. in 2. dist. 38. quæst. 3. & 4. Caspeni. disp. 1. sett. 9. Pasqualig. disp. 11. sett. 6. Morand. tract. 1. de fin. vlt. q. 4. Gaudent. tom. 4. de Actib. hum. disp. 1. quæst. 13. Blasco tom. 1. dist. 98. q. 4.

72. QVÆST. 10. An possimus frui essentiâ divinâ, quin fruamur personis, aut vnâ personâ sine aliâ: Vel cognoscere essentiam divinam non cognitis personis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 2. art. 8. ad 3. Godoy in 1. p. tom. 1. disp. 19. à pag. 502. & tom. 1. de Beat. disp. 2. à pag. 11. Gonetus tom. 1. tract. 2. disp. 5. art. 2. & tom. 3. de Beat. disp. 2. art. 2. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 4. dub. 8. Biescas tom. 2. q. 12. artic. 8. dub. 3. & 4. Lumbier de Vis. q. 13. art. 3. Lezana tract. 3. disp. 3. q. 2. Ferre tom. 1. tract. de Vis. q. 10. §. 3. Carrasco 1. p. de Vis. dub. 4. Contenson tom. 1. lib. 1. dissert. 6. cap. 2. specul. 3.

73. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 1. q. 2. Mastrius tom. 1. disp. 6. q. 8. art. 1. & 2. Macedus in 1. collat. 3. diff. 3. sett. 1. Vulpe tom. 1. disp. 25. art. 1. Baron tom. 4. tract. de Vis. Apolog. vlt. art. 1. & 2. Rada tom. 1. controv. 6. art. 1. Briceñus tom. 1. controv. 9. artic. 2. Félix de Vis. cap. 10. diff. 3. Sosa tom. 1. dist. 1. art. 2. Faber in 1. dist. 1. disp. 11. q. 2. cap. 1. & 2. Berulle tom. 12. disp. 4. q. 4. Durand tom. 1. disp. 5. quæst. 1. Boyvin tom. 1. cap. 2. disp. 6. q. 12. Giner in 1. dist. 1. q. 1. art. 3. 4. & 5. Berming. tom. 1. q. 12. art. 2. 5. & 26.

74. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Atrib. cap. 23. Quiròs de Deo, disp. 31. sect. 1. & seqq. Amicus de vlt. fin. disp. 2. sect. 7. & tom. 1. disp. 9. sect. 18. Arriaga de Beat. disp. 50. sect. 1. Beccan. 1.p. cap. 9.q. 12. Borrull de Atrib. disp. 16. sect. 2. Alòs in Selekt. disp. 5. cap. 1. §. 5. & 6. Manrus tract. 3. de Vis. q. 37. Carleton tom. 1. disp. 19. sect. 1. & 3. Aldrete tom. 1. tract. de Vis. disp. 5. sect. 1. Avendaño tom. 1. sect. 4. problem. 14. §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 3. dist. 14. q. 2. Gaudent. tom. 1. de Deo uno, disp. 11. q. 19. 20. & 21. Caspens. de Vis. disp. 5. sect. 2. Morand. tract. 2. q. 15. Blasco tom. 1. dist. 99. q. 3. art. 1. & seqq.

DE MYSTERIO TRINITATIS, ET VNITATIS.

DISTINCTIONIS SECUNDÆ Synopsis.

*Splendida personis tribus est essentia simplex,
Hoc instrumentum monstrat utrumque tibi.*

Sic incipit: *Hoc quoque verà, ac pià fide, &c.*

Sic terminat: *Ostendamus.*

1. **C**ONNECTITVR hæc secunda distinctio cum primâ. In antecedenti distinctione Magister inquirit, de quâ materiâ agendum sit in hoc primo Sententiarum libro, an de signis, an de rebus, an primò de re fruibili, an de vtilibili. Sed in præsenti distinctione, iam ordine fancito, aggreditur de rebus fruilibus pertractare: ergo rectè connectitur hæc distinctio cum antecedenti.

2. Consequentia probatur: dum quis de scientiâ, aut arte aliquâ prudenter & ordinatè differere intendit, priùs designat disputationis materiam; sed Magister in primâ distinctione, dum inquirit, de quâ materiâ agendum sit in primo Sententiarum libro, statuit, incipiendum esse à rebus fruilibus, tanquam à materiâ designata ab illo: ergo in hac secunda distinctione agere de re fruibili, quippe de Trinitate increata divinarum personarum, reverâ inter utrumque distinctionem erit rectam servare methodum.

3. Sed quia apud Scholas, præsertimque Hispanicas, in Magistri di-

istinctionum explanatione , earum viciissim connexionem cum antecedenti , & consequenti ostendere , iam mos invaluit , idcirco hanc emulandam aggredimur methodum . Verum , ne semel apposita instauremus , solum cum antecedenti vniuersitatis distinctionis connexionem probabimus , ut haec pro subsequentis distinctionis connexione postea inferiat . Si ergo connexionem secundae distinctionis cum tertia v.g. quis suadere tentaret , sanè nihil aliud , quam connexionem tertiae cum secundâ distinctione , tanquam cum antecedenti demonstraret : ergo in litteræ Magistri expositionis progressu , non opus est , cum distinctione sequenti connexionem comprobare .

4. Dividitur præsens distinctione in tres præcipuas partes . In primâ Magister ostendit modum dignoscendi Trinitatem in unitate , & unitatem in Trinitate . In secundâ verò statuit , nullum Catholicum debere de hoc dubitare Mysterio . In tertiam demum parte , argumentis novi , & veteris testamenti , unitatem essentiae divinæ , & personarum Trinitatem suadet .

5. PRO PRIMÆ igitur partis huius distinctionis declaratione , hoc proponitur theorema : *Necessæ est quemlibet Catholicum solâ , ac piâ fide eternam Trinitatem in summâ unitate affirmare .* Quod sic ostenditur : dum aliquid sine fide sciri , aut investigari non valet , hoc oportet quemlibet Catholicum solâ ac piâ fide tenere ; sed eternam Trinitatem in summâ unitate nullus sine fide scire , aut investigare valet : ergo eternam Trinitatem in summâ unitate oportet quemlibet Catholicum solâ ac piâ fide tueri .

6. Maior tametsi probatione non egeat , cò quod expressis verbis eam Magister in primo huius distinctionis capite adducat , nihilominus ex opposito confirmatur : quod sine fide intelligi , aut explorari potest , hoc vtiquè solâ naturali ratione affirmari valet : ergo quod sine fide sci-ri , aut investigari non potest , hoc oportet quemlibet Catholicum solâ ac piâ fide tenere ; sed Trinitatis Mysterium sine fide intelligi , aut scrutari non potest ; quia ratio naturalis non suppetit ob eminentiam , & supernaturalitatem obiecti : ergo .

7. Minorem similiter ostendit Magister ibidem testimonio Divi Augustini lib. i. de Trinitate , cap. 2. dicentis : *Quod Trinitas unus Deus & solus & verus , & quam recte Pater , & Filius , & Spiritus Sanctus , unus eiusdemque substantiae , vel essentia dicitur , creditur , & intelligitur . Ergo necesse est quemlibet Catholicum solâ ac piâ fidè eternam Trinitatem in summâ unitate affirmare .*

8. Assumptum poterat firmari omnibus rationibus , quibus passim

Doctores possilitatem arcani Trinitatis Mysterij lumine naturali indemonstrabilem fore , probare tentant. Illas modò missas facimus , quia adhuc tyronibus in Theologicis disciplinis , obiterque legentibus satis parent.

9. Sed oppones: non oportet Catholicum verè affirmare quod naturali rationi contrariatur ; sed aeternam Trinitatem in summâ unitate affirmare , naturali rationi contrariatur : ergo necesse non est quemlibet Catholicum solâ ac piâ fide Trinitatem in unitate affirmare. Minor probatur: summa unitas, & pluralitas lumine naturæ non cohærent; sicut nec summa simplicitas , & compositio compatiuntur simul ; sed quod naturali rationi non congruit , verè ipsi contrariatur : ergo Trinitatem in summâ unitate affirmare , rationi naturali contrariatur : ergo non oportet quemlibet Catholicum solâ ac piâ fide Trinitatem in unitate affirmare.

10. Respondetur ex Divo Bonaventura hîc negando minorem. Ad probationem nego iterum minorem,& consequentiam. Non enim est contra, sed supra rationem naturalem, quod summa unitas, & Trinitas simul cohæreant; ideoque cognoscibilis huius Mysterij non contra, sed supra naturalem captum fere ab omnibus Theologis commendatur. Sicque aeternam Trinitatem in summâ unitate affirmare , naturali lumini non repugnat. Insuper adiungimus, ex Magistro, vt instantiae via penitius præcludatur , Catholicum solùm piâ fide , & non naturali discursu Trinitatem in summâ unitate affirmare.

11. Instabis : affirmatio & negatio eiusdem de eodem secundum idem, ita claram evincit contradictionem, vt à nullo verè enuntiari valeat; sed simul affirmare unitatem, & pluralitatem in divinis, est affirmatio & negatio eiusdem de eodem secundum idem : ergo non oportet Catholicum aeternam Trinitatem in summâ unitate affirmare. Minor probatur: unitas est carentia multitudinis, sicut multitudo unitatis negatio; sed forma, & negatio contradictrioriè opponuntur: ergo simul affirmare unitatem, & Trinitatem in divinis, est affirmatio & negatio eiusdem de eodem secundum idem ; ac proinde aperta , & formalis contradictione, quæ à nullo enuntiari valet.

12. Respondetur ex ipso Seraphico Doctore negando minorem. Et ad probationem maioris suppositum, nempè, unitatem formaliter confitescere in multitudinis negatione; sicut & multitudinem in unitatis caritatem, vt communiter habetur ex Metaphysicis , super quod modò immorari non licet. Cæterum unitas , & Trinitas in divinis nullam probant contradictionem, eò quod non sit affirmatio & negatio eiusdem de eodem

dem secundū idem. Et quidem, cūm sit vnitatis in essentia, & Trinitatis in personis; ideoque affirmatio vnitatis, & Trinitatis in divinis opera-
ta à Catholicis, imminis ab omni contradictione censetur. Et hæc pro
primā distinctionis parte sufficiant.

13. PRO SECUNDÆ verò partis textū clarā explanatione, hæc pa-
nitur cōclusio: Nullus Catholicus de distinctione divinarū personarū vltate-
nus dubitare valer. Probatur: in illo nullus Catholicus debet propter ma-
teriæ arduitatem dubitare, in quo videt omnes Doctores Catholicos
vnanimitè concordare; sed omnes Doctores Catholicī pià fide tenent,
& vnanimitè fatentur divinarum personarum distinctionem: igitur
nullus Catholicus debet de divinarum personarum distinctione dubita-
re. Hic discursus proculdubio subsistit. Maiorem, & Minorem ponit
Magister in secundo huius distinctionis capite: igitur conclusio tenet.

14. Sed dices: distinctione inter divinas personas oritur ex diverso ea-
rum procedendi modo; sed plures Catholicī dubitant de diverso divina-
rum personarum procedendi modo: ergo ex Catholicis plures de divina-
rum personarum distinctione dubitare poterunt. Maior est evidens.
Minor probatur: plerique ex Catholicis Doctoribus, vtpotè Ochamus,
Durandus, Perez Lopez, & alij sustinent, processiones divinas fore im-
mediate per naturam divinam. Alij vero illas passim per intellectum, &
voluntatem statuunt: ergo de diverso divinarum personarum proceden-
di modo, plures ex Catholicis hæsitant, necnon de illarum distinctione,
quatenus in ipsarum processione omnino fundata.

15. Respondetur negando consequentiam. Näm et si Catholicī plu-
res de diverso divinarum personarum procedendi modo hæsitant, vt
rectè probat instantia, tamen de existentiâ processionum divinarum
personarum nullus ex Catholicis ambigit. Aliud enim est dubitare de
modo procedendi, & aliud de processionibus ipsis dubitare. Primum
satis receptum est inter Catholicos Doctores. Non secundum. Cūm er-
gò non sit permisum, de existentiâ processionum divinarum persona-
rum dubitare; nec de earum distinctione in ipsis fundatâ licebit inter
Catholicos hæsitare. Et hæc de secundâ distinctionis parte dicta sint
satis.

16. PRO TERTIA tandem distinctionis parte, hæc statuitur the-
sis: Indubitatum est quemlibet Catholicum pluralitatem divinarum per-
sonarum, & divinæ essentiæ vnitatem auctoritatibus veteris, ac nove le-
gis posse comprobare. Cuius firma ac catholica veritas ferè innumeris
vtriusque testamenti argumentis ostenditur, que in distinctionis littera-
clarent. Quamobrem vnum, aut aliud producere hic solùm nostri mu-
neris

neris erit, quorum alia vnitatem Dei, alia pluralitatem divinarum personarum testantur.

17. Probatur primò ex Genes. cap. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* In hoc quod dicit *faciamus*, pluraliter, ostenditur personarum pluralitas. Per hoc autem quod dicit *imaginem*, singulariter, demonstratur vnitatis essentiae. Et idcirco Pater Æternus dixit (loquendo cum Filio & Spiritu Sancto) *faciamus ad nostram*, & non facio *ad meam*: Similiter *imaginem & similitudinem*, & non *imagines & similitudines*, ad hoc ut ostenderetur pluralitas personarum, & vnitatis essentiae divinae: ergo ex veteri testamento, personarum distinctio, & essentiae divinae vnitatis, à quolibet Catholicō satis comprobari valent.

18. Iām accedit Divi Augustini irrefragabile testimonium lib. de fide ad Petrum, cap. 1. rem omnem exambiens: *Cum enim in singulari numero dicit, imaginem, ostendit unam naturam esse, ad cuius imaginem homo fieret. Cum vero dicit pluraliter, nostram, ostendit eundem Deum ad cuius imaginem homo fiebat, non esse personam. Si enim in illa una natura Patris, & Filii, & Spiritus Sancti una esset persona, non diceretur, ad imaginem nostram, sed ad imaginem meam: Nec dixisset, faciamus, sed faciam. Si vero in illis tribus personis tres essent intelligentiae, vel credencia substantiae, non diceretur, ad imaginem nostram, sed ad imagines nostras. Una enim imago trium naturarum inaequalium esse non posset. Sed dum ad unam imaginem unius Dei homo factus dicitur, una sancta Trinitatis essentialiter divinitas intimatur.*

19. Secundò, idipsum pariformiter comprobat Magister authoritatibus novæ legis, quæ affatim apparent in textu. Dicitur enim Matth. cap. vlt. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Vbi Christus Dominus dixit, *in nomine*, & non *in nominibus*, ut ostenderet nobis vnitatem essentiae divinae. Insuper dixit, *Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, ut demonstraret nobis distinctionem, & pluralitatem personarum: ergo.

20. Tertiò, in Epist. Canon. Ioannis hæc veritas habetur: *Tres sunt, qui testimonium dant in Cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: Et hi tres unum sunt.* Rursùm, Apostolus ad Galat. cap. 4. aperte Trinitatem distinguit, dicens: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra.* Demum ex ipso ad Rom. li. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria:* ergo pluralitatem divinarum personarum, essentiæque divinae vnitatem, tūm ex veteris, tūm ex novæ legis authoritatibus quilibet Catholicus comprobare poterit.

21. Sed oppones ex Psalm. 85. *Tu es Deus solus.* Et ex illo, quod canit

mit Ecclesia: *Tu solus Sæctus, Tu solus Dominus, &c.* ergo ex ijs, alijsque sacrae paginae testimonij videatur, quod in divinis admitti debeat solitudo: ergo æquè sacra Scriptura suffragatur tam neganti, quam affirmanti divinarum personarum pluri alitatem.

22. Respondetur, quod in his, & alijs similibus locis non negatur personarum pluralitas, sed Deorum multiplicitas, quemadmodum Idolatriæ, plures esse essentialiter Deos affirmabant. Ideò enim innuit sacer textus: *Tu es Deus solus.* Ex quo appetet error Socratis constituentis unum Deum principalem, & alios minus principales, ut resert Seneca lib. de natural. quest. Et hæc de tertia, & ultimâ parte huius distinctionis sufficiant.

QVÆSTIONES.

23. QVÆST. 1. An Mysterium SS. Trinitatis, seclusa revelatione, sit naturaliter demostribile? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 3. q. 2. art. 4. & 1. p. q. 32. art. 1. Godoy in 1. p. tom. 3. disp. 8. 3. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 7. art. 1. Lumbier de Trinit. q. 2. art. 1. & 2. Contenson tom. 2. dissert. 3. cap. 1. specul. 2. & 3. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 9. §. 1. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 3. dub. 7. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 10. q. 32. art. 1.

24. Ex Subtili Scholâ Scotus q. 1. prolog. Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 8. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 1. sect. 1. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 1. q. 2. Poncius disp. 9. de Trinit. q. 2. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 48. art. vlt. Baron tom. 1. Act. 1. pag. 3. Carriere in Digest. tract. de Trinit. q. 1. Smising de Deo Trino, disp. 1. q. 2. Merinerus tom. 1. disp. 1. q. 7. Felix de Trinit. cap. 2. diff. 1. Herrera in 1. disp. 7. q. 8. Marius tom. 1. disp. 1. q. 6. & disp. 4. q. 9. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 7. q. 1. Sanuig tom. 1. tract. 3. dist. 1. q. 2. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 1. q. 2. & 3. Herinx tom. 1. tract. de Trinit. disp. 1. q. 2.

25. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. de Trinit. cap. 11. Mart. Perez de Trinit. disp. 1. sect. 1. Bortull de Trinit. disp. 1. sect. 1. Rhodès disp. 6. de Deo, q. 1. sect. 1. & 2. Herrera de Trinit. q. 3. sect. 1. & 2. Carleton tom. 1. disp. 51. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 3. art. 1. quest. 4. Gaudent. tom. 2. tract. de Trinit. disp. 1. sect. 1. Abelly de Deo, tract. 3. cap. 1. sect. 1. Fuiliensis Idea Theolog. lib. 2. cap. 3. resol. 2. Blasco tom. 2. dist. 121. q. 2. art. 2. §. 1.

26. QVÆST. 2. An suppositâ revelatione possit Mysterium Trinitatis ex principijs naturalibus demonstrari? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 3. q. 2. art. 4. & 1. p. q. 23. art. 1. Godoy in 1. part. tom. 3. disp. 8. 3. Gonet vi saprà. Ferre tract. 14. de Trinit. quest. 9. §. 7.

Lumbier de Trinit. quæst. 2. art. 7. Contenson *ut suprà*.

27. Ex Subtili Scholâ Scotus q. 1. prolog. à p. 17. Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 8. Felix de Trinit. cap. 2. diff. 2. Frassen in 1. tratt. 3. disp. 1. art. 1. q. 3. Baron tom. 1. Att. 2. pag. 5. & Att. 4. p. 10. Smisung de Deo Trino. disp. 1. q. 3. Durand tom. 1. tratt. de Trinit. disp. 7. q. 2. Merinerus, Boyvin, Sannig, Marius, Herrera, Hernandez, & alij *ut suprà*. Sosa tom. 2. diff. 6. 1.

28. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 12. Arriaga de Trinit. disp. 43. sect. 4. Martinus Perez de Trinit. disp. 1. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 2. sect. 1. Herrera de Trinit. q. 3. sect. 3. Carleton tom. 1. disp. 5 1. sect. 2. Rhodès disp. 6. de Deo, quæst. 1. sect. 2. § 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 3. art. 1. quæst. 4. Gaudent. tom. 2. tratt. de Trinit. disp. 1. sect. 2. Blasco tom. 2. dist. 12 1. quæst. 3. art. 1. & 2. Abelly, Fuliensis, & alij pro primâ quæstione adducti.

29. QVÆST. 3. An vnitas, & pluralitas in divinis rectè cohærent? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 2. art. 4. & dist. 3 4 quæst. 1. art. 2. Godoy in 1. p. tom. 3. disp. 8 2. à p. 276. Salmant. tom. 2. tratt. 6. disp. 1. dub. 1. § 3. nu. 6. Gonetus tom. 2. tratt. 6. disp. proœm. art. 2. & 3. & disp. 6. art. 1. Lumbier de Trinit. quæst. 8. nu. 5 20. pag. 155. Joan. à S. Thomâ tom. 2. quæst. 27. art. 2.

30. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. quæst. 4. & collat. 2 3. pag. 393. Poncios in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. quæst. 1. Baron tom. 1. tratt. de Trinit. cap. 3. Herrera in 1. disp. 6. quæst. 1. Marius tom. 1. disp. 4. quæst. 1. Lychetus in 1. disp. 2. quæst. 4. Sosa tom. 2. dist. 2. quæst. 7. art. 1. & 6. Durand de Trinit. tom. 1. disp. proœm. quæst. 1. & 2. Sannig tom. 1. tratt. 3. dist. 1. quæst. 3.

31. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Trinit. cap. 1. & 2. Martinus Perez de Trinit. disp. 11. sect. 8. Maurus tratt. 7. de Trinit. quæst. 97. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 2. art. 1. quæst. 2. pag. 21. Petrus à Sancto Joseph Fuliensis Idea Theolog. lib. 2. cap. 2. resol. 3.

32. QVÆST. 4. An, & quomodo essentia divina, & relationes distinguantur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 3 3. quæst. 1. art. 1. & quæst. 8. de Potent. art. 2. & 1. part. quæst. 28. art. 2. Godoy 1. part. tom. 3. disp. 7 5. Gonetus tom. 2. tratt. 6. de Trinit. disp. 3. art. 3. Lumbier de Trinit. quæst. 8. art. 1. Labat tom. 2. tratt. 2. disp. 2. dub. 2. Salmant. tom. 2. disp. 5. quæst. 28. dub. 2. Joan. à Sancto Thomâ tom. 2. quæst. 28. disp. 13. art. 1. Contenson tom. 2. dissert. 2. cap. 2. specul. 2. Ferre tratt. 14. de Trinit. quæst. 4. § 8.

33. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. quæst. 7. & dist. 5. quæst. 2. Pe-

Perez Lopez in 1. dist. 2. quæst. 4. art. 3. subart. 1. 2. & 3. Mastrius tom. 1. disp. 2. q. 2. art. 1. 2. & 3. Macedus in 1. Collat 3. diff. 2. sect. 1. & seqq. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 2. sect. 7. Frassen in 1. disp. 2. de Attrib. art. 2. q. 2. Brancatus tom. 1. disp. 20. q. 5. Saxius in sua Catast. disp. 7. art. 3. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 59. art. 2. & 3. Rada tom. 1. Controv. 4. art. 1. Herrera in 1. disp. 8. q. 13. Merinerus tom. 1. disp. 2. q. 6. Felix de Trinit. cap. 3. diff. 4. Carriere in Digest. tract. de Trinit. q. 5. Smising tract. 3. disp. 2. quæst. 1.

34. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Attrib. cap. 10. & lib. de Trinit. cap. 4. Amicus tom. 1. disp. 19. sect. 6. Beccan. tom. 1. cap. 1. q. 1. Aldo in Select. disp. 1. cap. 1. & seqq. Borrull de Trinit. disp. 12. sect. 4. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 98. Quirós de Deo, disp. 14. sect. 3. Carleton tom. 1. disp. 53. à sect. 1. Rhodès disp. 6. de Deo, q. 2. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 33. art. 1. quæst. 1. & 2. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 3. quæst. 4. Abelly de Deo, cap. 2.

35. QVÆST. 5. An inter divinas personas verus, & realis ordo originis detur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 9. q. 2. art. 1. & dist. 12. q. 1. art. 1. & dist. 20. q. 1. art. 3. & 1. p. q. 42. art. 3. Godoy 1. p. tom. 3. d. sp. 97. à num. 319. Salmant. tom. 2. q. 42. art. 3. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 60. Ferre de Trinit. quæst. 19. §. 6. Et omnes hic Divi Thoma Interpretes.

36. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 1. q. 2. art. 2. & dist. 28. q. 3. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 2. sect. 9. Mastrius in 1. disp. 2. q. 3. art. 1. & 2. Brancat. tom. 2. de Deo, disp. 6. q. 12. Poncii in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 8. Herrera in 1. disp. 9. q. 5. Rada tom. 1. Controv. 5. art. 1. Merinerus tom. 1. disp. 8. q. 3. Carriere in Digest. tract. de Trinit. q. 12. Felix de Trinit. cap. 9. diff. 3.

37. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Trinit. cap. 15. Amicus tom. 1. disp. 22. sect. 1. Beccan. tom. 1. cap. 8. q. 2. Mart. Perez de Trinit. disp. 8. sect. 4. & 5. & disp. 18. sect. 3. Carleton tom. 1. disp. 61. sect. 2. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 95. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 12. art. 1. q. 4. & dist. 20. q. 1. art. 2. Gaudent. tom. 2. tract. de Trinit. disp. 3. q. 4. & disp. 14. q. 4. Egid. Lusitan. de Beat. lib. 5. q. 14. art. 4. §. 6. Morand. q. 37. Forestus fol. 604. Blasco tom. 2. dist. 122. quæst. 5.

38. QVÆST. 6. An, & cur processio Filij sit generatio; secùs Spiritus Sancti processio? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 13. q. 1. art. 3. & 1. p. q. 27. art. 4. Godoy in 1. p. tom. 3. disp. 74. à p. 72. Gonetus tom. 2. tract. 6. de Trinit. disp. 2. art. 4. Lumbier de Trinit. q. 7. art. 1. 2. & seqq. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 2. à §. 3. Carrasco 3. part.

de Trinit. dub. 1. resol. 1. & seqq. Contenson tom. 2. differe. 2 cap. 1. specul. 2. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 1. dub. 5. Salmant. tom. 2. disp. 2. q. 27. dub. 4. art. 3. & 4. & disp. 3. dub. 3. & 4. Joan. à S. Thomâ tom. 2. q. 27. disp. 12. art. 6. & 7.

39. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 10. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 2. sect. 10. subject. 1. & seqq. Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 4. Mastrius in 1. tom. 1. disp. 7. q. 3. art. 1. Poncius in Comment. tom. 1. disp. 13. q. 1. Macedus in 1. Collat. 7. diff. 2. sect. 1. Lychetus in 1. dist. 13. q. 1. Merin. tom. 1. disp. 1. q. 4. Rada tom. 1. Contror. 14. art. 1. Carriere tract. de Trinit. q. 37. Smiling de Deo Trino, disp. 3. q. 2. Felix de Trinit. cap. 1. diff. 5. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 2. q. 4. In Nostro Athenæo sub Schol. Nominal. q. 1. dub. 3. pag. 341.

40. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 6. de Trinit. cap. 4. & lib. 11. cap. 5 Amicus tom. 1. disp. 18. sect. 7. Quiros 1. p. tract. de Trinit. disp. 36. sect. 6. Anton. Perez 1. p. de Trinit. disp. 3. & cap. 6. Esparza tom. 1. lib. 1. q. 47. Ribadeneira disp. 4. cap. 2. num. 22. Borrull de Trinit. disp. 17. sect. 3. Herrera de Trinit. q. 11. sect. 1. Thyrfus tom. 1. disp. 1. sect. 7. Carleton tom. 1. d. sp. 6. 5. & sect. 1. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 86. Avendaño tom. 2. sect. 17. problem. 8. §. 1. Rhodès disp. 6. q. 2. sect. 3. Ex alijs D Bonav. in 1. dist. 13. art. 1. q. 3. Abelly de Deo, tract. 3. cap. 2. sect. 3. Fuliensis Idea Theolog. lib. 2. cap. 1. resol. 4. & 5.

41. QVÆST. 7. An Myste ium Trinitatis sit supra, aut contra rationem naturalem? Ex Angelicâ Scholâ Godoy 1. p. tom. 3. disp. 83. & pag. 317. nu. 6. Joan. à S. Thomâ tom. 2. q. 27. disp. 12. art. 3. Lumbier de Trinit. q. 1. art. 1. & 2. Ex Subtili Scholâ Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 8. pag. 310. In Nostro Athenæo q. 1. art. 5. pag. 31. Ex Scholâ Eximiâ Arriaga 1. p. q. 43. Borrull de Trinit. disp. 2. sect. 1. & seqq. Herrera de Trinit. q. 3. sect. 5. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 3. q. 4. Carleton tom. 1. disp. 51. sect. 1. num. 9. Rhodès disp. 6. de Deo, q. 1. sect. 3. §. 1. Blasco tom. 1. dist. 69. q. 2. art. 1. & tom. 2. dist. 121. q. 2. art. 1. & 2.

42. QVÆST. 8. An Christus D. sit verus Filius Immaculatae Virginis Matris? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 3. dist. 4. q. 2. art. 1. Godoy 3. p. tom. 1. disp. 12. & §. 1. num. 3. pag. 484. Contenson tom. 6. differe. 6. cap. 7. specul. 1. Bonacina de Incarn. disp. 1. q. 4. punct. 3. pag. 38. Labat tom. 5. tract. 1. disp. 2. dub. 5. §. 4.

43. Ex Subtili Scholâ Scotus in 3. dist. 4. q. 1. Perez Lopez in 3. dist. 2. q. 3. art. 2. Mastrius in 3. disp. 2. q. 6. art. 1. & 2. Lanterius de Incarn. disp. 7. pag. 280. Macedus in 3. Collat. 3. diff. 2. sect. 1. 2. & seqq. Delgadillo de Incarn. cap. 1. diff. 5. dub. 1. Frassen in 3. tract. 1. disp. 3. art.

art. 3. sect. 3. q. 3. Poncius in *Curs. Theolog. disp. 38. q. 4.* & in *Comment. tom. 3. dist. 4. q. 1. pag. 132.* Bellutus de *Incarn. disp. 16. quast. 3. art. 2.* Carriere de *Incarn. q. 2. & 3.* Rada *tom. 3. Controv. 6. art. 1.* Sannig *tom. 2. tract. 1. disp. 5. q. 4.* Pitygian. in *3. tom. 1. dist. 4. q. vnic. art. 1.* Boyvin *tom. 2. cap. vlt. q. 3.* Ovandus in *3. dist. 4. q. vnic. art. 1.* Marius *tom. 2. disp. 6. q. 4.* Lychetus in *3. dist. 4. quast. 1.*

44. Ex Scholâ Eximiâ Suarez *3. p. disp. 10. sect. 7.* Amicus de *Incarn. disp. 12. num. 4.* Carleton *tom. 2. disp. 47. quast. 6.* Aranda lib. 1. de *Incarn. disp. 2. sect. 2. §. 3. pag. 36.* Rhôdes de *Incarn. disp. vlt. q. 2. sect. 1. §. 1.* Ex alijs D. Bonaventura in *3. dist. 4. quast. vltim.* Gaudentius *tom. 6. disp. 28. quast. 1.*

DE COGNITIONE CREATRIS PER CREATVRAS.

DISTINCTIONIS TERTIÆ Synopsis.

*Nota creature monstrant vestigia, Trinum
Esse Deum ac unum, monstrat imago quoque.*

Sic incipit: *Apostolus nanque ait, &c.*

Sic terminat: *Nullares est, quæ scipiam gignat, ut sit.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In antecedenti distictione ostendit Magister essentiæ divinae unitatè, & personarum Trinitatem per authoritates novi & veteris Testamenti; sed in præsenti distictione idipsum manifestat per rationes, & creaturas: ergo connectitur cum antecedenti.

2. Consequentia probatur: Mysterium incomprehensibile Trinitatis, sive summa unitas in Trinitate, & æterna Trinitas in unitate consitens, nequit ratione investigari, nisi illius supposita fide, & revelatione; sed Magister in superiori distictione hoc demonstrat Mysterium per varia, speciosaque argumenta nova, & veteris legis, tanquam ipsius supposita fide, & revelatione: ergo illud per rationes, & creaturas in præsenti distictione demonstrare, rectum sanè servasse ordinem Magistrum, censetur.

Divi-

3. Dividitur præsens distinctio in quatuor præcipuas partes, In quatum primâ Magister per rationes naturales divinæ essentiaæ unitatem demonstrat. In secundâ vero inquirit per similitudinem vestigij pluram unitatem divinarum personarum. In tertâ ostendit utrumque per assimilationem imaginis mentis creatæ. In quartâ tandem, & ultimâ exprimit omnes similitudines, vel representationes creaturarum ad Deum per earum insufficientiam, & inæqualitatem.

4. PRO PRIMÆ ergo partis declaratione, hæc ponitur thesis: *Vnitas divinæ essentiæ per rationes naturales quodammodo indagari potest.* Quam equidem conclusionem fulcite conatur Magister primò auctoritate Apostoli ad Rom. cap. 1. dicentis: *Invisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea qua facta sunt intellecta, conspicuntur.* Cuius divina eloqua sic venustè expendit Magister: *Per creaturam mundi, intelligit hominem, propter naturæ dignitatem, & convenientiam omni creaturæ communem.* Habet nânque homo commune esse cum lapidibus, vivere cum plantis, sentire cum brutis, & etiâ intelligere cum Angelis. Unde infert Magister, quod homo vi naturalis rationis, & creaturarum inspectione, in Dei cognitionem manuduci valet: ergo vnitas divinæ essentiæ naturali lumine quodammodo scrutari potest.

5. Secundò, divinæ essentiæ unitatem quatuor ostendit rationibus. Quarum prima sic perfici valet: Quicunque facit quod à nullâ creaturâ expediti potest, ille est potentissimus; sed qui ex nihilo Cœlum & terram produxit, fecit quod à nullâ creaturâ fieri potest: igitur ille solus est potentissimus. Modò sic; sed nullus fecit Cœlum & terram ex nihilo, nisi solus Deus: igitur solus Deus est potentissimus: ergo dum hæc notitia lumine naturæ habetur, reverâ divinæ essentiæ vnitatis naturali ductu demonstratur.

6. Hunc Magister mirè exornat discursum auctoritate Divi Ambrosij cap. 1. ad Rom. dicentis: *Deus qui natura invisiibilis est, ut à visibiliis sciri posset; opus fecit, quod opificem invisiibilitate sui manifestavit, ut per certum incerum posset sciri,* & ille Deus omnium esse credetur, qui hoc fecit, quod ab homine impossibile est fieri: ergo quod vi naturalis rationis vnitas divinæ essentiæ indagari possit, egregie convinxit Ambrosius.

7. Secunda ratio ita proponitur: Qui fecit omnia mutabilia, immutabilis est; sed qui fecit corpora & spiritus mutabiles, ille fecit mutabilia omnia: igitur ille est immutabilis; sed nullus alius præter Deum hoc fecit: igitur solus Deus est immutabilis: Cum autem ratione naturali hæc veritas à nobis assequatur, dicendum iure optimo erit, vnitatem

tem divinæ essentiæ posse naturaliter probari.

8. Hanc præmunit rationem Magister his aureis Divi Augustini verbis lib. de Civit. Dei, cap. 6. *Viderunt summi Philosophi nullum corpus esse Deum, idè cuncta corpora transcendenterunt quarentes Deum. Viderunt etiam nullum mutabile posse esse summum bonum, omniumque principium; sed quodlibet tale oportet esse ab alio: ergo cum intellectus naturali luminis radio ductus valeat agnoscere Deum esse immutabilem; è contrà cuncta alia entia mutabilia, poterit quodammodo ipsius unitatem indagare.*

9. Tertia ratio hunc in modum stabilitur: Qui fecit omnia bona & meliora optimus est; sed qui fecit corporalia, quæ sunt bona; & spiritualia, quæ sunt meliora, est huiusmodi: igitur ille est optimus; sed nullus condidit ea, nisi solus Deus: ergo solus Deus est optimus: ergo si hæc veritas per rationem habetur; & unitas Dei poterit naturaliter demonstrari. Hunc discursum perspicuè in litterâ confirmat Magister.

10. Quarta, & ultima ratio sub hâc proponitur formâ: Qui fecit omnia pulchra, & pulcherrima, ille est pulcherrimus; sed qui fecit omnia corporea, & incorporea est huiusmodi: igitur ille est pulcherrimus; sed nullus hoc fecit, nisi solus Deus: ergo solus Deus est pulcherrimus: ergo &c. Rationem hanc speciosam adducit Magister fundamentaliter in quinto huīis distinctionis capite.

11. His quatuor iniititur ratiocinijs Magister, dūm essentiæ divinæ unitatem statuere tentat; quod sic patet: Præfatæ quatuor rationes evidenter ostendunt, Deum esse potentissimum, immutabilissimum, optimum, & pulcherrimum; sed impossibile est, quod sint plures potentissimi, nec plures immutabilissimi, optimi, aut pulcherrimi, quam solus Deus: ergo.

12. Minor probatur: si duo potentissimi, immutabiles, optimi, aut pulcherrimi forent, reverâ vñus esset superfluus, & alter diminutus; quorum vtrumque est inconveniens: ergo quia impossibile est, quod sint plures potentissimi, vel plures immutabiles, optimi, aut pulcherrimi, quam solus Deus: ergo ex his rationibus non incongruè deducitur, quod non sit nisi vñus Deus.

13. Sed dices: omnes hæc quatuor rationes supponunt quod non probant: ergo. Antecedens probatur: prima ratio supponit, mundum suisse conditum à Deo, & creaturam ipsum non posse facere; quorum vtrumque maximâ ambiguitate laborat. Secunda probat, Deum esse immutabilem, eò quod fecerit mutabilia; cum impossibili videatur opusitum sequi, nempè mutabilem esse. Tertia, & quarta similiter vide-

tur

tur nullam continere vim; nám quilibet artifex, qui struxit bona, & meliora, pulchra, & pulcherrima, foret optimus, & pulcherrimus, quod est falsum: ergo prælatæ rationes, aut nihil convincunt, aut supponunt quæ sub limâ, & lite cadunt.

14. Respondet Seraphicus Doct̄or h̄ic, quod omnes istæ rationes, vt probent, & inferant, aliquod sanè certum supponunt. Prima enim ratio supponit, productionem rei ex nihilo non posse operari, nisi à potentia infinita; quod supposito, cùm certum sit nullam creaturam habere potentiam infinitam, sequitur, quod productio rei ex nihilo sit à causâ excedente omnem creaturam; sicque ex h̄ac productione proprie cognoscitur Deus Omnipotens.

15. In alijs tribus rationibus supponitur status, sicut in totâ philosophiâ supponitur status in causis. Ideò enim omne mutabile necessario reducitur ad immutabile, quia in mutabili non est status in genere efficientis, nisi in movente non moto; & quidem, cùm omne quod movetur, ab alio moveatur. Similiter, bonum, & melius reducuntur ad optimum, quia non est status in genere finis, nisi in optimo. Demum, pulchrum, & pulchrius reducuntur ad pulcherrimum, quia non est status in genere speciei, & formæ, nisi in eo quod est ipsa species per essentiam, qualis est Deus. Et h̄ac de primâ distinctionis parte sufficiant.

16. PRO SECUNDÆ verò partis expositione, h̄ac alia proponitur conclusio: *Trinitas divinarū personarum potest per vestigales similitudines aliquomodo à nobis investigari.* Quam sententialiter refert Magister sexto huius distinctionis capite, vbi transumit alloquium Divi Augustini lib. 6. de Trinit. cap. 10. dicentis: *Oportet ut Creatorem, per ea quæ facta sunt intellecta, consipientes, Trinitatem intelligamus, cuius in creaturâ, quomodo dignum est, appareat vestigium.* Hac igitur omnia, qua arte divina facta sunt, & unitatem quandam in se ostendunt, & speciem, & ordinem. Sed tria h̄ac tribus personis divinis appropriatur: ergo si in quilibet creaturâ eluent unitas, species, & ordo, verè in creaturis vestigium Trinitatis appetit.

17. Minor probatur: *Unitas*, secundum Augustinum, aptatur Patri, species Filio, & ordo Spiritui Sancto; sed ex ipso Doctore, omnia quæ arte divina facta sunt, unitatem, speciem, & ordinem in se ostendunt: ergo divinarum personarum Trinitas per vestigales similitudines à nobis quodammodo investigari valet.

18. Minor probatur: vnumquodque horum creatorum entium est vnum, & aliquid; quemadmodum sunt naturæ corporum, & animarum ingenia. Deinde, specie aliqua formantur, ut sunt figuræ, & qualitates

corporum, ac doctrinæ, vel artes animarum. Demum, ordinem aliquem petunt, aut tenent, ut pondera, vel collocationes corporum, & amores sive animarum delectationes: ergo qualibet creatura unitatem, speciem, & ordinem in se ostendit: ergo cum haec tria tribus divinis personis appetantur, qualibet ex creaturis excitat intellectum in divinarum personarum Trinitatis aliqualem cognitionem.

19. Tandem subdit Magister, quod per creaturarum cognitionem sufficiens Trinitatis cognitio haberi non potest, sine interioris inspirationis revelatione. Et liquet; quia nullum medium creatum est conexum cum Deo Trino, eò quod omnes effectus creati à Deo Vno procedant: ergo creaturarum cognitio non est sufficiens, ut inducat nos in Trinitatis Mysterij cognitionem, sine interioris inspirationis revelatione. Et haec de secunda distinctionis parte sufficiant.

20. PRO TERTIÆ autem partis exacta explanatione, hoc ponitur thema: Unitatem essentia divina, ac personarum Trinitatem per imaginem creatæ mentis possumus expressè contemplari. Sic ostenditur: quæcumque possunt in imagine creatæ cognosci, illa etiam de imagine increata possunt ductu luminis rationis naturalis speculari; sed in mente nostrâ, in quantum est deitatis imago, possumus quodammodo unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate cognoscere: ergo in mente nostrâ possumus expressè contemplari Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate.

21. Maior est manifesta; quia quicquid perfectionis est in homine, debet in Deo reperiri. Minorem verò diffusè probat Magister, sic alioquens: si uti in Deo est divina essentia, & tres personæ inter se distinctæ; & istæ tres personæ distinguuntur secundum varias carum processiones, quia Pater intelligendo se producit Verbum; (nempè per modum naturæ, vel intellectus generat Filium) Pater verò cum Filio diligendo seipso mutud per modum voluntatis, simul spirant Spiritum Sanctum: Ita etiam mens nostra, cum seipsum actualiter intelligat, ex memoria producit intellectum, & tandem ex memoria, & intellectu producit voluntatem: ergo in mente nostrâ, in quantum est deitatis imago, possumus aliquomodo unitatem in Trinitate, & Trinitatem in unitate expressè contemplari.

22. Vterius progrederitur Magister: Sicut personæ divine inter se sunt aequales, ita quod una non sit minus, quam omnes, neque omnes sint magis, quam una: sic qualibet barum potentiarum capit omnes tres, & omnes tres capiunt unamquamque ipsarum, & sic de similibus: ergo per imaginem mentis creatæ possumus totum Trinitatis Mysterium meditari.

23. Sed oppones: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ: Rursum, ita tres personæ sunt unus Deus; sed memoria, intellectus, & voluntas vnius hominis non sunt personæ, sed præcisè vnius personæ sunt tres potentia: ergo per imaginem mentis creatæ Trinitatem divinarum personarum contemplari non possumus; cum nulla, inter imaginem creatam, & increatam Trinitatis similitudo intercedat.

24. Respondet Magister in litterâ, hanc, & alias similes instantias duntaxat probare, inter imaginem creatam, & increatam Trinitatis non dari perfectam, omnino modique similitudinem, sed solum impro priam, sive secundum quid, ut ipse Magister in textu non semel inculcat. Tamen similitudo illa sufficiens censemur ab omnibus ad investigandam divinatum personarum Trinitatem, suppositâ Mysterij divinâ revelatione. Et hæc de tertiatâ parte sufficiant.

25. PRO QVARTÆ, & ultimæ distinctionis partis declaratione, hoc apponimus assertum: *Nulla imago Trinitatis creatæ est repræsentativa sine notabili dissimilitudine Trinitatis increatae.* Quod ita suadere intendimus: Quotiescumque inter aliqua est realis differentia cum notabili dissimilitudine, inter ea non potest esse similitudo sine magnâ inæqualitate; sed inter omnem imaginem Trinitatis creatæ, & Trinitatem increatam est realis differentia cu notabili dissimilitudine: igitur inter ea non potest esse similitudo sine magna inæqualitate; ac per consequens vna non potest adæquate alterius esse repræsentativa.

26. Maior ex terminis claret. Minorem firmat Magister in litterâ, duo assignans discrimina in quibus Trinitas creata differt à Trinitate increata. Quorum prium sic b: eviter ostendi potest: homo vnuis, qui per tres potentias, nempe, memoriam, intellectum, & voluntatem, meminit, intelligit, & diligit, nec est memoria, nec intelligentia, nec dilectio, sed solum dicitur eas habere; sed essentia divina, quamvis vnuis sit Deus, tamen sunt tres personæ, quippe Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: Et haec tres personæ sunt vnuis Deus, nec dicitur eas habere: ergo notabiliter Trinitas creata ab increata Trinitate differt.

27. Rursus, secundum discriminem, aut dissimilitudo ita expenditur: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ; sed memoria, intellectus, & voluntas non sunt personæ, sed bene sunt tres potentia: vnuis personæ: nam in istâ imagine creatâ Trinitatis, haec tria, non vnuis homo, sed vnuis hominis sunt: In illâ vero summa Trinitate tria, non vnuis Dei sunt, sed vnuis Deus; tres etiam sunt illæ personæ, non vna persona: ergo nulla imago Trinitatis creatæ vigeret sine notabili dissimilitudine substantiae increatae repræsentativa.

28. Oppones: omnis imago ex naturā reī est propria, & expressa similitudo obiecti; sed creatura rationalis, quæ est imago Trinitatis in-creatæ, ipsam repræsentat cum notabili dissimilitudine: ergo non est imago.

29. Respondet Divus Bonaventura, quòd imago, sive expressio duplíciter contemplatur, nempè, simpliciter, vel in genere. Si loquitur de imagine, aut expressione simpliciter, reverā anima rationalis non est valde similis Deo: Si autem loquitur in genere creature, quæ tantum exprimit, quantum potest natura creata, sic dicitur valde similis, & expressa similitudo Dei, ut patet in litterā. Et hæc de quartā, & vitimā distinctionis parte satis sint dicta.

Q V Æ S T I O N E S.

30. QVÆST. 1. An Deum esse, sit per se notum? Ex Angelicā Scholā D. Thomas in 1. dist. 3. quest. 1. art. 2. & 1. part. quest. 2. art. 1. Godoy in 1. part. tom. 1. disp. 2. 2 pag. 10. & disp. 3. 2 pag. 57. Gonetius tom. 1. tract. 1. disp. 1. art. 1. & 2. Lumbier de Autrib. dist. 2. quest. 3. art. 1. Contenson tom. 1. lib. 1. dist. 2. cap. 1. specul. 1. & 2. Ferre tom. 1. tract. 2. de Deo, quest. 2. §. 1. 2. & sc. q. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 2. dub. 1. Bieſas tom. 1. quest. 2. art. 1.

31. Ex Subtili. Scholā Scotus in 1. dist. 2. quest. 2. & collat. 13. pag. 376. Perez Lopez in 1. dist. 1. quest. 1. Hernandez in 1. tract. 1. de Autrib. disp. 1. sect. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 2. quest. 1. & 2. & in Comment. tom. 1. dist. 2. quest. 2. Frassen in 1. disp. 1. de Exist. Dei, quest. 2. Mast. tom. 5. Philos. disp. 13. quest. 1. & 2. Vulpes tom. 1. disp. 3. art. 1. 2. & 3. Eychetus in 1. dist. 2. quest. 1. & 2. Herrera in 1. disp. 4. quest. 1. Berulle tom. 1. disp. 1. quest. 1. Baron tom. 4. tract. de Deo Uno, Apol. 2. act. 2. Smising tract. 1. de Deo Uno, disp. 1. quest. 1. Briceño tom. 1. Contror. 1. art. 1.

32. Ex Scholā Eximiā Suarez lib. 1. de Attrib. cap. 1. & disp. 29. Metaph. sect. 2. & 3. Quirós de Deo, disp. 12. sect. 1. Arriaga 1. part. disp. 2. sect. 1. Muniesa de Autrib. disp. 1. sect. 4. Borrull de Autrib. disp. 2. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 2. sect. 1. Maurus tract. 2. de Deo, quest. 14. & 15. Rhodès disp. 1. de Deo, quest. 1. sect. 1. Avendaño tom. 1. problm. 3. Ex alijs Bonaventura in 1. dist. 8. art. 1. quest. 1. & in Compend. Theolog. cap. 1. Gaudent. tract. 1. de Deo, disp. 1. q. 5. Bover. demonst. 1. art. 3.

33. QVÆST. 2. An hæc propositio: Deus existit, sit per se nota quoad se, vel quoad nos? Ex Angelicā Scholā D. Thomas 1. p. quest. 2. art. 2. & 3. Godoy in 1. p. tom. 1. disp. 2. §. 4. Gonetius tom. 1. tract. 1.

disp. 1. art. 1. Lumbier de Attrib. dist. 2. quæst. 3. art. 2. & 3. Ferre tom. 1. tratt. 2. de Deo, quæst. 1. §. 6. 7. & seqq. Contenson, Labat tom. 1. tratt. 1. disp. 2. dub. 1. & 2. Biescas tom. 1. quæst. 2. dub. 4. 5. & seqq. & alij pro superiori quæstione allegati.

34. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. quæst. 2 Hernandez in 1. tratt. 1. de Attrib. disp. 1. sect. 2. Fraulen in 1. disp. 1. de Exist. Dic. q. 2. 3. & 4. Carriere tratt. de Deo Vno, q. 1. Faber in 1. dist. 2. disp. 14. q. 2. cap. 1. & 2. Macedus in 1. Collat. 3. diff. 4. sect. 1. Marius tom. 1. disp. 2. q. 2. Sola tom. 1. dist. 2. q. 1. art. 1. Herinx tom. 1. tratt. de Deo Vno, disp. 1. q. 2. Boyvin tom. 1. cap. 1. q. 5. Berminghan de Trinit. q. 2. art. 2. Niise tratt. 1. p. 1. q. 2. & alij relati pro antecedenti asserto.

35. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Attrib. cap. 1. & disp. 29 Metaph. sect. 2. & 3. Muniesla de Attrib. disp. 1. sect. 2. & 3. Quiros de Dev. disp. 12. sect. 1. & disp. 13. sect. 1. & seqq. Borrull de Attrib. disp. 2. sect. 2. & 4. Arriaga disp. 2. sect. 2. Carleton tom. 1. disp. 2. sect. 1. 4. & 5. Mauius tratt. 2. de Deo, q. 16. Franc. de Lugo disp. 14. cap. 2. Avenaño tom. 1. problem. 1. §. 1. & seqq. Rhodès disp. 1. de Deo, quæst. 1. sect. 2. Ex alijs D Bonav. in 1. dist. 8. art. 1. q. 2. Baudunius de Attrib. q. 2. art. 1. Boverius de morali. 1. art. 3. Gudent. tratt. 1. de Deo Vno, disp. 1. q. 4. Abelly de Deo, cap. 1. sect. 1. Fulien. Idea Theolog. lib. 1. cap. 1. resol. 1. & 2. Blalco tom. 1. dist. 90. q. 1. art. 1. & 2.

36. QVÆST. 3. An Deus constitutatur ex aggregato omnium diuinarum perfectionum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. part. q. 3. art. 4. & lib. 1. contra Gent. cap. 22. & in 1. dist. 8. art. 1. q. 2. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 4. §. 2. Ildeph. Michael 1. p. tom. 1. tratt. 7. q. 14. art. 4. Silvius 1. p. q. 14. art. 4. Conetus tom. 1. tratt. 1. disp. 2. art. 1. §. 3. Carrasco 1. p. de Scient. dub. 3. resol. 3. Lumbier de Attrib. dist. 3. q. 5. art. 1. Ferre tom. 1. tratt. 2. de Deo, q. 3. §. 1. & 2.

37. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. q. 2. Perez Lopez in 1. dist. 1. q. 2. art. 1. pag. 8. Hernandez in 1. tratt. 1. de Attrib. q. 1. sect. 3. subsect. 2. Felix de Scient. cap. 1. diff. 4. Merinerus tom. 1. disp. 1. q. 5. Briceñus tom. 1. Conirov. 1. art. 4. num. 11. & 22. Smisung tratt. 1. de Deo Vno, disp. 2. q. 1. Sannig tom. 1. tratt. 1. dist. 1. q. 6.

38. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Attrib. cap. 11 & disp. 30. Metaph. sect. 6. Antonius Perez disp. 2. de Vol. cap. 5. Amicus tom. 1. disp. 3. sect. 3. & 4. Ribaden. disp. 3. de Volunt. Rhodès disp. 1. de Deo, q. 3. Muniesla de Attrib. sect. 5. & 6. Martinus Perez de Trinit. disp. 11. sect. 1. & seqq. Quiros de Deo, disp. 17. sect. 7. Aranda lib. 1. de Scient. disp. 2. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 4. sect. 2. Alós in Select. disp. 2. cap. 7. & 8. Borrull de Attrib. disp. 5. sect. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist.

dift. 8. art. 1. quast. 2. & alij infrà allegandi.

39. QVÆST. 4. An constitutivum formale Dei sit intellectio divina? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 14. art. 4. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 4. §. 7. Gonetus tom. 1. tract. 1. disp. 2. art. 1. Lumbier de Attrib. dift. 2. q. 5. art. 1. Ioannes à Sancto Thomâ 1. p. q. 14. disp. 16. art. 2. Carrasco 1. p. de Scient. dub. 3. resol. 5. Contenson tom. 1. lib. 1. dissert. 2. cap. 2. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 3. §. 7. Labat tom. 1. disp. 5. dub. 2. Salmant. tom. 2. disp. 2. q. 27. dub. 3. Ildeph. Michael 1. p. tom. 1. tract. 7. q. 14. art. 4. dub. vnic. Silvius 1. p. q. 14. art. 4.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dift. 2. q. 2. Hernandez in 1. tract. 1. de Attrib. disp. 1. sett. 3. subsett. 3. Perez Lopez in 1. dift. 1. q. 2. art. 1. Frassen in 1. disp. 1. de Existit. Dei, art. 3. q. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 5. de Scient. q. 2. Meurisse in Metaph. lib. 1. q. 25. Vulpes tom. 1. disp. 6. art. 6. Merinerus tom. 1. disp. 1. q. 4. Briceñus tom. 1. Controv. 1. art. 4. Felix de Scient. cap. 1. diff. 3. Durand tom. 1. tract. de Scient. disp. 1. q. 1. Smising tract. 1. de Deo Vno, disp. 2. quast. 1.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sett. 15. num. 14. Muniesia de Attrib. disp. 5. sett. 3. Avendaño tom. 1. sett. 2. problem. 1. §. 2. Borrull de Attrib. disp. 5. sett. 5. Quiros de Deo, disp. 17. sett. 5. & disp. 36. sett. 1. & 2. Aranda lib. 1. de Scient. disp. 2. sett. 1. Alós in Select. disp. 2. cap. 5. Carleton tom. 1. disp. 4. sett. 5. Mart. Perez disp. 11. sett. 5. Aldrete de Scient. disp. 15. sett. 1. Rhodès disp. 1. de Deo, quast. 2 §. 2. Hemelman tom. 1. tit. 4. disp. 1. cap. 23. Lugo disp. 16. à cap. 5. Ex alijs D. Bonav. in 1. dift. 8. art. 1. q. 2. Caramuel in Theolog. rational. medit. 4. art. 4. Gaudent. tom. 1. de Deo Vno, disp. 2. q. 3. Fuliens. lib. 1. cap. 2. resol. 4. Blasco tom. 1. dift. 90. q. 4. art. 1.

42. QVÆST. 5. An Deus constituatur formaliter ex intellectivo radicali, aut existentiâ à se? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 3. art. 4. & lib. 1. contra Gent. cap. 22. & in 1. dift. 8. art. 1. q. 2. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 4. §. 12. pag. 222. Gonetus tom. 1. tract. 1. disp. 2. art. 1. §. 5. Lumbier de Attrib. dift. 3. q. 5. art. 5. Lezana tract. 2. disp. 1. q. 3. Carrasco 1. p. de Scient. dub. 3. resol. 5. Ferre tom. 1. tract. 2. de Deo, q. 3. §. 5. & 6. Biescas tom. 1. disp. 3. art. 4. dub. 3.

43. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dift. 26. & quodlib. 1. §. De altero. Perez Lopez in 1. dift. 1. q. 2. art. 1. Hernandez in 1. tract. 1. de Attrib. disp. 1. sett. 3. subsett. 4. Felix de Scient. cap. 1. diff. 4. Merinerus tom. 1. disp. 1. q. 5. Smising tract. 1. de Deo Vno, disp. 2. q. 1. Durand tom. 1. tract. de Deo Vno, disp. 2. q. 1. Sannig vt supra. Berulle tom. 1. disp. 1. quast. 3.

44. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. disp. 11. sect. 1. & disp. 30. Metaph. sect. 6. Arriaga 1. p. disp. 16. sect. 4. Quiròs de Deo, disp. 17. sect. 14. Muniesa de Attrib. disp. 2. sect. 3. Alós disp. 2. cap. 4. & 5. Borrull de Attrib. disp. 5. sect. 7. Mart. Perez de Trinit. disp. 11. sect. 4. Aranda lib. 1. de Scient. disp. 2. sect. 1. Avendaño tom. 1. sect. 2. problem. 1. §. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 8. art. 1. q. 2. Gaudent. de Deo Vno, tract. 1. disp. 1. q. 1. & disp. 2. q. 3. Fuliens. lib. 1. cap. 1. resol. 4.

45. QVÆST. 6. An in omni creaturâ sit vestigium Trinitatis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 45. art. 7. & q. 93. art. 6. & in 1. dist. 3. q. 2. art. 3. Ferre tract. 15. de Creat. q. 6. §. 5. Gonet tom. 2. disp. 7. §. 1. & 2. nu. 5. & seqq Et omnes eius Interpretes. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 3. q. 5. & 9. Cayellus in Comment. 1. dist. 3. q. 5. Faber tom. 1. lib. 1. dist. 3. disp. 28. Sosa tom. 2. lib. 1. dist. 3. q. 5. Felix de Trinit. cap. 2. diff. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 3. p. 1. q. 1. 2. & 3. Gaudent. tract. de Angelis, disp. 1. q. 10.

46. QVÆST. 7. An potentia Animæ ab ipsâ distinguantur Animâ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 3. q. 4. art. 2. & q. 1. de Creat. Spirit. art. 11. & 1. p. q. 79. art. 1. Bañez lib. 1. de Gener. cap. 5. & 1. p. q. 78. art. 2. Caiet. lib. 2. de Anim. text. 50. Capreol. in 1. dist. 3. q. 3. art. 2. Hervaeus quodlib. 1. q. 9. Sotus in Log. cap. de Prop. q. 2. Murcia de Anim. disp. 2. q. 1. Ioan. à S. Thomâ q. 12. de Anim. art. 2. Complut. disp. 10. Phil. Ioan. de Neapol. q. 3. punct. 1. Palanco lib. 1. de Anim. q. 8. Lerma lib. 2. de Anim. q. 18.

47. Ex Subtili Scholâ Scotus de Anim. q. 18. Hernandez tom. 4. Philos. tract. 4. disp. 5. sect. 3. Perez Lopez toma. 2. Philos. lib. 1. de Anim. dist. 2. q. 1. Frassen. 3. p. Philos. disp. 3. sect. 1. q. 3. Poncius tract. de Anim. disp. 5. 8. q. 11. Mastrius tom. 3. Philos. tract. de Anim. disp. 2. q. 1. art. 1. & 2. Merinero lib. 1. de Anim. disp. 3. q. 1. Carriere tract. de Creat. q. 10. & 11. Cavellus de Anim. disp. 1. sect. 18. Llamazares disp. 1. de Anim. q. 6. Rada tom. 2. Controv. 13. art. 2. Faber in Philos. theorem. 74. Villaverde de Anim. lib. 2. cap. 4. q. 2. & 3. Aquila. in 2. dist. 16. q. 1.

48. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 2. p. lib. 2. de Anim. cap. 1. Arriaga de Anim. disp. 3. sect. 3. Oviedo Controv. 3. de Anim. punct. 2. Amicas lib. 2. Phil. tract. 12. q. 10. Hurtad. disp. 4. de Anim. sect. 4. Card. de Lugo de Sacram. disp. 6. nu. 56. Hurrad. de la Fuente de Anim. dissert. 14. Spinula de Anim. disp. 3. sect. 3. art. 2. Martinon 1. p. disp. 37. nu. 11. Carrión disp. 12. de Anim. sect. 1. Echalàz. in Curs. tract. 2. de Anim. disp. 4. cap. 1. Lynze lib. 7. Metaph. cap. 1. Dandin. lib. 2. de Anim. digres. 14. Curs. Trinit. tom. 3. tract. 2. disp. 2. q. 1. Quiròs in Philos. disp. 8. 2. sect.

sect. 1. Franc. Alphons. disp. 6. sect. 1. Pañafiel tom. 3. disp. 8. de Anim. q. 20. sect. 1.

49. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 13. p. 2. art. 1. q. 3. Aguirre in Phis. disp. 83. à sect. 1. & seqq. Gaudent. tom. 3. tract. 9. de Anim. disp. 2. q. 1. Castro Vetro tract. 2. de Anim. q. 1. Lalemandet disp. 12. de Anim. punt. 2. Rabesan. disp. 2. de Anim. quast. 2. Blasco in Curs. tom. 2. lib. 18. dist. 68. q. 2. art. 1. & seqq. Torrecilla de Anim. tract. 1. quast. 2. art. 1.

50. QVÆST. 8. An sit possibilis species impressa Trinitatis? Ex Scholâ Angelicâ D. Thomas 1. p. q. 12. art. 2. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 11. à pag. 322. Gonetus tom. 1. tract. 2. disp. 2. art. 1. Prudentius tract. 1. de Vis. disp. 3. dub. 1. sect. 1. & seqq. Lumbier de Vis. q. 11. art. 3. Carrasco p. 1. de Vis. dub. 1. resol. 1. Salmant. disp. 12. de Anim. sect. 3. Ferre tom. 1. tract. de Vis. q. 2. §. 7. & 13. Joan. à S. Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 13. art. 2. & 3. Ildephon. Michael. 1. p. tom. 1. art. 2. dub. 1. & 2.

51. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 3. q. 9. & in 4. dist. 49. q. 11. Mastrius in 1. tom. 1. disp. 6. q. 1. art. 1. & seqq. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 1. sect. 3. Poncius in Curs. Theolog. disp. 4. de Vis. q. 10. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 7. sect. 2. q. 1. Rada tom. 1. Contr. 10. art. 1. Gallus in 3. dist. 14. prælud. 4. disp. 1. sect. 2. cap. 3. Baron tom. 4. tract. de Vis. apolog. 3. art. 3. Felix de Vis. cap. 4. diff. 2. & 3. Sosa tom. 1. lib. 1. dist. 1. q. 2. art. 5. diff. 24. Pichon de Incarn. disp. 2. cap. 2. sect. 6. diff. 2. Herrera in 1. disp. 7. q. 10. Vulpes tom. 1. disp. 23. art. 5.

52. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect. 11. & 1. p. lib. 2. de Attrib. cap. 12. & 13. Arriaga disp. 4. de Anim. sect. 2. sub-sect. 2. Amicus tom. 1. disp. 9. sect. 4. Quirós de Deo, disp. 24. sect. 1. & disp. 25. sect. 1. Oviedo de Beat. Controv. 8. punt. 4. Beccan. de Vis. cap. 9. Conclus. 2. Hurtad. de Attrib. disp. 10. diff. 3. Aldo in Selett. disp. 4. cap. 1. §. 1. & 2. Borrull de Attrib. disp. 22. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 15. sect. 1. & 4. Maurus tract. 3. de Vis. q. 31. Aldrete de Vis. tom. 1. disp. 9. sect. 1. Rhodès disp. 2. de Deo, q. 2. sect. 1. Avendaño tom. 1. sect. 4. de Vis. problem. 5. §. 2. Ex alijs D. Bonav. in 2. dist. 23. art. 2. q. 3. Coriolan. q. 12. art. 1. Caspens. de Vis. disp. 3. sect. 5. Gaud. tract. 1. de Deo, disp. 11. sect. 3. Blasco tom. 1. dist. 94. art. 1. & seqq.

53. QVÆST. 9. An potentia visiva materialis possit divinitus viderem Deum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 12. art. 3. Gonetus tom. 1. tract. 2. disp. 1. art. 3. Prudentius tract. 1. de Vis. dub. 1. disp. 1. sect. 1. & seqq. Lumbier de Vis. q. 4. art. 1. Ferre tom. 1. tract.

46 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

de Vis. disp. 3. §. 1. & 4. Biescas tom. 2. q. 12. art. 3. dub. 1. Ildephonse Michael 1. p. tom. 1. tract. 6. dub. 3. art. 3.

54. Ex Sabtili Scholâ Scotus in 1. dist. 1. q. 4. & in 4. dist. 10. q. 9. Perez Lopez in 1. dist. 7. q. 5. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 7. q. 2. Poncias in Curs. Theolog. disp. 3. de Attrib. q. 6. & disp. 4. q. 4. Smiling de Deo Vno, tract. 2. disp. 6. q. 3. Felix de Vis. cap. 2. diff. 1. Durand tom. 1. de Vis. disp. 1. q. 2. Herinx tom. 1. tract. de Vis. disp. 5. q. 1. Boyvin tom. 1. cap. 2. disp. 6. q. 2. Vulpes tom. 1. disp. 23. art. 1. Berulle tom. 1. disp. 4. q. 1. Baron tom. 4. tract. de Attrib. apolog. 1. att. 1.

55. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 6. Arriaga de Vis. disp. 6. sett. 1. Quiròs de Deo, disp. 21. sett. 1. & 4. Amicus tom. 1. disp. 9. sett. 5. Beccan. de Vis. cap. 9. q. 6. Carleton tom. 1. disp. 10. sett. 5. & 6. Borrull de Attrib. disp. 15. & sett. 3. Maurus tract. 3. de Vis. q. 24. Rhodès disp. 2. de Deo, q. 1. sett. 2. §. 3. Aldrete tom. 1. disp. 2. de Vis. sett. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 13. q. 1. arg. 2. Gaudent. de Deo Vno, disp. 4. q. 7. Morand. tract. 2. de Vis. q. 1. Torecilla tom. 1. tract. 2. 1. art. 4.

DE PERSONARVM PROCESSIONIBVS.

DISTINCTIONIS QVARTÆ

Synopsis.

*Quòd Deus ipse Deum genuit, quòd tres, Deus unus,
Personæ, sanxit non temerata fides.*

Sic incipit: *Hic oritur questio satis necessaria.*

Sic terminat: *Non est tamen aliud quam Filius, sed unus.*

1. **C**ONNECTITVR hæc quarta distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister unitatem essentiae, & personarum Trinitatem posse à nobis investigari per rationes naturales, & imagines creatas; sed in præsenti de origine, & distinctione divinarum personarum incipit pertractare: ergo cum antecedenti rectè hæc connectitur distinctio.

2: Consequentia probatur: in disputationibus priorem locum sibi vendicat scientia de re, an sit, quam quid sit; sed posse rimari per rationes

nes naturales, imaginesque creatas unitatem, & Trinitatem divinarum personarum est scientia de re, an sit; & differere de earum origine, & distinctione est scientia de re, quid sit: ergo si in antecedenti distinctione Magister convincit, nos posse per rationes naturales, & imagines creatas unitatem, & Trinitatem personarum adipisci; & in praesenti de earum origine, & distinctione disputat, aptè cum antecedenti connectitur hæc distinctione.

3. Dividitur praesens distinctione in tres principias partes. In quorum primâ determinat Magister per unicam questionem, Deum Patrem nec se, nec alium à se essentialiter Deum generasse. In secundâ vero ostendit, Deum Patrem genuisse Deum Filium alium à se in personali; nonnulla adversus determinata opposendo, insuper & obiectio- nem solvendo. In tertiam tandem, & ultimâ parte declarat, unum Deum esse tres personas, tres etiam personas esse unum Deum, improbando obiter quorundam Doctorum placitam contrariam opinionem sustinuentium.

4. PRO PRIM E igitur huius distinctionis partis declaratione, hoc ponitur theorema: *Omnino est negandum, Deum seipsum genuisse, vel à se alium Deum essentialiter generando produxisse.* Quod sic probatur: illud, apud fideles, simpliciter est negandum, quo concessio, sequetur, illatione inevitabili, idem genuisse seipsum, vel plures esse Deos; sed Deum seipsum, vel à se essentialiter alium Deum genuisse, est huiusmodi: ergo Deum se, vel alium Deum essentialiter à se genuisse, apud fideles, mordicus est negandum.

5. Maior ex terminis liquet. Minorem probat Magister in litterâ, inquirens, an hæc propositio sit vera: *Deus genuit Deum?* Et responderet affirmativè; quia Deus Pater genuit Deum Filium, & tamen non interficitur: Deum seipsum, vel alium Deum, scilicet, alium in deitate genuisse, sed bene alium in personalitate, seu in personali: ergo Deum se, vel alium Deum essentialiter à se generasse, prorsus inter Catholicos est negandum.

6. Sed oppones: idem & diversum ex Arist. 5. Metaph. cap. 9. dividunt ens: ergo necessariò quodlibet ens debet esse idem, aut diversum; sed Deus Pater genuit Deum: ergo seipsum, vel alium: ergo cum nec seipsum, nec alium genererit Deum, rectè insertur, Deum Patrem in æternitate nihil genuisse.

7. Respondet Doctor Seraphicus, quod simpliciter loquendo, idem & diversum sufficienter non dividunt ens; nam pars nec est eadem toti omnino, nec simpliciter diversa. Tamen dictum Philosophi aliquo-

modò verum evadit, scilicet, illud esse diversum alicui, secundùm quod non est idem. Filius autem non est idem Patri in personâ, & ideo in personâ est alius; nec tamen sequitur alius Deus, quia denatur alietas in essentiâ: ergo quanvis Deus Pater generat in aeternitate Deum, nec seipsum, nec aliud genuit Deum.

8. Instabis ex Augustino in litterâ, Epist. 66. ad Maxim. dicente: Deus Pater genuit de se alterum se; sed hoc denotat alietatem in essentiâ, sive naturâ: ergo Deus Pater in aeternitate aliud sive alterum genuit Deum.

9. Respondeat Magister, Augustini dictum sic esse expendendum, quod Deus Pater de se alterum à se genuit; non utique alterum Deum, sed alteram personam. Vel genuit se alterum, idest, genuit alterum, qui hoc est quod ipse.

10. His demum adiungit Divus Bonaventura hîc, quod in divinis Filius potest dici alius, & potest dici alter à Patre; quia Pater differt à Filio in supposito, & in proprietate. Verum, quia proprietas illa non accidit personæ, ideo magis propriè dicitur alius, quam alter. Ceterum, cum alius, respiciat suppositum, & aliud, essentiâ, idcirco recipitur ibi alius in masculino, non tamen aliud in neutro. Et hæc de primâ parte dicta sint satis.

11. PRO SECUNDÆ vero partis expositione, ponitur hæc conclusio: Deum Patrem originasse in aeternitate unicum Deum Filium à se Patre aliud solâ personalitate, apud Catholicos, simpliciter est affirmandum. Quæ hoc Magistri comprobatur ratiocinio: Illud, quod negato, sequeretur in essentiâ plures esse Deos, apud Catholicos, simpliciter est affirmandum; sed Deum Patrem originasse in aeternitate unicum Deum Filium à se Patre aliud solâ personalitate, est huiusmodi: igitur Deum Patrem originasse in aeternitate unicum Deum Filium à se Patre aliud solâ personalitate, apud Catholicos, simpliciter est tenendum.

12. Maior est evidens. Minorem autem probans Magister, (suppositâ determinatione quæstionis præmissæ, quâ dicebatur, quod Deus genuit Deum, & tamen nec se, nec aliud essentialiter à se) sic procedit: Si Deus genuit Deum; aut igitur Deus Pater genuit Deum, qui est Deus Pater, & sic idem genuit seipsum; aut Deus Pater genuit Deum, qui non est Deus Pater, itaque genuit aliud Deum, consequenterque erunt plures Dij; sed utrumque penitus repugnat: ergo Deum Patrem originasse in aeternitate unicum Deum Filium à se Patre aliud solâ personalitate, apud Catholicos, simpliciter est affirmandum.

13. Huic instantiæ solutionem adhibens Magister, ait, quod illa pro-

propositio: Deus Pater genuit Deum, qui non est Deus Pater, duos continet sensus; quorum primus est: Deus Pater genuit Deum, qui non est Deus Pater, idest, genuit Deum Filium, qui Deus Filius non est Deus Pater: ergo hic est verus, & catholicus sensus.

14. Quod confirmari valet ex Symbolo Athanasi dicens: *Alia est enim persona Patris, alia Filiij, & alia Spiritus Sancti.* Vbi sensus iste verus est; quia ibi non adnotatur alietas essentiae, sed solum personæ: ergo cum illa propositio: *Deus Pater genuit Deum, qui non est Deus Pater,* veritat hunc sensum: Deus Pater genuit Deum Filium, qui Deus Filius non est Deus Pater, erit verus, ac catholicus sensus.

15. Secundus vero sensus est: Deus Pater genuit Deum, qui non est Deus Pater, idest, genuit aliud Deum in essentiâ, & in naturâ. Hic reverâ sensus falsus est; quia in hac propositione denotatur alietas essentiae seu naturæ, ex illâque arguitur plures esse Deos, quod omnino est impossibile: ergo præfata propositio, apud Catholicos, simpliciter erit tenenda in primo sensu; secùs in secundo.

16. Oppones: iste terminus *Deus*, æquè supponit pro Filio, ac pro Patre: ergo cum Filij sit proprium non generare, sicut & Patris est proprium generare, si haec propositio est vera: *Deus generat, pro Patre,* eadem ratione erit vera ista: *Deus non generat, pro Filio;* sed haec non conceditur à Magistro: ergo nec prima: ergo apud Catholicum, non erit tenendum, Deum Patrem genuisse in eternitate Deum Filium à se aliud solâ paternitate.

17. Respondeat Seraphicus Doctor, quod licet haec propositio sit vera pro Patre: *Deus generat Deum;* tamen haec alia: *Deus non generat Deum,* non est vera pro Filio. Nam cum hic terminus *Deus*, dicat formam non multiplicabilem, & negatio totaliter removeat prædicatum ab hoc termino *Deus*, dum dicitur: *Deus non generat,* idèò aliud modum habet supponendi in affirmativa, quam in negativa; quia in affirmativa erat loquutio vera pro Patre; in negativa vero non potest esse veritas, eo quod negatio omnimode removeat prædicatum illud: Vnde prima propositio est vera, non secunda. Et haec de secunda parte sufficiant.

18. PRO TERTIÆ, & ultimæ distinctionis partis explanatione, hec statuitur conclusio: *Tres personas esse unum Deum, & unum Deum esse tres personas, à quolibet Catholicô est firmissime tenendum.* Probatur illud, quo dubitato, esset in fide, & authoritatibus SS. PP. hæfitandum, utique est firmissime tenendum; sed negando tres personas esse unum Deum, & unum Deum tres personas, foret in fide, authoritatibus

44 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

que Patrum hæsitandum: igitur tres personas esse vnum Deum, & vnum Deum tres esse personas, à quolibet Catholico firmissimè est tenendum.

19. Maior ex ipsis terminis claret. Minor pariter cœstat; cuius evidentiam ponit Magister in litterā, adducens querundam Doctrinam OpinioneM afferentium quod nomen essentiale in divinis, quemadmodum est hoc nomen *Déus*, potest prædicari de nomine personali, cuiusmodi est *Pater*, dicendo: *Pater est Déus*; non tamen è contrâ nomen personale potest prædicari de nomine essentiali, dicendo: *Déus est Pater*. Vnde concedebant istam: *Tres personæ sunt vnum Déus*. Negabant autem hanc: *Vnus Deus est tres personæ*.

20. Quam OpinioneM improbat Magister in textu, dicens, quod secundum catholicam fidem utraque istarum propositionum est vera, nempe, tres personæ sunt vnum Deus; & vnum Deus est tres personæ. Quod duplici Divi Augustini testimonio fulcitur. Primum, ex lib. 1. de Trinit. cap. 6. desumptum, sic se habet: *Recte ipse Deus Trinitas intelligitur*: ergo sicut in divinis tres personæ intelliguntur vnum Deus; ita & vnum Deus intelligitur tres personæ. Secundum, apud ipsum invenitur lib. 5. de Trinit. cap. 8. his verbis: *Non tres Déos, sed vnum Deum dicimus esse ipsam præstantissimam Trinitatem*: ergo si Trinitas divina esset vnum solus Deus, non minus erit vera hæc propositio: *Tres personæ sunt vnum Deus*; ac ista: *Vnus Deus est tres personæ*.

21. Oppones: licet sit verum, tres divinas personas esse vnum Deum; non tamen vnum Deum esse tres personas divinas: ergo contraria opinio subsistit. Antecedens probatur: licet sit verum, omnem hominem esse hominem; non tamen vnum hominem esse omnem hominem: ergo eti pro comperto habeatur, tres divinas personas esse vnu Deum; non verò vnum Deum esse tres personas divinas.

22. Respondeatur cum Seraphico Magistro negando antecedens, & ipsius probationem. Nam hic terminus *homo*, est terminus, qui valet confundi, & multiplicari; & idcirco hæc est vera: *Omnis homo est homo*; & hæc alia falsa: *Homo est omnis homo*, cum in quolibet homine natura humana numero multiplicetur: At natura divina cum sit immultiplicabilis, vnaque numero in tribus suppositis divinis, non solùm erit verum, tres personas divinas vnum esse Deum; verum & vnum solum Deum tres esse personas. Et hæc de tertiat, & ultimâ distinctionis parte dicta sint satis.

QVÆSTIONES.

23. QVÆST. 1. An in divinis verè, & realiter sint productiones? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 13. q. 1. art. 1. ¶

q.10. de Potent. art.1. & 1. p. q.27. art.1. Godoy 1. p. tom.3. disp. 73. à p.62. Gonetus tom.2. tract.6. de Trinit. disp. 2. art. 1. Portug. tom.1. lib.2. cap.8. Lumbier de Trinit. q.3. art.1. Ferre tract. 14. de Trinit. q.1. §.1. & 3. Labat tom.2. tract. 2. disp. 1. dub. 1. Salmant. tom.2. q.17. disp.1. dub.1.

24. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. q. 7. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp.2. sect.1. Frassen in 1. tract.3. disp. 1. art. 2. q.1. Herrera in 1. disp.5. q.1. Felix de Trinit. cap. 1. diff.1. Merinerus tom.1. disp. 1. q.1. Baron tom. 1. tract. de Trinit. art.1. Vulpes tom. 3. p. 1. disp.48. art.1. Faber in 1. dist. 2. disp.15. q.6. cap. 1. Marius tom. 1. disp.4. q.5. Durand tom.1. tract. de Trinit. disp.2. q.1.

25. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib.1. de Trinit. cap.9. & 10. Amicus tom.1. disp.18. sect.1. Martin Perez de Trinit. disp. 2. sect.1. Borrull de Trinit. disp.4. sect.1. Carleton tom.1. disp.50. sect. 1. Rhodes disp. 6. q.2. sect.2. Ex alijs D.Bonaventura in 1. dist. 9. art.1. q.1. & dist. 13. q.1. art.1. Abelly de Deo, tract.3. cap.1. sect. 3. Gaudent. tom. 2. tract. de Trinit. disp.2. sect.1. Fuliens. lib.2. cap. 1. resol.1.

26. QVÆST. 2. An duæ tantum sint in divinis productiones? Ex Angelicâ Scholâ D.Thomas in 1. dist. 13. q.1. art.2. & q.10. de Potent. art.2. & 1. p. q.27. art.5. Godoy 1. p. tom.3. disp. 73. à p.69. Lumbier de Trinit. q.3. art.1. & 2. Ferre tract.14. de Trinit. q.2. §.7. Salmant. tom.2. disp.3. q.27. dub.4. art.5. Portugal tom.1. lib.2. cap. 20. Gonetus, & alij pro antecedenti quæstione adducti.

27. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. q. 7. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp.2. sect. 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 1. Poncius in Curs.Theolog. disp. 9. de Trinit. q.3. & in Comment. tom.1. dist. 2. q.7. Rada tom. 1. Controv. 9. art. 2. Carriere tract. de Trinit. q.2. Smifing de Deo Trino, disp.3. q.2. Felix de Trinit. cap. 1. dub. 1. p.485. Aquila in 1. dist. 2. q.2. Vulpes tom. 3. p.1. disp. 48. art. 3. Lychetus in 1. dist.2. q.7.

28. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib.1.de Trinit. cap.9. & 10. Amicus tom.1. disp.18. sect.2. Beccan. tom.1. tract. 2. cap. 1. q.3. Borrull de Trinit. disp.4. sect.2. Mart.Perez de Trinit. disp. 2. sect. 2. Maurus tract.7. de Trinit. q.86. Ex alijs Gaudent. tom.2. tract. de Trinit. disp. 2. q.2. Fuliens. Idea Theolog. lib. 2. cap. 1. resol. 3. Abelly vt supra. Blasco tom.2. dist.122. q.1. & 2.

29. QVÆST. 3. An processiones divinæ sint actus essentialies, aut notionales? Ex Angelicâ Scholâ D.Thomas 1. p. q.27. art. 3. Godoy in 1. p. tom.3. disp.71. & 72. Gonetus tom.2. tract.6.de Trinit. disp. 2. art.

46 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

art. 2. Lumbier de Trinit. q. 3. art. 4. & q. 4. art. 7. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 1. §. 8. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 1. dub. 3. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 1. dub. 2. & 3.

30. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. q. 4. & Collat. 26. & 28. Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 2. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 2. sect. 6. Macedus Collat. 5. tom. 1. diff. 1. sect. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 3. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 2. q. 3. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 1. q. 6. Berulle tom. 2. disp. 2. q. 3. Bricenus tom. 2. de Scient. controv. 11. digres. p. 52. Felix de Trinit. cap. 1. diff. 3. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 3. q. 6.

31. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 5. & 6. Herrera de Trinit. q. 3. sect. 4. & 6. Borrell de Trinit. disp. 4. sect. 4. Mart. Perez de Trinit. disp. 2. sect. 4. & disp. 3. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 50. sect. 4. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 88.

32. QVÆST. 4. An personæ divinæ sint æquales secundum potentiam, & magnitudinem? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 19. q. 1. art. 1. & 2. & 1. p. q. 42. art. 4. & 6. Godoy 1. p. tom. 3. q. 42. disp. 97. §. 13. à nu. 279. Salmant. tom. 2. q. 42. art. 4. & 6. Et omnes eius Interpretes.

33. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 20. q. vnic. Merinerus tom. 1. disp. 8. q. 1. Felix de Trinit. cap. 9. diff. 2. Porcius in Comment. tom. 1. dist. 20. q. vnic. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 68. art. vlt. Lychetus in 1. dist. 20. q. 1. Sofia tom. 2. dist. 20. q. vnic. art. 4. Carriere tract. de Trinit. q. 43. Faber in 1. dist. 20. disp. 46. Marius tom. 1. disp. 7. q. 16. Smisang de Deo Trino, disp. 3. q. 1.

34. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Trinit. cap. 10. Beccan. tom. 1. cap. 8. q. 1. Carleton tom. 1. disp. 61. sect. 1. Ex aliis D. Bonaventura in 1. dist. 20. art. 1. q. 1. & 2. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 14. q. 5. & 8. Petrus à S. Joseph Idea Theolog. lib. 2. cap. 8. resol. 1.

35. QVÆST. 5. An essentia divina sit terminus formalis generationis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 5. art. 3. q. 3. & 1. p. q. 41. art. 3. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 72. q. 17. à nu. 85. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 2. dub. 1. à nu. 102. Gonetius tom. 2. disp. 2. art. 4. §. 6. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 63. Lumbier de Trinit. q. 7. art. 1.

36. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 5. q. 2. & Collat. 37. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 3. q. 3. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 3. sect. 3. Herrera in 1. dist. 10. q. 11. Felix de Trinit. cap. 1. diff. 8. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 50. art. 1. & 2. Marius tom. 1. disp. 7. q. 4. Sofia tom. 2. dist. 5. q. 2. art. 2. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 2. art. 7. &

& 8. Berulle tom. 2. disp. 2. q. 6. Merinetus tom. 1. disp. 1. q. 6. Sannig
tom. 1. tract. 3. dist. 1. q. 10.

37. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 6. de Trinit. cap. 6. Averdaño
tom. 2. sect. 17. problem. 9. d. §. 1. Mart. Perez de Trinit. disp. 8. sect. viii.
Borrull de Trinit. disp. 9. sect. 1. Ex aliis D. Bonaventura in 1. dist. 5.
art. 2. q. 2. Caspensi. de Trinit. disp. 6. sect. 5. Gaudent. tom. 2. tract. 2.
de Trinit. disp. 13. q. 5. Forestus sol. 569. Blasco tom. 2. dist. 124. q. 2.
art. 5.

DE TERMINO GENERATIONIS.

DISTINCTIONIS QVINTÆ Synopsis.

*Non genita, aut genuit divina essentia, quāvis
Natura genitus Filius ipse Patris.*

Sic incipit: Post hec queritur, &c.

Sic terminat: Eandem naturam, quam ille, qui genuit habet.

1. **C**ONNECTITVR hæc quinta distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister quòd in divinis sit generatio; sed in præsenti inquirit, an divina essentia sit principium, aut terminus generationis: ergo satis hæc distinctio consonat superiori.

2. Consequentia probatur: priùs est statuere, tūm in divinis, tūm in creatis generationis essentiam, quām inquirere, an hoc, aut illud sit ipsius principium, aut terminus; sed Magister in antecedenti distinctione ostendit, in divinis esse generationem: ergo in præsenti querere, an divina essentia sit principium, aut terminus generationis, sive an generetur, aut generetur, erit vnam cum aliâ rectè copulare distinctionem.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister probat, essentiam divinam nullo modo posse esse terminum generationis. In secundâ ostendit, Filium & Spiritum Sanctum realiter esse productos. In tertîâ tandem & ultimâ expendit, eos non de nihilo, sed de aliquo immaterialiter esse productos.

4. PRO PRIMÆ distinctionis partis expositione, hoc proponitur lemma: *Divina essentia non est generans, neque genita.* Quod sic ten-

tat suadere Magister: Illud, quò posito, sequitur, divinam essentiam non esse essentiam, vel eandem rem seipsum generasse, firmissimè est negandum; sed si divina essentia foret generans, aut genita, divina essentia non esset essentia, aut res eadem seipsum generaret: ergo divina essentia nec est generans, nec genita.

5. Maior ex se patet. Minorem ut probet Magister in textu, inquit: Vtrum huiusmodi propositiones sint à Catholicis concedenda: *Pater genuit divinam essentiam: Divina essentia genuit Filium: Divina essentia non est generans, nec genita?*

6. Quæsito igitur responder Magister, dicens, divinam essentiam nec esse genitam, nec generantem. Quod triplici firmat ratione. Prima, emne quod generatur, relativè opponitur generanti; sed in divinis Pater est generans: ergo si essentia divina generaretur, relativè opponeretur Patri; sed divina essentia non opponitur relativè Patri, inopotius identificatur cum ipso: ergo essentia divina non generatur.

7. Secundò probatur: idem non potest seipsum gignere; sed si Pater divinam generaret essentiam, idem seipsum gigneret: ergo Pater divinam non gignit essentiam. Minor probatur: Pater est divina essentia, eò quòd sit Deus: ergo si divinam essentiam generaret, idem seipsum proculdubio gigneret, quod impossibile autumatur: ergo essentia divina non generatur.

8. Tertiò suadetur: implicat quòd generans habeat esse à genito; cùm genitum à generante accipiat esse; sed si divina essentia foret genita, generans à genito, & non genitum à generante haberet esse: ergo. Minor probatur: Pater per divinam essentiam habet esse: ergo si divina essentia foret genita à Patre, generans à genito, & non genitum à generante haberet esse, quod omnino repugnat.

9. Ulteriùs addit Magister, simili ratione probasse Augustinum lib. 7. de Trinit. cap. 1. Patrem non esse sapientem sapienti à genitâ; quia si Pater foret sapiens per illam sapientiam, quam genuit, sequeretur, quòd haberet esse per illud, & ab illo quod genuit; sed hoc infanum foret dicere: ergo.

10. Maior probatur: in Patre idem est sapere, ac esse: ergo si Pater foret sapiens sapienti à genitâ, necessariò haberet esse per illud, & ab illo quod genuit: ergo sicut non genuit sapientiam, quâ sapiens est, itâ nec essentiam, quâ est; cùm in illâ summâ simplicitate non sit aliud sapere, quam esse, ut innuit Augustinus: igitur divina essentia nec generat, nec generatur.

11. Huic tamen refragari videtur quod ait Augustinus lib. 8. de Fid.

Fid. & Symb. Pater genuit id quod ipse est, sed essentia divina est id quod est Pater: ergo Pater genuit divinam essentiam.

12. Respondet Magister, verba illa Augustini eatenus esse capieenda, quod Pater genuit id, quod ipse est, non ad æquatè, sed inad æquatè, quippe Filium quoad solam personalitatem productam, & quoad deitatem identificatum. Vel aliter, Pater de seipso genuit illud quod ipse est, id est, Filium, qui est illud quod Pater est: Nam quod Pater est, Filius hoc reverâ est; sed non qui Pater est, & Filius hic est.

13. Quod autem essentia divina non generet Filium, nec essentiam, eisdem ferè rationibus, ac primam lemmatis partem ostendit Magister. Primo, quia cum Filius sit divina essentia, si hæc generaret Filium, sequeretur, idem seipsum generasse. Secundo, generans, & genitum realiter distinguuntur; sed essentia divina à Filio realiter non distinguitur: igitur essentia divina Filium non generat.

14. Consentaneè ijs suadetur, essentiam divinam non genuisse essentiam; quia cum essentia divina res una sit, tunc eadem res seipsum genuisset: ergo divina essentia nec generat, nec generatur.

15. Cæterum, Augustinus in litterâ lib. 7. de Trinit. cap. 1. sic conclusioni adversatur, dum asserit: *Sapientiam esse de Sapientiâ, & essentiam de essentiâ:* ergo quia sapientia sapientiam, & essentiam essentia genuit.

16. Respondet Magister, præfatam authoritatem, & alias consimiles, quæ in textu recensentur, non esse expendendas in sensu formalí, sed identico, & materiali, nempe, Filium, qui est sapientia, & essentia, esse à Patre, qui est eiusdem sapientiæ, & essentiæ consors.

17. Sed vrges cum Hilario lib. 4. de Trinit. dicente: *Nihil habet Filius nisi natum;* sed Filius essentiam divinam habet à Patre: ergo essentia divina nata, & genita est.

18. Respondet instantiæ Magister, sensum Hilarij esse, Filium nihil habere, quod non sit per nativitatem acceptum, ut ostendere posset, etiam quoad essentialia, disctimen aliquod inter Filium, & Patrem, qui ea non habet accepta ab alio, sicut Filius.

19. Demùm oppones Ioachim Abbatem obiurgantem Magistrū de inefficaciâ rationis, quâ probat, essentiam non generare essentiam. Sic discursat Magister, ut diximus suprà: Si essentia generaret essentiam, eadem res seipsum gigneret, cum essentia divina res una sit: ergo essentia non generat essentiam. En quomodo rationem Magistri irridet Ioachim: Deus generat Deum; sed unus est Deus; ergo una, & eadem res generat seipsum,

20. Respondet pro Magistro Divis Bonaventura huc, Iohachim insciè obiurgasse Magistrum; inò cùm esset simplex, non est reveritus tantum Magistrum. Et ideo iusto Dei iudicio damnatus fuit libelus ab ipso elaboratus in Lateranensi Concilio, & positio Magistri omnium votis excepta & probata. Dicimus ergo instantiam non tenere; quia essentia divina dimicat est res una quantum ad suppositum, & significatum: At Deus est res una quantum ad significatum, sed plures quantum ad suppositum. Quamobrem si essentia generaret, eadem res seipsum generaret; minime Deus, cùm sit plures quantum ad suppositum. Et hæc de primâ parte litteræ textus sufficiant.

21. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hæc statuitur conclusio: *Quanquam Filius, & spiritus Sanctus non sunt aliud, quam ipsa divina essentia, tamen ambo producti sunt realiter.* Illam probare molitur Magister, obijcendo in oppositum quod nuper est dictum, nempe, quod Pater non genuit divinam essentiam. Sic exorditur: Pater genuit illud quod ipse est; sed illud quod ipse est, est divina essentia: igitur Pater genuit divinam essentiam.

22. Enīam brevem asserti probationem in ipsā argumenti responsione comprehetisam. Hæc enim propositio: Pater generat illud quod ipse est, sic debet intelligi, quod Pater generet Filium, qui est eiusdem naturæ, vel essentia cum ipso. Similiter & quod Pater & Filius spirent Spiritum Sanctum, qui est eiusdem naturæ cum ipsis: ergo cùm Pater non generet divinam essentiam, nec Pater & Filius illam spirent, deducitur necessariò, Patrem generare Filium; & Filium & Patrem spireare Spiritum Sanctum: ergo & Filium & Spiritum Sanctum esse realiter productos, quanquam non sint aliud, quam ipsa divina essentia.

23. Amplius suadetur intentum: in divinis veræ, & reales extant productiones: ergo necessariò erit assignandum principium verè producens, & termini verè, & realiter producti; sed Pater non est principium generativum divinæ essentiæ: ergo est productivum Filii; & Pater & Filius Spiritus Sancti: ergo quavis Filius & Spiritus Sanctus non sint aliud, quam ipsa essentia divina, tamen ambo sunt producti realiter.

24. Sed dices: nihil datur in Filio, quod sit genitum à Patre; & in Spiritu Sancto, quod sit productum à Filio, & Patre: ergo Filius, & Spiritus Sanctus non sunt realiter producti. Antecedens probatur: in Filio & Spiritu Sancto non producitur divina essentia, quia hæc nec generat, nec generatur; nec relatio sive personalitas, cùm hæc ab essentiâ divinâ diminet: ergo Filius, & Spiritus Sanctus non sunt realiter producti, eo quod nihil genitum, aut productum extet in divinis.

25. Respondeatur negando antecedens, & probationis consequentiam cum Seraphico Doctore; quia generatio in divinis secundum productio nem terminatur solum ad substantiam primam, quae est persona; nam haec, iuxta Boetium, est rationalis naturae individua substantia. Verum, quia solum dicitur generari propriè id, ad quod terminatur generatio secundum rationem producendi, ideo persona generatur, non essentia, aut relatio. Vel si mavis cum alijs annuere, non recusabis ad instantiam enervandam prefatas relationes, aut personalitates vere in divinis produci. Et haec pro secundâ distinctionis parte sufficiant.

26. PRO TERTIÆ, & ultimæ partis declaratione, ponitur haec conclusio: *Filius & Spiritus Sanctus sunt vere, & realiter producti, non tamen de nihilo, sed de aliquo, licet non de aliquo materialiter.* Quam conclusionem primò probat Magister iteratis Sanctorum Patrum authoritatibus enixè testantibus, Patrem de suâ substanciali Filium genuisse. Et præsertim per hanc à Magistro adductam: *Frequenter in Scripturâ legitur, Patrem de suâ substanciali genuisse Filium;* sed Scriptura non dicit nisi verum, nec frequentat nisi proprium: ergo Patrem de suâ substanciali genuisse Filium, est sermo verus, & proprius.

27. Secundò: quicunque procedit ab alio, ipsique est consubstantialis, est de eius substanciali; sed Filius procedit à Patre, ipsique est consubstantialis; necnon Spiritus Sanctus à Patre & Filio: ergo licet Filius & Spiritus Sanctus sint vere producti, non tamen ex nihilo, sed ex aliquo, quippe, Filius de substanciali Patris; & Spiritus Sanctus de substanciali utriusque.

28. Tertiò: Pater generat Filium, & Filius, & Pater spirant Spiritum Sanctum: ergo aut de aliquo, aut de nihilo; sed non de nihilo; quia tunc forent creatura: ergo de aliquo; sed non de aliquo alio à se, sive de aliquo materiali: ergo de sui substanciali.

29. Quartò: Filius in creatis, qui partem substanciali habet à Patre, revera dicitur esse de substanciali Patris: ergo qui totam habet substanciali à generante sive producente, potius de substanciali generantis dicetur esse, sed Filius in divinis totam substanciali habet à Patre; & Spiritus Sanctus à Patre, & Filio: ergo Filius, & Spiritus Sanctus non sunt ex nihilo, sed imopotius Filius de substanciali Patris; & Spiritus Sanctus de utriusque substanciali.

30. Oppones: id quod de nullâ praæacente materia est, de nihilo est; sed Filius & Spiritus Sanctus de nullâ praæacente materia sunt: ergo Filius, & Spiritus Sanctus non de aliquo, sed de nihilo sunt producti. Si autem respondeant, Filius & Spiritum Sanctum non de nihilo, sed de aliquo esse, vt de Patre.

52 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

31. Instabis: ergo Pater de nihilo est. Consequentia probatur: non aliquod, & nihil adinvicem convertuntur; sed Pater non est ex aliquo, alias prima non foret persona: ergo est de nihilo: ergo cum æquè sit discurrendum de alijs divinis personis; Filius, & Spiritus Sanctus erunt de nihilo producti.

32. Respondet Divus Bonaventura negando consequentiam, & probationem. Quanvis enim Pater, Filius, & Spiritus Sanctus non habeant materiam præiacentem; quia tamen non habent esse post non esse, ideo non dicuntur esse ex nihilo. Filius dicitur esse ex aliquo, nempe de substantiâ Patris; & similiter Spiritus Sanctus de utriusque substantiâ, cum ab illis procedat. Pater vero cum sit primum principium, à nulloque procedat, non est ex aliquo, ut aliae divinæ personæ; neque de nihilo, sed de se, & à se. Vnde non aliquod, & nihil non convertuntur in divinis respectu Patris. Et hæc de tertiat, & ultimâ huius distinctionis parte dicta sint satis.

QVÆSTIONES.

33. QVÆST. 1. An processiones divinæ sint immediate per natu-
ram divinam, an per intellectum, & voluntatem? Ex Angelica Scholâ D. Thomas 1. p. q. 27. art. 3. & in 1. dist. 6. q. 1. art. 3. Goddoy 1. p. tom. 3. disp. 72. à p. 32. Gonetus tom. 2. tract. 6. de Trinit. disp. 2. art. 3. §. 3. Lumbier de Trinit. q. 6. art. 1. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 1. §. 6. Salmant. tom. 2. d. sp. 1. q. 27. dub. 2.

34. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 7. q. vnic. & Collat. 24. Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 1. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 2. sect. 5. Poncius Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 3. Frassen tract. 3. disp. 1. art. 3. q. 1. Merin. tom. 1. disp. 1. q. 2. Felix de Trinit. cap. 1. diff. 2. Carriere tract. de Trinit. q. 18. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 52. art. 1. Smising de Deo Trino, disp. 3. q. 3. Rada tom. 1. Controv. 9. art. 1. Et in Athenæo Nostro sub Schol. Nominal. q. 1. art. 1. & 2.

35. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 5. Arriaga disp. 44. sect. 2. Amicus tom. 1. disp. 18. sect. 4. Herrera de Trinit. q. 4. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 4. sect. 3. Mart. Perez de Trinit. disp. 2. sect. vlt. Carleton tom. 1. disp. 5. sect. 2. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 87. Aven-
dañus tom. 2. sect. 17. problem. 2. Ex alijs D. Bonavent. in 1. dist. 2. q. 4. Caspens. de Trinit. disp. 1. sect. 2. Baudun. q. 27. art. 3. Coriolan. de Tri-
nit. art. 2. Gaudent. tom. 2. tract. de Trinit. disp. 2. q. 3. Fuliens. lib. 2. cap. 1. resol. 2. Blasco tom. 2. dist. 124. q. 2. art. 1. & 2.

36. QVÆST. 2. An natura divina subsistat subsistentiâ absolutâ? Ex Angelica Scholâ D. Thomas 1. p. q. 3. & lib. 4. contra Gent. cap. 18.

LITTERALIS EXPOSITIO.

53

Godò 1. p. tom. 3. disp. 84. à p. 340. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 5.
art. 1. Salmant. disp. 9. dub 4. & 5. Lumbier de Attrib. dist. 3. q. 5. art.
4. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 5. §. 8. Ioannes à Sancto Thomâ tom. 2.
q. 32. disp. 14. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 3. dub. 4.

37. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 7. q. 1. & in 3. dist. 1. q. 2.
& quodlib. 4. art. 2. Hernandez in 1. tract. 1. de Attrib. disp. 1. sect. 5.
Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 1. q. 3. Rada tom. 3. Controv. 2. art. 1.
Felix de Trinit. cap. 4. diff. 5. Merin. tom. 1. disp. 3. q. 5. Carriere de
Trinit. q. 10. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 5. q. 1. Briceño tom. 1.
Controv. 1. art. 3. Ovandus in 3. sect. 1. q. 2. art. 2. Faber in 1. dist. 2.
disp. 26. Smisung tract. de Deo Vno, disp. 2. q. 1. Baron tom. 1. tract. de
Trinit. apolog. 4. act. 4. Sosa tom. 2. diff. 56.

38. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. disp. 11. sect. 3. & lib. 4. de
Trinit. cap. 11. Aldrete de Incarn. disp. 40. sect. 3. Delugo tract. de In-
carn. disp. 12. nu. 43. Rhôdes disp. 6. de Deo, q. 2. sect. 7. Bernal de Incarn.
disp. 24. Arriaga 1. p. disp. 51. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 57. sect. 3.
Borrull de Attrib. disp. 3. sect. 3. & disp. 13. de Trinit. sect. 1. Quiros
disp. 26. de Trinit. Martinon tom. 1. disp. 26. Ex alijs Caspens. disp. 30.
de Trinit. Petrus à S. Ioseph lib. 2. cap. 3. resol. 3.

39. QVÆST. 3. An Pater & Filius sint unum principium Spi-
ritus Sancti? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 11. q. 1. art. 2. 3.
& 4. & 1. p. q. 36. art. 4. Godò 1. p. tom. 3. disp. 94. à p. 509. Go-
netus tom. 2. tract. 6. disp. 10. art. 3. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 15.
dub. 2. Contenson tom. 2. dissert. 5. cap. 2 specul. 2. Ferre de Trinit.
q. 13. §. 11. Lumbier de Trinit. q. 11. art. 2. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 34.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 12. q. 1. & 2. Macedo in
Schol. Theolog. Schol. 5. cap. 2. & in 1. Collat. 6. diff. 3. sect. 1. Poncius
in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. 3. Smisung de Deo Trino disp. 4.
q. 3. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 8. sect. 3. Herrera in 1.
disp. 11. q. 7. Lychetus in 1. dist. 12. q. 1. Carriere de Trinit. q. 34. Felix
de Trinit. cap. 7. diff. 4. Merinerus tom. 1. disp. 6. q. 4. Sosa tom. 2.
disp. 11. q. 1.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 10 de Trinit. cap. 7. Amicus tom.
1. disp. 27. sect. 5. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 6. q. 5. Borrull de Trinit.
disp. 19. sect. 6. Mart. Perez de Trinit. disp. 16. sect. 4. Maurus tract. 7.
de Trinit. q. 105. Ex alijs D Bonaventura in 1. dist. 11. art. 1. q. 2. &
dist. 29. art. 2. q. 1. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 10. q. 8.
Fulienf. lib. 2. cap. 6. resol. 2. Blasco tom. 2. dist. 123. q. 3. art. 3.

42. QVÆST. 4. An Spiritus Sanctus ex vi suæ processionis exigat

ne-

necessariò oriri à duobus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 11. q. 1. art. 2. & 4. ad 2. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 93. & p. 497. Gonetius tom. 2. tract. 6. disp. 10. art. 2. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 15. dub. 5. Ioan. à S. Thomâ disp. 5. art. 4. Contenson tom. 2. dissert. 5. cap. 2. specul. 3. Lumbier de Trinit. q. 11. art. 2. num. 641. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 41. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 8. Ferre de Trinit. q. 13. §. 16.

43. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 12. q. 1. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 8. sect. 4. Macedo in 1. Collat. 6. diff. 2. sect. 1. & seqq. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 3. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. a sp. 10. de Trinit. q. 3. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 7. act. 1. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 10. q. 3. Merinerus tom. 1. disp. 6. q. 5. Berulle tom. 3. p. 2. disp. 3. q. 5. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 54. art. 5. & vlt. Herinx tom. 1. disp. 2. q. 11.

44. Ex Scholâ Eximia Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 6. & lib. 10. cap. 6. Amicus tom. 1. disp. 21. sect. 6. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 6. q. 6. Borrull de Trinit. disp. 19. sect. 5. Mart. Perez de Trinit. disp. 16. sect. 3. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 10. q. 3. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 10. q. 7. Caspens. disp. 8. sect. 5. Longus q. 36. art. 8. Forestus fol. 450. Blaico tom. 2. dist. 123. q. 3. art. 2.

45. QVÆST. 5. An ingenitum pro formalí dicat aliquid positivum, aut negativum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 28. q. 1. art. 1. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 87. q. 33. §. 2. & 3. Gonet tom. 2. tract. 6. disp. 8. art. vnic. Salmant. tom. 2. tract. 6. de Trinit. disp. 11. dub. 3. §. 6. Lumbier de Trinit. q. 12. art. 3. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 1.

46. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 28. q. 1. & 2. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 6. sect. 2. Felix de Trinit. cap. 5. diff. 1. dub. 4. Merin. tom. 1. disp. 4. q. 1. Sosa tom. 2. diff. 28. q. 1. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 8. q. 1. Carriere tract. de Trinit. q. 16. Smising de Deo Trino. disp. 2. q. 6. Rada tom. 1. Contror. 25. art. 1. Marius tom. 1. disp. 6. q. 3. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 65. art. 3. Herrera in 1. disp. 9. q. 2. Giner. in 1. dist. 28. q. 1. art. 2.

47. Ex Scholâ Eximia Suarez lib. 5. de Trinit. cap. 10. nu. 8. Carleton tom. 1. disp. 63. sect. 2. Amicus tom. 1. disp. 25. sect. 3. Borrull de Trinit. disp. 20. sect. 1. nu. 9. Mart. Perez disp. 7. sect. 3. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 28. q. 1. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 8. q. 3. Longus de Trinit. q. 23. art. 4. Baudunius q. 33. in calce. Caspens. de Trinit. disp. 6. sect. 2. num. 22.

48. QVÆST. 6. An Filius sit genitus ex substantiâ Patris, aut ex nihilo?

LITTERALIS EXPOSITIO.

55

nibili? Ex Angelicâ Scholâ D.Thomas in 1. dist. 5. q. 2. art. 1. & 2.
Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 1. dub. 1. nn. 24. & q. 41. art. 3. p. 703.
Capreol. in 1. dist. 5. q. 1. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 6. 2. p. 1. & 2.

49. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 5. q. 2. & Coll. t. 28. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 11. sect. 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 3. q. 3. Faber in 1. dist. 5. disp. 33. q. 2. Felix de Trinit. cap. 10. diff. 2. Merin. tom. 1. disp. 9. q. 5. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 5. 1. art. 1. & 2. Berulle tom. 2. disp. 2. q. 5.

50. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. tract. 3. lib 6. cap. 6. Arriaga disp. 46. sect. 5. subsect. 1. Borrull de Trinit. disp. 4. sect. 6. Mart. Perez de Trinit. disp. 8. sect. 7. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 5. art. 1. & 2. Petrus à S. Ioseph Idea Theolog. lib. 2. cap. 7. resol. 3. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 13. q. 4. Morand. de Trinit. q. 34.

51. QVÆST. 7. An in Deo sit potentia productiva ad intra? Ex Angelicâ Scholâ D.Thomas in 1. dist. 7. q. 1. art. 1. Codò 1. p. tom. 3. tract. 9. disp. 72. §. 6. à nn. 45. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 1. dub. 3. §. 4. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 42. disp. 16. art. 3. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 24. Contenson tom. 2. dissert. 6. cap. 1. specul. 2. Ferre de Trinit. q. 18. §. 6. Biescas tom. 2. q. 25. art. 1. dub. 1. Lumbier de Trinit. q. 4. art. 6.

52. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 7. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 3. sect. 1. Lychetus in 1. dist. 7. q. 1. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 49. art. 1. Merin. tom. 1. disp. 1. q. 5. & 6. Felix de Trinit. cap. 1. diff. 6. Sosa tom. 2. dist. 2. q. 4. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 5. act. 3. Herrera in 1. disp. 9. q. 6. Berulle tom. 2. disp. 2. q. 1.

53. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. de Trinit. cap. 5. Amicus tom. 1. disp. 23. sect. 1. Arriaga disp. 45. sect. 5. Mart. Perez disp. 8. sect. 8. Herrera de Trinit. q. 5. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 7. q. 1. & 3. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 8. q. 6. & 7. Morand. de Trinit. num. 642. Fulensis lib. 2. cap. 7. resol. 4.

54. QVÆST. 8. An essentia divina sit generans, aut genita? Ex Angelicâ Scholâ D.Thomas in 1. dist. 5. q. 1. art. 1. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 17. dub. 4. Lumbier de Trinit. q. 6. art. 2. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 26. Et omnes Authores adducti hic pro primâ quaestione.

55. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 5. q. 1. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 11. sect. 1. Poncius in Comment. tom. 1. disp. 5. q. 1. Merin. tom. 1. disp. 9. q. 1. Felix de Trinit. cap. 10. diff. 1. Sosa tom. 2. dist. 5. q. 1. art. 1. Lychetus in 2. dist. 5. q. 1. Carriere de Trinit. q. 14. 1. Faber in 1. dist. 5. disp. 32. Herrera in 1. disp. 6. q. 4. & seqq.

Ex

56. Ex Scholâ Eximia Suarez de Trinit. disp. 6. cap. 7. Carleton tom. 1. disp. 60. scđ. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 5. art. 1. q. 1. Gaudent. tom. 2. tracđ. 2. disp. 40. scđ. 6. Morand. de Trinit. q. 31. & 39. Et omnes Authores allegati pro primâ quæstione.

DE POTENTIA GENERANTIS.

DISTINCTIONIS SEXTÆ

Synopsis.

*Quāvis in Deo eadem natura sit, atque voluntas,
Convenit illi aliquid, quod tamen huic minimè.*

Sic incipit: *Præterea queri solet, &c.*

Sic terminat: *Ille quidem natura Filius est.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister, divinam essentiam nec generare essentiam, nec Filium; sed in præsenti determinat, Deum Patrem non generasse Filium voluntate, aut necessitate: ergo appositè connectitur præsens distinctio cum superiori.

2. Consequentia probatur: priùs est inquirere de potentia generandi in ordine ad concretum essentiale, quam de eâdem generandi potentia in ordine ad concretum personale; cùm illud saltem prioritate naturæ sit priùs isto; sed dûm Magister in superiori distinctione ostendit, divinam essentiam nec generare essentiam, nec Filium, agit de potentia generandi in ordine ad concretum essentiale; dûm autem determinat, Deum Patrem non generasse Filium voluntate, aut necessitate, agit de eâdem generandi potentia in ordine ad concretum personale: ergo hoc ordine vnam post aliam concinnando distinctionem Magister, rectè processit.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ ostendit Magister, quomodo Pater nec voluntate, nec necessitate genuerit Filium. In secundâ vero determinat, quòd licet natura, & voluntas divina sint idem, non tamen propterea dicere valeamus, Filium naturâ esse Filium voluntate. In tertią tandem, & ultimâ explicat, quomodo necessitas incommutabilitatis, & communicabilitatis voluntas ad æternam Filij generationem concurrant.

PRO

4. PRO PRIMÆ igitur distinctionis partis declaratione, hoc præfigitur theorema: *Non est catholicè sentiendum, Deum Patrem genuisse Filium necessitate cogente, aut voluntate præcedente.* Qaod sic probatur: illud, quò concessio, sequitur, Deum esse miserum, aut mutabilem; & Filium Dei non esse naturalem Filium, non est catholicè sentiendum; sed si Deus Pater genuisset Filium necessitate cogente, aut voluntate præcedente, reverā foret miser, aut mutabilis; & Filius Dei non esset naturalis Filius: igitur non est catholicè sentiendum, Deum Patrem genuisse Filium necessitate cogente, aut voluntate præcedente.

5. Maior ex terminis naturaliter constat. Minorem verò adducit Magister in litterā, respondendo ad quæstionem istam: Vtrū Pater genuit Filium ex necessitate, aut voluntate? Cui satisfacit Magister his verbis: Pater nec necessitate, nec voluntate genuit Filium.

6. Quoad vtranque partem Magister suadet asserendum; & primò de necessitate contra nolitionem cogente: si Deus Pater generaret Filium hoc necessitatis genere, necessitas coactionis caderet in Deo; hæc ipsi omnino repugnat: ergo Pater non generat Filium necessitate. Maior liquet; quia tunc quis necessitate coactionis operatur, dūm sic operatur, quòd non poterit non operari; sed si Deus Pater necessitate contra nolitionem cogente generaret Filium, sic ipsum generaret, quòd non posset non generare: ergo necessitas coactionis caderet in Deo.

7. Minor priuī discursus similiter claret; nám necessitas coactionis cum summā libertate non cohæret, vt ex se patet; sed Deus est summè liber, alioquin perfectio aliqua necessaria ipsi deficeret: ergo necessitas coactionis penitus repugnat Deo; ac proindè Deus Pater non genuit Filium necessitate, sive hoc necessitatis genere, nè miser dicatur.

8. Secundam aserti partem, nempè, Deum Patrem non genuisse Filium voluntate præcedente, sic probat Magister: si Pater voluntate præcedente genuisset Filium, posset non generare Filium; sed tunc mutabilitas caderet in Deo, Filiusque Dei non foret naturalis Filius: ergo voluntate præcedente Pater non genuit Filium.

9. Maior pro comperto habetur; quia si voluntate antecedente Pater genuisset Filium, priuī voluisset Filium generare, eò quòd ipsum genuit: ergo posset non generare; quia posset non velle generare illum. Minor probatur: si voluntate præcedente Pater generaret Filium, in eius liberā potestate statet generare, si vellet, & non generare, si nollet; sed Patrem generare Filium, si vellet, & non generare Filium, si nollet, magnam in Deum ingerit mutabilitatem: ergo si voluntate præcedente Pater genuisset Filium, mutabilitas caderet in Deo; & Filius Dei non foret naturalis Filius.

10. Sed oppones ex litterā : Pater dūm genuit Filium , aut genuit volens, aut nolens; sed non genuit nolens, quia aliās esset miser : ergo genuit volens, atque adeò voluntate.

11. Instat argumentum Magister ex Augustino lib. 15. de Trinit. cap. 20. vbi quandam Catholicum hæretico respondentem ita commendat, dicens: Acutē sane quidam respondit hæretico versutissimè interroganti: Vtrūm Deus Filium volens, vel nolens genuit? Sic ergò vrgebat Catholicus ab hæretico querrens: Vtrūm Deus Pater volens, aut nolens sit Deus? Si nolens: ergo in Deo erat maxima miseria perpetuò aliquid nolens. Si volens: igitur ipse suā voluntate Deus est, non naturā. Quā interrogatione obmutuit garrulus ille hæreticus.

12. Replicabis , Augustinum non rectè processisse in commendanda hāc solutione, quæ non est digna laude; quia multiplicare inconveniens, non est solvere ; sed Catholicus non solvit hæretici instantiam; imopotius aliud ei ingens proponit incommodum: ergo.

13. Respondet D. Bonaventura negando maiorem. Nām solutio illa Catholicī est ad hominem, estque ad rationem solutio; & aliquando meliūs , & utiliūs est solvere instantiam ad hominem, quād ad rationem, v.g. dūm Respondens est inscius, & non vult capere veritatem; & quando Assistentes sunt indocti, & non possunt callere veritatem, & subtilitatem.

14. Quamobrem, quia hæreticus veritatem respuebat, idcirco adversanti erat adversandum, eo modo quō magis privaretur gloriā, plausuque, & Assistentes fallaciā. Meritō ergò hanc commendat responsionem Augustinus quōd manifestè Antagonistam suā quæstione ligavit. Præfatam demūn respondendi normam docuit Dominus dūm dixit: *Baptismus Ioannis unde erat? E Cœlo, an ex hominibus?* Matth. cap. 21.

15. Respondetur tamen instantiæ, quōd Pater genuit Filium volens, non voluntate præcedente generationem, tanquam principio generandi, sed voluntate comitante, quæ non est generationis principium. Unde concludit Hieronymus in Epist. ad Ephes. cap. 1. dicens : *Scriptum est de Filio Dei, quod semper cum Patre fuit, & nunquām vi esset, paterna voluntas præcessit; & ille quidem naturā Filius est.* Ergo nunquām concedendum erit, quōd Deus voluntate , aut necessitate , sive volens, aut nolens sit Deus, Filiumque genuerit. Et hæc de primā distinctionis parte sufficiant.

16. PRO SECUNDÆ verò partis exactâ explanatione , præsens proponitur thesis ; *Ex divine nature, & voluntatis identitate, ineptè arguitur Filium naturā esse voluntate Filium.* Quam probat Magister in lit-

litterā solvendo hæreticorum natiās , quas insānē in hāc congerunt materiā. Sic garriunt hæretici: In divinis natura & voluntas sunt idem; sed Pater genuit Filium naturā: ergo videtur quōd ipsum etiām voluntate genuerit.

17. Respondet Magister, quōd licet natura , & voluntas in divinis sint idem per se, distinguuntur tamen ratione. Sunt etenim idem realiter absolute, sive identice; distinguuntur verò formaliter ex naturā rei: ergo quavis natura, & voluntas sint idem in divinis; nunquām tamen sequitur , quōd si Pater genuit Filium naturā , etiām ipsum voluntate genuit. Et ratio est; quia stante distinctione inter utramque, stat benè, aliquid posse convenire naturae , quod voluntati non congruat : ergo nullum est incommodum, Filium esse Filium naturā , & non voluntate.

18. Quod à simili confirmat Magister: voluntas Dei, & eius scientia simul sunt idem, & differunt. Sunt idem per se, sive identice; differunt ratione, connotatione, aut ex naturā rei; sed scientia connotat aliquid esse in Deo, quod non connotat voluntas; & è contraria: ergo quavis sint idem voluntas Dei , & eius scientia , poterit aliquid convenire voluntati, quod divinæ scientiae non conveniat : ergo pariter est tenendum de naturā, & voluntate in divinis estò sint idem.

19. Minorem probat: ratione scientiae divinæ convenit Deo scire, & cognoscere malum; sed ratione voluntatis sua non convenit sibi velle, & approbare malum : ergo in divinis scientia connotat aliquid esse in Deo, quod non connotat voluntas; & ex opposito : ergo quavis scientia , & voluntas sint idem in Deo, sicut natura, & voluntas, poterit aliquid convenire scientiae , & naturae, quod non congruat voluntati; consequenterque illepede arguunt hæretici suadere tentantes, Patrem genuisse Filium voluntate, quia ipsum naturā genuit.

20. Dices : Magister in litterā non solvit hæretici instantiam, sed arguit à simili de scientiā, & voluntate Dei: ergo diminutè processit in textu. Et quidem; quia multiplicare inconveniens , non est solvere argumentum, vt supra ostendimus.

21. Respondet Seraphicus Doctor supra litteram, Magistrum solutionem formaliter instantiæ non adhibere , sed solum virtualiter , arguendo à simili in oppositum, per medium ab Argente concessum, sive ad hominem , vt vi consimilis argumentationis , pressus , ab instantiā exemplò deflectat; sicque inconveniens non auget, imopotius propositionem ab hæretico penitus debellat. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

22. PRO TERTIÆ & ultimæ distinctionis partis ostensione, po-
H 2 nitur

nitur hæc conclusio: *Ad æternam Filij generationem solùm necessitas incommutabilitatis, & voluntas communicabilitatis concurrunt.* Cuius veritas sic expenditur: Illa, sine quibus impossibile est Deum esse Deum, necessariò confluunt ad æternam Filij generationem; sed impossibile foret Deum esse Deum, si necessitas incommutabilitatis, & voluntas communicabilitatis non confluarent ad æternam Filij generationem: ergo solùm necessitas incommutabilitatis, & voluntas communicabilitatis concurrunt ad æternam Filij generationem.

23. Maior est evidens. Minorem producit Magister in litterâ, saltem sententialiter, vbi quendam haereticum, nomine Eunomium, acriter obiurgat, qui dixerat, Patrem generasse Filium voluntate præcedente, qua non fuit ab æterno, sed accedens in tempore, sicut priùs fuisse volentem, quam generantem, quod omnino falsum hæc redditur ratione.

24. Si Pater generasset Filium voluntate præcedente, aut in tempore accedente, Deus esset mutabilis per accedentem voluntatem, & priùs volens, quam generans; sed eò ipso quod Deus Pater foret mutabilis, priùsque volens, quam generans, necessitas incommutabilitatis, & voluntas communicabilitatis non concurrerent ad æternam Filij generationem: ergo dum Magister Eunomium increpat, suam validè conclusionem firmat, nempè, solùm ad æternam Filij generationem confluere necessitatem incommutabilitatis, & voluntatis communicabilitatem. Et hæc de tertia, & ultimâ distinctionis parte dicta sint satis.

Q VÆ S T I O N E S.

25. **VÆST.** 1. An in Deo sit voluntas per modum actus primi, & secundi? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 19. art. 1. & in 1. dist. 45. q. 1. art. 1. Godoy tom. 2. 1. p. tract. 6. disp. 40. §. 1. & disp. 47. à p. 393. Gonetus tom. 1. tract. 4. disp. 1. art. 1. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 3. cap. 1. specul. 1. Ferre tom. 2. tract. 9. de Volunt. q. 2. Araúxo de Volunt. q. 19. art. 1. dub. 2. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 6. dub. 1. Lumbier de Volunt. q. 2. art. 1. & 2. Biescas tom. 2. q. 19. art. 1. dub. 2. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 19. disp. 4. art. 2. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 8. art. 1. dub. 3.

26. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. q. 2. §. Ostensio, nu. 30. Merinerus tom. 1. disp. 1. q. 2. Briceñus tom. 2. Controv. 11. art. 1. Felix de Volunt. cap. 1. diff. 1. Carriere tract. de Deo Vno, q. 23. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 3. q. 1. Boyvin tom. 1. cap. 3. disp. 5. q. 1. Sannig tom. 1. tract. 2. q. 1. Berulle tom. 1. disp. 16. q. 1. Durand tom. 1. tract. de Volunt. disp. 1. q. 1.

27. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect. 16. & lib. 3. de Attrib. cap. 6. Arriaga 1. p. disp. 15. sect. 3. Ribaden. de Volunt. disp. 7. cap. 1. Thyrſus tom. 1. tract. 1. disp. 3. sect. 1. Munieſſa de Attrib. disp. 4. sect. 2. 3. & ſeqq. Borrull de Volunt. disp. 1. sect. 1. & 2. Herrera de Volunt. q. 2. sect. 2. & 3. Carleton tom. 1. disp. 26. sect. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 45. art. 1. q. 1. Blasco tom. 2. dist. 106. q. 1. art. 2.

28. QVÆST. 2. An poſit Deus aliquid de novo decernere; ſive an voluntas, aut ſcientia divina fit immutabilis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 14. art. 15. & q. 19. art. 7. & q. 2. de Verit. art. 13. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 53. à p. 510. Gonetus tom. 1. disp. 3. de Volunt. art. 5. Contenson tom. 1. lib. 2. diſſert. 1. cap. 1. ſpecul. 3. Lumbier de Volunt. q. 7. art. 1. Biescas tom. 1. q. 9. art. 1. dub. 1. & ſeqq. & tom. 2. q. 14. art. 15. dub. 1. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 7. art. 15. & tract. 8. art. 7.

29. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 45. q. vnic. Perez Lopez in 1. dist. 4. q. 7. Maſtrius in 1. disp. 2. q. 4. art. 1. Hernandez in 1. tract. 5. de Volunt. disp. 5. sect. 4. Fratiſen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 5. q. 1. Felix de Volunt. cap. 1. diff. 4. Durand tom. 1. de Deo Vno, disp. 4. q. 6. Boyvin tom. 1. cap. 3. disp. 5. q. 11. Vulpes tom. 2. disp. 33. art. 5. Smiling de Deo Vno, tract. 3. disp. 5. q. 2. Carriere tract. de Volunt. q. 23. Aquila in 1. dist. 46. q. 1.

30. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect. 9. à num. 5. Quiròs in Ind. q. 19. art. 7. dub. 1. Herrera de Volunt. q. 17. sect. 1. Borrull de Attrib. disp. 11. sect. 1. 2. & 3. Martinon disp. 14. de Deo ſect. 5. Gaspar Hurtad. disp. 21. diff. 3. Thyrſus tom. 1. disp. 28. ſect. 4. Ribaden. de Volunt. disp. 20. cap. 2. Aldrete de Volunt. disp. 13. ſect. 1. Maurus tract. 2. de Deo, q. 19. Beccan. tom. 1. cap. 11. q. 6. & tract. de Scient. q. 16. cap. 10. Aranda lib. 1. de Scient. disp. 5. ſect. 3. Carleton tom. 1. disp. 22. ſect. 15. Rhôdes disp. 4. de Deo, q. 3. ſect. 2. Avendaño tom. 1. ſect. 10. problem. 11. à §. 1. Ex alijs Blasco tom. 2. dist. 112. q. 1. & 2. art. 1.

31. QVÆST. 3. An Deus ſemper neceſſariò amet optimum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 20. art. 4. Ferte tom. 2. tract. 10. de Volunt. q. 1. §. 5. Ioan. à S. Thomâ disp. 4 art. 7. nu. 13. Biescas tom. 2. q. 20. dub. 1. & ſeqq. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 8. art. 2. dub. 1. Lumbier de Volunt. q. vlt. art. 1. Et alij Interpretes.

32. Ex Subtili Scholâ Perez Lopez in 1. dist. 4. q. 4. Hernandez in 1. tract. 5. de Volunt. disp. 4. ſect. 2. Baron tom. 4. tract. de Volunt. apolog. 2. art. 7. Vulpes tom. 2. disp. 35. art. 5. Felix de Volunt. cap. 3. diff. 2.

Herinx tom. 1. tract. de Volunt. disp. 7. q. 1. Berming. de Volunt. q. 19.
art. 3.

33. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. tom. 1. disp. 4. sect. 3. Card. de Lugo disp. 2. de Incarn. sect. 1. nu. 2. Carleton tom. 1. disp. 32. sect. 1. & 2. Fuster de Volunt. disp. 3. cap. 1. Arriaga disp. 27. sect. 2. Franc. de Lugo 1. p. disp. 35. cap. 2. Ribaden. disp. 14. cap. 2. Borrull de Volunt. disp. 6. sect. 1. Herrera de Volunt. q. 9. sect. 2. & 3. Avendañus tom. 1. sect. 10. problem. 9. à §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 1. art. 2. q. 1. ad 4. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 16. q. 20.

34. QVÆST. 4. An, & quomodo essentia divina à voluntate, alijſque attributis distinguatur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 2. art. 3. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 5. §. 2. à p. 237. & tom. 2. disp. 48. à num. 107. Genetus tom. 1. tract. 1. disp. 3. art. 2. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 5. §. 1. & 2. Lumbier de Attrib. disp. 14. art. 1. & q. 15. art. 2. Et omnes alij Authores relati dist. 2. quæſt. 4.

35. Ex Subili Scholâ Scotus in 1. dist. 8. q. 4. & Collat. 22. Maſtrius in 1. disp. 2. q. 2. art. 1. Frassen in 1. disp. 2. de Attrib. art. 2. q. 1. & 2. Rada in 1. Controv. 4. art. 1. Briceño tom. 1. Controv. 1. art. 4. Carriere tract. de Deo Vno, q. 6. Smising tract. 3. de Deo Vno, disp. 2. q. 1. Vulpes tom. 1. disp. 6. art. 7. & disp. 8. art. 5. Baron tom. 4. tract. de Attrib. apolog. 6. act. 2. 3. & 4.

36. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Trinit. cap. 5 & 7. Vvading. disp. 7. de Incarn. dub. 4. Muniesſa de Attrib. disp. 7 sect. 5. Quiròs disp. 14. & 15. Carleton tom. 1. disp. 5. sect. 6. & 7. Mart. Perez de Trinit. disp. 8. sect. 1. & 2. Borrull de Attrib. disp. 7. sect. 1. Rhodès disp. 1. de Deo, q. 3. sect. 2. Avendaño tom. 1. sect. 2. problem. 5. diff. 1. Et adducti dist. 2. quæſt. 4.

37. QVÆST. 5. An Pater genuerit Filium voluntate? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 6. q. 1. art. 2. Salmant. tom. 2. q. 41. art. 3. p. 702. Et omnes eius Commentatores, Authoresque allegati pro quæſtione sextâ distinctionis secundæ.

38. Ex Subili Scholâ Scotus in 1. dist. 6. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 6. sect. 3. Poncios in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. 1. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 3. q. 4. Lychetus in 1. dist. 6. q. 6. Rada tom. 1. Controv. 12. art. 4. Faber in 1. dist. 6. q. 34. Felix de Trinit. cap. 5. diff. 2. Merinerus tom. 1. disp. 4. q. 2.

39. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 6. de Trinit. cap. 3. Carleton de Trinit. disp. 59. sect. 2. Et relati pro q. 6. dist. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 6. art. 1. q. 2. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 9. q. 6. Forestus fol. 551.

DE PROPRIETATE POTENTIÆ GENERANTIS.

DISTINCTIONIS SEPTIMÆ Synopsis.

*Patri eadem & gnato divina potentia , gigni
Quà potuit soboles, & generare parens.*

Sic incipit: *Hic solet quæri à quibusdam, &c.*

Sic terminat: *Et Filium genitum esse.*

1. **C**ONNECTITVR hæc septima distinctione cum superiori. In illâ ostendit Magister Patrem generasse Filium , non tamen necessitate, aut voluntate; sed in præsenti inquirit, an generandi potentia itâ sit in personâ Filij, ac est in personâ Patris; ergo hæc distinctione cum superiori benè connectitur.

2. Consequentia probatur: priùs est ostendere , debito procedendi servato ordine, Patrem in divinis esse generantem, & Filium genitum, quam inquirere, an generandi potentia , itâ sit in personâ Filij, ac est in personâ Patris; sed in superiori distinctione statuit Magister, Patrem in divinis esse generantem, & Filium genitum, eò quòd ipsum generet, non necessitate, aut voluntate: ergo in præsenti inquirere , an hæc generandi potentia itâ sit in personâ Filij, ac est in personâ Patris, rectam utique censetur servare methodum.

3. Dividitur hæc præsens distinctione in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister determinat, an potentia generandi sit in Filio. In secundâ verò ostendit, quòd non generare, non sit impotentia in ipso Filio. In tertîâ autem, & vltimâ parte declarat, qualiter eadem sit potentia, quâ Pater potest generare, & quâ Filius potest generari.

4. PRO PRIMÆ distinctionis partis clarâ ostensione, hæc ponitur thesis: *Patrem posse, aut velle Filium generare, non est simpliciter aliquid, sed ad aliquid.* Quam quidem conclusionem vt Magister probet, inquirit: An Pater potuit, & voluit Filium generare? Si potuit, & voluit Filium generare : ergo Pater voluit, & potuit aliquid, quod non potuit,
nec

64 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

nec voluit Filius; sed hoc implicat, alioquin potentia æquales non forent: ergo oportet etiām Filium posse, & velle generare, quod est inconveniens; aut dicere, Filium esse impotentem, quod simpliciter repugnat.

5. Cui difficultati hunc in modum satisfacit Magister, dicens, dato etiām quod Pater posset generare, & non Filius, adhuc non sequeretur, Patrem aliquid posse, & velle, quod non posset, & velet Filius; quia posse, & velle Patrem generare, non est propriè aliquid, sive absolutum, sed ad aliquid: ergo Filium non posse, & non velle generare, nullam in ipso arguit impotentiam.

6. Pro cuius argumenti evidentiâ supponendum est, quod in divinis, ultra essentiam & relationem, nihil aliud commendatur: ergo quicquid convenit Deo, necessariò convenit ipsi, vel ratione essentiæ, vel ratione relationis. Si ratione essentiæ, tunc est commune tribus personis. Si ratione relationis, tunc non est commune tribus personis: Cum ergo posse generare non sit aliquid in divinis, idest, aliquid spectans ad essentiam, sed potius ad aliquid, hoc est, pertinens ad relationem, scilicet ad paternitatem, non officit quod non conveniat Filio; & quidem, cum proprietas illa Patris non spectet ad Filium.

7. Modò evidens conficitur conclusionis probatio: Si Patrem posse, & velle Filium generare, & è contrà Filium nec velle, nec posse generare, foret simpliciter aliquid, & non ad aliquid, posse & velle generare potius essentiæ divinæ, quam relationi aptaretur; sed velle & posse generare non aptatur divinæ essentiæ, sed relationi; alioquin Filius, & Spiritus Sanctus æquè, & perfectè generarent, ac Pater: ergo Patrem posse, & velle generare Filium, non est simpliciter aliquid, sed ad aliquid.

8. Oppones: Pater non potest, neque vult aliquid, quod non possit, aut velet Filius; sed Filius non potest, neque vult generare: ergo nec Pater potest, nec vult generare Filium. Minor probatur: Filius non potest, neque vult generare Patrem, quia Pater est ingenitus; neque Spiritum Sanctum, cum non sit natus, nec Filius; neque seipsum, eò quod nulla res seipsum dignat; neque aliam personam, quia nulla alia semper fuit: ergo Filius non potest, nec vult generare; & consequenter Pater, cum non possit, & velet aliquid, quod Filius non velit, & possit.

9. Sic tamen instantiam vrges: Pater non potest, neque vult aliquid, quod non possit, neque velet Filius; sed Pater potest, & vult esse Pater: ergo Filius potest, & vult esse Pater? Reverā non sequitur: ergo aliquid potest, & vult Pater, quod non potest, neque vult Filius.

10. Respondet insuper Magister, quod posse, & velle generare non est aliquid absolutum, sed relativum, idèque Filio non convenit, quāvis posse, & velle absolutum nō possit convenire Patri, quin etiam Filio conveniat. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

11. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hoc proponitur assertum : *Filium non posse, nec velle generare, non ad impotentiam, sed potius ad conditionis proprietatem debemus sibi imputare.* Quod primò probat autoritate Divi Augustini lib. 3. cap. 12. contra Maximinum dicentis: *Quod Filius potuit generare, sed non oportuit ipsum generare, eo quod tunc immoderata esset divina generatio, si Filius genitus generaret Patri nepotem.*

12. Vndè sic Augustini eloquia expendit Magister. Non enim non potuit, sed non oportuit, idest, non conveniebat proprietati eius, quā est Filius, & non Pater, vt generaret, quia statim deficeret proprietas eius: ergo Filium non posse, nec velle generare, non ad impotentiam, sed potius ad ipsius proprietatem referre debemus. Et ratio est; quia Patrem posse, aut velle Filium generare, non est simpliciter aliquid, sed ad aliquid, sive non congruit divinæ essentiæ, sed relationi, vt suprà dicebamus: ergo.

13. Secundò probat ratione: *Quod Pater non possit esse Filius in divinis nullam impotentiam arguit: ergo nec quod Filius non possit esse Pater: ergo Filium non posse, nec velle generare, non arguit impotentiam.* Consequentia probatur: idem est in divinis Filium posse esse Patrem, ac Filium posse generare; sicut Patrem generare, & esse Patrem; sed Filium non posse esse Patrem nullam probat impotentiam: ergo nec Filium non posse, aut velle generare, aliquam non debet impotentiam arguere.

14. Confirmatur ex Divi Augustini authoritate nupèr adducta: In divinis posse & esse pro eodem usurpantur, eò quod in Deo nihil sit in potentia, sed omnia actū existant: ergo si Filius posset, aut vellet generare, idem foret in ipso posse, aut velle gignere, quām actū gignere: ergo generatio hæc inordinata, & superflua foret, generaretque Filius genitus Patri nepotem, & sic in infinitum, quod irrisoriam sanè redideret aeternam generationem.

15. Demùm probatur assumptum: Dùm aliqua necessariò distinguuntur, quod essentialiter convenit vni, impossibile est inquam convenire alteri; sed Pater & Filius necessariò personaliter distinguuntur: ergo cùm generare propriè conveniat Patri, impossibile est quod conveniat Filio. Maior est certa; nàm si Petrus & Paulus necessariò differ-

66 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

rent in albedine, & hæc conveniret Petro, impossibile foret quod Paulo conveniret. Minor est de fide: ergo Filium non posse, neque velle generare, rectè ex hoc infertur discurrus.

16. Sed argues ex Maximino Arrianorum Episcopo affirmante in littera, Patrem potentiorum esse Filio, hoc fultus argumento: Pater genuit Filium Deum, Creatorem Cœli, & terræ; sed Filius non potuit gignere: igitur potentior est Pater Filio.

17. Respondet Augustinus ostendens Patrem non esse potentiorum Filio; quia Filius potest generare, sed non oportuit; ac si diceret: Filium non posse generare, non oriri ex imperfectione, & limitatione essendi, quæ denotat imperfectionem; sed ex proprietate personali Filii, cum quā idem est non oportere, ac non posse generare: sicut Deus Filius non est Deus Pater; nec tamen hoc ex imperfectione sui est: Nam Pater similiter non est Filius; & hoc in Patre nullam probat potentiam; quia Pater proprietate generationis est Pater, quā oportet eum non esse Filium; & Filius proprietate nascibilitatis est Filius, quā oportet eum non esse Patrem. Et hæc de secundâ parte sufficiant.

18. PRO TERTIÆ, & ultimæ distinctionis partis expositione, en theorema: Vnam & eandem, aqualemque potentiam generandi esse in Patre & Filio, affirmare possumus. Cuius probabilitatem suadere tentat Magister, inquirendo: An potentia generandi in Patre sit aliqua potentia in Filio?

19. Et respondet, vnam eandemque esse potentiam, quā Pater potest generare, & Filius potest generari. Patet primò; nam in Patre & Filio non nisi vna sapientia, natura, & potentia est: ergo vna & eadem est potentia, quā Pater potest generare Filium, & quā Filius potest generari à Patre. Antecedens continetur in Symbolo Athanasij. Consequentia infertur: ergo.

20. Secundò, quia potentia generandi, ut nonnulli sustinent, referatur ad naturam divinam, sed vna & eadem natura divina est in Patre & Filio: ergo in utroque vna & eadem est generandi potentia; sed in Patre est illa, quā potest generare Filium: ergo & in Filio erit ea, quā potest generari à Patre.

21. Sed dices: potentia generandi non tantum dicit naturam, sed etiam proprietatem sive relationem: ergo quanvis referendo potentiam generandi ad divinam naturam, vna & eadem sit in utroque generandi potentia; tamen illam ad proprietatem ordinando, non est eadem potentia generandi in Filio & Patre.

22. Consequentia probatur: ordinando potentiam generandi ad rela-

relationem, aliud est posse generare, & posse generari, cum paternitas & filiatio non sint idem: ergo cum paternitas dicat posse generare, & filiatio posse generari, si potentia generandi ordinatur ad proprietatem, non erit vna & eadem potentia generandi in utroque.

23. Respondet Magister concedendo totum assumptum, si generandi potentia referatur ad proprietatem, quia sic aliud est posse generare, & posse generari, cum in distinctis sunderetur proprietatibus sive relationibus, quippe paternitate & filiatione; secus si ad divinam naturam ordinetur, eo quod vna & eadem sit in utroque natura; & consequenter generandi potentia. Sub hoc enim genuino sensu theorema Magistri proponitur, & propugnatur.

24. Instabis primo: vna & eadem, aequalisque potentia generandi est in Patre & Filio; sed Pater generat: ergo & Filius generat, cum suppar sit utrobique ratio.

25. Respondetur negando consequentiam; quia licet vna & eadem, aequalisque sit generandi potentia, abstrahens activam, & passivam in Patre & Filio, eo quod eadem sit in utroque natura; nihilominus non est eadem ratione proprietatis personalis, quia in Filio non exercet natura generationem activam, sed tantum passivam; in Patre est contra; sive natura in Patre est determinata ad generandum, in Filio vero ad generari, ut diximus supra.

26. Vrges secundo: plus ordinatur generare ad generandi potentiam, quam ad potentiam spirandi; sed Pater generans Filium communicat ipsi potentiam spirandi: ergo potiori iure debet illi potentiam generandi communicare; sed Pater hanc generandi potentiam exercet: ergo & Filius.

27. Respondet Divus Bonaventura negando primam, & ultimam consequentiam. Nam Pater ideo communicat Filio potentiam spirativam, & non generativam, quia cum Filius generetur, non potest habere primitatem respectu generationis; at cum non spiretur, est inspirabilis, & idcirco potuit habere primitatem, & fecunditatem respectu illius: ergo stat bene, Patrem communicare Filio potentiam spirativam, & non generativam.

28. Replicabis tertio: in generatione carnali Pater non dicitur perfectum filium generare, nisi communicet ipsi potentiam generandi: ergo pari ratione, immo urgentiori in divinis non erit Filius perfectus, nisi habeat potentiam ad id, quod Pater potest: ergo ad generandum.

29. Respondetur negando consequentiam; quia non est simile in his generationibus, aeternâ quippe, & creatâ. Et quidem, quia natura

in generatione carnali non perfectè se multiplicat in primo filio, ideòque vt in pluribus efficiat, quod non potest in vno, communicat filio generandi potentiam; secùs in generatione aternâ, vbi Pater perfectissimum generat Filium, communicatque ei totum suum esse, sive perfectè se multiplicat in illo, quin præstet ipsi generandi potentiam; alioqui non infinitè perfectum generaret Filium, vt expendimus de generatione carnali. Et hæc de tertiat, & ultimâ parte huius distinctionis dicta sint satis.

QVÆSTIONES.

30. **Q**VÆST. 1. An personæ divinæ constituantur formaliter relationibus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 26. q. 2. art. 2. & q. 8. de Potent. art. 3. & 1. p. q. 40. art. 2. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 96. à p. 541. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 11. art. 2. Araúxo hic art. 2. dub. 1. & 2. Ioan. à S. Thomâ disp. 16. art. 1. Salmant. disp. 18. q. 40. dub. 1. & seqq. Lumbier de Trinit. q. 9. art. 3. Ferre de Trinit. q. 17. à §. 1. & seqq. Carrasco 3. p. de Trinit. dub. 5. resol. vnic. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 11.

31. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 26. q. vnic. & Collat. 25. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 5. sett. 5. Macedo in 1. Collat. 7. diff. 4. sett. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 5. & in Comment. tom. 1. dist. 26. q. vnic. Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 1. q. 2. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 60. art. vlt. & disp. 64. art. 3. & 4. Lychetus in 1. dist. 26. q. vnic. Smising. de Deo Trino, disp. 2. q. 1. & 2. Felix de Trinit. cap. 4. diff. 8. dub. 1. & 2. Merlin. tom. 1. disp. 3. q. 6. sett. 1. & 2.

32. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 5. de Trinit. cap. 3. & lib. 7. cap. 3. 4. & 5. Amicus tom. 1. disp. 20. sett. 1. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 3. q. 12. Herrera de Trinit. q. 6. sett. 2. & 3. Mart. Perez de Trinit. disp. 9. sett. 2. & 3. Borrull de Trinit. disp. 14. sett. 4. Carleton tom. 1. disp. 58. art. 2. & 3. Maurus de Trinit. tract. 7. q. 99. Rhodès disp. 6. de Deo, q. 2. sett. 7. §. 3. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 26. art. 1. q. 1. 2. & 3. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 12. q. 1. Caspenf. disp. 4. sett. 2. Coriolan. q. 40. art. 3. Baud. q. 40. Morand. q. 32. Fulienf. lib. 2. cap. 3. resol. 5.

33. **Q**VÆST. 2. An relationes divinæ formaliter important perfectionem? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 42. art. 4. ad 2. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 78. à p. 161. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 3. art. 5. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 28. disp. 13. art. 3. nu. 8. Salmant. tom. 2. disp. 6. q. 28. dub. 1. Lumbier de Trinit. q. 8. art. 4. Lezana tract. 5. disp. 2. q. 4. Carrasco 3. p. de Trinit. dub. 2. resol. 1. & 2. Contenson tom. 2.

dissert. 2. cap. 2. specul. 3. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 2. dub. 4.

34. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 19. q. 1. & quodlib. 5. p. 117. Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 5. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 4. sect. 5. Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 2. q. 3. Mastrius tom. 1. disp. 7. q. 1. Brancat. tom. 2. lib. 2. disp. 2. q. 6. Macedus in 1. collat. 8. diff. 1. sect. 1. Poncii in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 6. Scherius de Deo, disp. 4. sect. 4. q. 4. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 58. art. 9. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 2. q. 7. Herinx tom. 1. tract. de Trinit. disp. 1. q. 6. Merin. tom. 1. disp. 2. q. 7. Felix de Trinit. cap. 3. diff. 7. Rada tom. 1. Controv. 27. art. 1.

35. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 3. de Trinit. cap. 9. & 10. Amicus disp. 19. sect. 8. Montoya disp. 29. & 30. Arriaga disp. 49. sect. 2. Muniesha de Attrib. disp. 3. sect. 3. & 4. Mart. Perez de Trinit. disp. 6. sect. 8. & 9. Borrull de Attrib. disp. 12. sect. 1. & disp. 12. de Trinit. sect. 9. Herrera de Trinit. q. 9. sect. 3. Carleton tom. 1. disp. 55. sect. 1. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 2. q. 6. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 107. Rhodès disp. 6. de Deo, q. 2. sect. 6.

36. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 2. art. 1. q. 3. Ferchius de Ang. tom. 1. q. 8. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 3. q. 20. Calpens. de Trinit. disp. 2. sect. 4. Baudunius q. 28. art. 1. Forestus disp. 4. fol. 124. Petrus à S. Joseph Idea Theolog. lib. 2. cap. 2. resol. 5.

37. QVÆST. 3. An in divinis verè, & realiter sint processiones? De quo, distinctione 4. quast. 1.

38. QVÆST. 4. An divinæ processiones valeant esse plusquam duæ? De quo, distinctione 4. quast. 2.

39. QVÆST. 5. An in divinis soli Filio competit esse Verbum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 27. q. 2. art. 2. & 1. p. q. 34. art. 2. Godò 1. p. tom. 3. disp. 88. à p. 415. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 9. art. 4. digres. vnic. Salmant. tom. 2. tract. 6. q. 34. art. 2. Contentor tom. 2. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 12. §. 1. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 2.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 27. q. 2. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 7. sect. 1. & 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 2. q. 1. Poncii in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. 2. Herrera in 1. disp. 10. q. 8. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 6. art. 1. Smiling de Deo Trino, disp. 2. q. 7. Felix de Trinit. cap. 6. diff. 1. Merin. tom. 1. disp. 5. q. 1. sect. 3. Berulle tom. 2. p. 2. disp. 2. q. 1. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 66. art. 1.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 9. de Trinit. cap. 2. Amicus tom. 1. disp.

disp. 26. sect. 1. Borrull de Trinit. disp. 16. sect. 2. Mart. Perez disp. 14.
sect. 1. & 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 28. q. 1. art. 1. Gaudent.
tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 9. q. 4. Abelly de Deo, tract. 3. cap. 2. sect. 4.

42. QVÆST. 6. An in Deo sit Omnipotentia, &c quomodo constiuatur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 42. q. 1. art. 1. &
1. p. q. 25. art. 3. & q. 1. de Potent. art. 6. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 32.
§. 1. & seqq. & tom. 2. disp. 49. à nu. 80. & tom. 3. disp. 90. à num. 25.
Ferre tom. 2. tract. 13. de Potent. q. 2. à §. 1. Contenson tom. 1. lib. 2.
dissert. 5. cap. 2. specul. 1. Lumbier de Attrib. disp. 16. art. 2. Biescas
tom. 2. q. 25. art. 3. dub. 1. & seqq.

43. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 42. q. vnic. Hernandez in 1.
tract. 1. de Attrib. disp. 6. sect. 1. Poncirus in Curs. Theolog. disp. 8. de
Potent. Dei, q. vnic. Carrriere tract. de Omnip. q. 2. Simising tract. 3. de
Deo Vno, disp. 7. q. 4. Vulpes tom. 2. disp. 42. art. 6. & 7. Baron tom. 4.
tract. de Potent. apolog. vlt. act. 1. Berulle tom. 1. disp. 22. q. 1. Aquila
in 1. dist. 42. q. 2. Giner in 1. dist. 42. art. 1. Berming. q. 25. art. 1. & 2.

44. Ex Scholâ Eximia Suarez 1. p. lib. 3. de Attrib. cap. 9. Mu-
niesla de Attrib. disp. 9. sect. 1. Borrull de Attrib. disp. 8. sect. 7. Beccan.
tom. 1. cap. 17. q. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 42. q. 1. art. 1.
Gaudent. tom. 1. tract. 1. de Deo Vno, disp. 24. q. 5. Blasco tom. 1. dist.
92. q. 5. art. 1.

45. QVÆST. 7. An in Patre sit potentia productiva ad intra? De
quo, distinctione 5. quast. 7.

DE VERITATE, IMMUTABILITATE, ET SIMPLICITATE ESSENTIAE.

DISTINCTIONIS OCTAVÆ Synopsis.

*Est solus verè Deus immutabilis, arque
Simplex, est solus, scilicet esse suum.*

Sic incipit: *Nunc de veritate, sive proprietate, &c.*
Sic terminat: *Affignavimus.*

1. **C**ONNECTITVR hæc octava distinctio cum superiori. In illâ
ostendit Magister quid tenendum sit de veritate generantis;
sed

sed in præsenti agit de naturâ communicata per actum generationis: ergo hæc distinctio consonat superiori.

2. Consequens probatur: prius est statuere, quænam ex divinis personis sit verè generans, quænam agere de termino communicato per actum generationis; & quidem, cùm termini communicatio per generationem supponat personam verè generantem; sed in superiori distinctione ostendit Magister quid sit tenendum de veritate generantis; & in præsenti differit de termino communicato per actum generationis, nempe naturâ divinâ: ergo rectum inter se ordinem servant.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit veritatem essentiaz divinaz. In secundâ vero ipsius immutabilitatem declarat. In tertiat tandem eius simplicitatem expedit.

4. PRO PRIMÆ igitur distinctionis partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Solus Deus propriè habet veritatem essentiaz, sine alicuius non actualitatis admixtione.* Quæ quidem conclusio hunc in modum suadetur: Illud cuius esse semper est esse, idest aternaliter, & quod sit sine præteritione, & futuritione, habet propriè essentiaz veritatem sine alicuius non actualitatis admixtione; sed solius Dei esse est semper esse, & quod sit sine præteritione, & futuritione: ergo solus Deus propriè habet veritatem essentiaz, sine alicuius non actualitatis admixtione.

5. Maior ex terminis claret. Minorem quoad primam partem sic probat Magister in litterâ: sicut enim ab eo quod est sapere dicitur sapientia, & ab eo quod est scire dicitur scientia; ita ab eo quod est esse dicitur essentia, sive à verbo *essendi*, nomen proprium sibi arrogat essentia; sed nulli rei cum maiori proprietate, ac veritate convenit esse, quæ Deo, eò quod semper, sive aternaliter sit: ergo solius Dei esse est semper esse, sive solum Deum propriè habere veritatem essentiaz aperi-
tissimè convincitur. Minor constat ex verbis Domini Dei ad Moysen, Exod. cap. 3. *Ego sum, qui sum*, quasi comparatione Dei creaturæ non sint ergo nulli rei cum maiori proprietate, ac veritate convenit esse, sive veritatem essentiaz habere, quæ Deo.

6. Minorem quoad secundam partem, nempe quod esse Dei sit experts præteritionis, & futuritionis similiter probat Magister: Illud quod semper fuit, est, & erit in aeternum, non novit præteritum, neque futurum, hoc est, nec coepit, nec desistit, nec desinet esse; sed solus Deus semper fuit, est, & erit in aeternum, sive nec coepit, nec desistit, nec desinet esse, alias Deus non foret: ergo esse Dei, sive eius essentia non novit præteritum, neque futurum.

7. Modò in probationis subsidium accedit Divi Hieronymi ad Damasum egregium testimonium iam in textu productum: *Deus solus exordium non habet, veræ essentiæ nomen tenet, qui non novit fuisse, vel futurum esse. Solus ergò Deus verè est, cuius essentiæ comparatum esse non est.* Ergo filius Dei est proprium habere veritatem essentiæ, sine aliquo non actualitatis admixione.

8. Sed oppones: Magister in primæ partis conclusionis probatione male vtitur terminis: ergo. Antecedens probatur, sicut albedo se habet ad album, ita sapientia ad sapere; sed albedo non dicitur ab albo, imponitus album ab albedine: ergo sapientia non dicitur à sapere, sed è contrà sapere à sapientiâ; sed Magister ait in textu, quod ab eo quod est sapere dicitur sapientia, & ab eo quod est scire dicitur scientia: ergo terminis abutitur.

9. Respondetur ex Seraphico Doctore hic, Magistrum loquutum fuisse in sensu grammaticalí, non verò in dialectico sensu; ideoque procedit ab abstracto ad concretum, dicens quod sapientia dicitur à sapere, & scientia à scire: At Logicus è contrà procedit à concreto ad abstractum, v.g. sapere dicitur à sapientiâ, scire à scientiâ, album ab albedine; ideoquè male non vtitur terminis, cum in hoc Magister non alloquatur sensu.

10. Oppones iterum: passim in Scripturis de Deo dicitur, fuit ab æterno, fuit semper, & erit in sæcula, & huiusmodi; sed hæc verba sonare videntur, Deum novisse præteritum, & futurum: ergo. Minor probatur: dum de Deo dicitur, *fuit*, putatur quod desierit esse; dum verò dicitur, *erit*, existimatur non esse modò; sed fuit & erit denotant præteritum, & futurum: ergo verba Sacræ Paginæ satis indicant, Deum novisse præteritum, & futurum.

11. Respondetur ex Magistro negando minorem, & eius probationem. Nam hæc & similia Scripturæ verba in debito sunt capienda sensu, nempe de fuisse, & fore extrinseco per comparationem ad nostra tempora præterita, & futura; non verò de fuisse, & fore intrinseco per comparationem ad durationem intrinsecam æternitatis divinæ, quæ absque motu intrinseco, & successivo constituit Deum semper præsentem.

12. Vnde, cum de re sempiternâ, sive Deo propriè dicatur *est*, secundum dum nos bene dicitur fuit, & erit. *Fuit*, quia nunquam desijt. *Erit*, quia nunquam deerit. *Est*, quia semper est. Cum ergò nostra loquutio per tempora varietur, de Deo verè dicuntur verba cuiuslibet temporis, qui nullâ temporis differentiâ desuit, deest, vel deerit. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

13. PRO SECUNDÆ verò partis expositione, hoc proponitur lemma: *Solus Deus habet æternæ permanentiæ stabilitatem sine vllâ mutatione.* Quod sic suadetur: Illud cuius esse est suum esse, & quod impossibile est ipsum mutari, habet stabilitatem æternæ permanentiæ sine vllâ mutatione; sed esse solius Dei est suum esse, & impossibile est ipsum mutari: ergo solus Deus habet æternæ permanentiæ stabilitatem sine vllâ mutatione.

14. Maior ab omnibus pro comperto habetur. Minorem in textu probat Magister, dicens, *essa Dei omnino esse immutabile*, quod tripliciter ostendit. Primo: *esse divinum est esse verissimum*; sed si posset mutari, verissimum non foret: ergo esse Dei omnino est immutabile. Minor probatur: *quod mutari potest, potest non esse quod fuerat*; sed quod potest non esse quod fuerat, non servat ipsum verum esse: ergo si Deus posset mutari, eius esse verissimum non foret: ergo cum Deus sit ens verissimum, ipsius esse est esse immutabile.

15. Secundò: omnis mutatio rerum contingit per accidentia; sed in Deo nulla sunt accidentia: ergo Deus mutationi non subest. Maior claret in creaturis, quæ passim mutantur loco, tempore, peccato, affectu, cognitione, aliquique accidentibus. Minor similiter constat; nam solum id accidentibus succumbit, quod de novo aliquid acquirit, sive iam acceptum dimittit; sed Deus omnis accidentis est expers, cum nihil in tempore accipiat, nec dimittat: ergo cum divinum esse nunquam mutationi obnoxium fuerit, omnino immutabile erit.

16. Tertiò probat pluribus testimonij tum Sacra Pagina, tum Sanctorum Patrum, quæ ad longum recenset in textu. Satis sint nobis duo modò in Conclusionis tutelam propallare. Primum ex Apost. i. ad Timotheum cap. 6. *Qui solus habet immortalitatem.* Vbi Augustinus lib. i. de Trinit. hæc verba expendens, ait: *Quæ vera immortalitas, nisi cui convenit immutabilitas?* Ergo esse divinum omnino est imminutabile.

17. Secundum desumitur ex Epist. D. Iacobi cap. i. *Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Et ex Psalmo. 101. *Mutabis eos, & mutabuntur; tu autem idem ipse es, & anni tuæ non deficiunt.* Cui consonat Augustini eloquium lib. 8. sup. Genes. cap. 20. *Deus nec per loca, nec per tempora movetur; creatura vero per loca, & tempora.* Et per tempora moveri, est per affectiones commutari: Deus autem nec loco, nec affectione mutari potest, qui per Prophetam ait: *Ego Deus, & non mutor.* Ergo solus Deus habet æternæ permanentiæ stabilitatem sine vllâ mutatione.

18. Sed dices: *omne quod nunc est, & prius non fuit, mutationi*

Subest; sed Filius Dei est homo, qui ab æterno homo non fuit: ergo est mutationi subiectus.

19. Respondeatur, quod homo prædicatur de Filio Dei, non per in-hærentiam, sive quasi aliquid de novo recipiens, sed per vnoneam, quæ cùm sit relatio, advenit sine mutatione. Hic enim discursus non tenet: Deus incipit esse homo: ergo incipit esse. Sicut nec iste: Deus desinit esse homo: ergo desinit esse; quia cùm Deus sit ens necessè esse à se, per nullam valet suppositionem suum esse variari.

20. Instabis: quicunque de non agente fit agens, mutatur mutatione, quæ est ab otio in actum; sed Deus de non creante fit creans: ergo est mutatus.

21. Respondeat D. Bonaventura negando maiorem, & consequentiam; nam Deus de non agente fit agens, non propter mutationem sui, sed propter mutationem effectus producti, quemadmodum Sol de non illuminante fit illuminans; sive denominatio agentis sive creatoris solum in creaturâ, & non in Deo ponit mutationem.

22. Vrges iterum: non quia creatura est, idèò Deus creat; sed quia Deus creat, creatura fit: ergo prius est Deum agere, quam creaturam fieri: ergo cùm posterius nunquam sit causa prioris, non quia creatura fit de non ente ens, Deus fit de non creante creans, sed è contrâ: e go denominatio agentis potius in creante, quam in creaturâ mutationem arguit.

23. Respondeatur ex eodem Doctore, instantiam solum tenere respectu agentis, cuius actio est distincta ab ipso agente; quia tale agens nunquam fit agens de non agente, quin mutetur, eo quod novum quid ipsi adveniat: At agens quod secundum identificat actionem, nequem Deus, agit seipso, fitque de non agente agens, quia nihil novum sibi accidit, idèò non mutatur.

24. Replicabis: Deus aliquid vult, quod prius non voluit, quia ex tempore voluit creare, quod non voluit ab æterno; sed qui vult aliquid, quod prius non voluit, mutatur: ergo.

25. Respondeatur iuxta doctrinam iam datam; Deum ab æterno voluisse creare mundum, non prout ab æterno, sed pro tempore, & instanti illo in quo vult agere: ergo non vult aliquid ex tempore, quod ab æterno non voluit. Et patet dum dicitur: Volo cras audire sacram, vbi voluntas non copularit actui, nisi pro tempore christino. Et hæc de secunda distinctionis parte sufficient.

26. PRO TERTIÆ, & ultimæ distinctionis declaracione partis, hæc adducitur thesis: Solus Deus habet simplicitatem essentiae sine cuiuscunq;

que multiplicitatis compositione. Quæ sic summatum probatur: quod materiae, & formæ, accidentis, & subiecti, partium integralium, cuiuscunque etiam alterius compositionis excogitabilis generis eliminat compositionem, habet reverâ simplicitatem essentiaæ sine multiplicitatis compositione; sed solus Deus cunctam compositionem materiae, & formæ, accidentis, & subiecti, partium integralium, &c. eliminat: ergo solus Deus habet simplicitatem essentiaæ sine cuiuscunque multiplicitatis compositione.

27. Maior liquet. Minorem ut probet Magister in litterâ, statuit, divinam essentiam verè & propriè simplicissimam esse. Primo auctoritate Divi Augustini lib. 6. de Trinit. cap. 6. afferentis: *Omnem creaturam esse multiplicem, solumque Deum summè simplicem.* Et Hilarij lib. 8. de Trinit. cap. 9. his verbis: *Non humano modo ex compositis Deus est, ut in eo aliud sit quod ab eo habetur, & aliud sit ipse qui habeatur; sed totum una est natura perfecta, & infinita, & non ex disparibus constituta, sed vivens per totum ipsa.* Ergo.

28. Secundò ratione: sola illa natura propriè ac verè simplex est, vbi nec partium, nec accidentium, nec quarumlibet formarum vila est diversitas, sive variatio, vel multitudo; sed huiusmodi est sola natura divina: ergo. Minor probatur: omnis compositionis modò phisica, modò metaphysica, modò logica, sive essentialis, sive accidentalis, aut integrallis, &c. imponit subiecto imperfectionem, eò quod arguat indigentiam, & partium limitationem; sed sola divina natura verè & propriè omnigenæ imperfectionis, indigentiaæ, aut limitationis est expers: ergo sola divina natura verè & propriè simplicissima est.

29. Tertiò idipsum per comparationem ipsius ad multiplicitatem creature spiritualis, & corporeæ probat, & primo de corporali, & postea de spirituali creaturâ: Omnis creatura materialis ex partibus constat, quarum aliqua minor, alia maior est, & totum maius quamlibet parte: similiter in corpore aliud est magnitudo, aliud color, aliud figura, ita ut mutato uno istorum, possint reliqua manere; sed haec omnia verè & propriè variationem, multitudinem, diversitatem, & compositionem probant: ergo nulla corporalis creatura est simplex.

30. Idemtidem de spirituali creaturâ suadetur: nihil enim simplex mutabile est; sed omnis creatura quantumvis spiritualis mutabilis est, alioqui creatura non foret: ergo nulla creatura spiritualis simplex est. Consequentia probatur de Animâ rationali, sive de quâcunque animâ spirituali creaturâ: Anima rationalis licet respectu corporis sit simplex, quia mole non diffunditur per spatium loci, cum sit tota in toto, & to-

ta in qualibet parte corporis, nihilominus verè, & propriè non est simplex: ergo.

31. Antecedens sic probat Magister in litterâ , dūm accidentium diversitatem in Animâ assignat: Quod accidentium sive affectionum est capax, proculdubio verè, & propriè simplex non est ; sed Anima rationalis est capax plurium accidentium, affectionumque: ergo. Minor probatur: in rerum naturâ passim experimur, aliud esse artificiosum, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem; necnon quòd aliud sit cupiditas, aliud timor, aliud lâtitia, aliud tristitia ; sed possunt hæc , & alia inveniri accidentia in Animæ rationalis naturâ , & alia sine alijs, & alia magis, & alia minus: ergo rationalis Anima plurium accidentium, affectionumque est capax: ergo non verè ac propriè est simplex: ergo solus Deus verè & propriè simplicitate pollet sine cuiuscunque multiplicatis compositione.

32. Demùm Magister pro distinctionis calce, quatuor proponit placita. Primum , quòd simplicitati divinæ non officit nominum multiplicitas. Secundum, quòd nullum accidens sit in Deo. Tertium, quòd substantia impropriè dicitur de illo. Quartum verò, & vltimum, quòd pluralitas personarum simplicitatem non arcet à Deo.

33. Primum sic breviter expendit: illa multiplicitas simplicitati nō officit, quæ subiectum non variat ; sed multiplicitas nominum in divinis Deum ipsum non variat: ergo. Minor probatur: omnia nomina, quæ Deo aptantur, vnum & idem significant, quippè vnam eandemque naturam divinam: ergo multiplicitas nominum Deum ipsum non variat; ac proinde simplicitati divinæ præfata non officit multiplicitas.

34. Secundum ostendit Magister discurrendo per singula prædicamenta accidentis : nàm Deus est magnus sine quantitate , bonus sine qualitate, præsidens sine situ, sine habitu omnia continens, sine loco ubique totus , sine tempore sempiternus, sine sui vllâ mutatione mutabilia faciens, nihilque patiens, &c. ergo cùm artis dialecticæ hæc omnia sint accidentium prædicamenta , nullum in Deo possumus accidens capere, quòd simplicitatem à naturâ divinâ arceamus, quæ nullis verè est subiecta accidentibus.

35. Sed dices: à quocunque removetur superius , necessariò debet arceri inferius ; sed à Deo arcetur qualitas , quæ est genus supremum huius prædicamenti: ergo & bonitas, quæ est qualitas contenta sub illâ categoriâ: ergo non bene profertur à Magistro, Deum esse bonum sine qualitate, & magnum sine quantitate.

36. Respondebis cum eodem negando duplē consequentiam;

quia

quia in divinis reperiuntur nomina generum, sed non prout habent rationem generis. Et quidem, cum Deus in nullo sit praedicamento. Vnde est à Deo arceantur nomina novem generum in quantum sunt genera, non verò in quantum sunt nomina. Quamobrem dicimus, Deum esse bonum, magnum, sanctum, &c. sive quod magnitudo significat divinam essentiam per modum quantitatis, bonitas per modum qualitatis, & sic de alijs perfectionibus divinis.

37. Tertium, quod propriè Deo non conveniat ratio substantiarum, eò genere proprietatis, quod convenit creaturis, probat Magister: substantia dicitur à substare accidentibus, sicut essentia ab esse; sed Deus nullis substat accidentibus, quibus substat creatura: ergo Deus propriè non dicitur substantia, eò genere, quod creatura substantia dicitur. Tamen propriè ac verè appellatur *essentia*, sive ut Graci dicunt, *Vita*.

38. Demùm sic quartum placitum Magister detegit: tanta divinæ essentia est simplicitas, quod in eâ non est aliquid, quod non sit ipsa; sed idem est habens, & quod habetur, totumque quod in eo est, unum est: ergo personarum multiplicitas non repugnat simplicitati.

39. Consequentia probatur: personarum distinctio sive multiplicitas non est partium componentium unum tertium, sed proprietatum identificatarum cum tertio; sed solum compositio simplicitati opponitur: ergo multiplicitas personarum divinæ simplicitati non officit.

40. Oppones primò: sicut compositio in creaturâ est causa mutationis; sic simplicitas in Deo est immutabilitatis causa; sed omnis causa est ante effectum: ergo primò debuit Magister agere de proprietate simplicitatis, quam immutabilitatis.

41. Respondeat Magister negando consequentiam. Quia licet simplicitas sit immutabilitatis causa, non debuit prius de illâ agere, quam de istâ. Simplicitas enim est maximè nobis occulta, non tamen immutabilitas; ideoque cum sit necesse à cognitione posterioris in prioris cognitione venire, prius de immutabilitate, quam simplicitate disputat.

42. Oppones secundò: ubi non est maior simplicitas, ibi est aliqua compositionis admixtio; sed in Deo non est maior simplicitas: ergo in Deo aliqua est compositio. Minor probatur: illa est maior simplicitas, ubi est unitas sine pluralitate, quia numerus aliquomodo dicit compositionem respectu cuius unitas est simplex; sed in Deo est unitas cum pluralitate personarum: ergo in Deo non est maior simplicitas; ac proinde erit compositio aliqua.

43. Respondeat negando minorem, & maiorem probationis. Pluralitas enim dupliciter considerari valet. Primò, in quam plus est in duabus,

bus, quam in uno, ut in duobus hominibus plus est de bonitate, quam in uno; & haec pluralitas repugnat simplicitati; quia unitas addit aliquid supra unitatem. Secundò, alia est pluralitas in qua tantum in pluribus est, quantum in uno, & haec vigeret in divinis; quia tantum de esse, bonitate, & virtute est in una persona, quantum in tribus; & ista pluralitas nihil unitati addit; quamobrem nullam omnino ponit compositionem, nec simplicitatem privat. Et haec de tertia, & ultima distinctionis parte satis superque sint dicta.

QVÆSTIONES.

44. **Q**VÆST. 1. An, sine præiudicio divinae simplicitatis possit in Deo admitti aliqua compositione? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q.3. art. 2. & in 1. dist. 8. q.4. art. 1. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 5. à num. 109. & disp. 28. à num. 36. Gonetus tom. 1. tract. 1. disp. 4. art. 1. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 5. dub. 3. §. 10. à num. 103. Lumbier de Attrib. dist. 4. q.6. art. 1. 2. & 3. Contenson tom. 1. lib. 1. dissert. 3. cap. 1. specul. 1. Biescas tom. 1. q.3. art. 5. dub 4. & 5. & art. 7. dub. 1. & 2. Portugal tom. 1. lib. 1. cap. 24. & 25. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 2. q.3. art. 2.

45. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 8. q.1. & lib. Prim. princ. cap. 4. & lib. 12. Metaph. q. 15. Hernand. in 1. tract. 1. de Attrib. disp. 3. sect. 3. Mastrius in 1. disp. 2. q. 8. art. 1. & 2. Macedo in 1. Collat. 5. diff. 4. sect. 1. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 1. q. 1. 2. & 3. Poncius in Curs. Theolog. disp. 3. de Attrib. q. 2. & in Comment. tom. 1. dist. 8. q. 1. Vulpes tom. 1. disp. 6. q. 4. & disp. 14. art. 1. Lychetus in 1. dist. 8. q. 1. Briceño tom. 1. Controv. 1. art. 5. Dutand tom. 1. tract. de Unit. Dei, disp. 4. q. 1.

46. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Attrib. cap. 4. & 5. & disp. 30. Metaph. sect. 4. & 5. Izquierdo disp. 11. de Deo, q. 3. Quirós tom. 1. in Ind. q. 3. art. 7. Muniesa de Attrib. disp. 15. sect. 1. 2. & seqq. Borrull de Attrib. disp. 12. sect. 2. Amicus tom. 1. disp. 5. sect. 1. & 2. Carleton tom. 1. disp. 5. sect. 1. & 2. Maurus tract. 2. de Deo, q. 22. Avendaño tom. 1. problem. 7. §. 1. & seqq. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 8. art. 1. q. 1. & 2. Abelly de Deo, cap. 2. sect. 2. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 3. q. 6. Fuliens. cap. 3. resol. 1. & seqq. Blasco tom. 1. dist. 92. q. 1. art. 1. §. 3.

47. QVÆST. 2. An Deus in aliquo collocetur prædicamento? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 8. q.4. art. 2. & 3. & q.7. de Potent. art. 3. Froylanus in Log. q. 2. art. 3. Ioan. Martinez Prado lib. 2.

q.11. §.1. nu.13. Lerma lib.7. de præd. q.4. Villalpando in Log. cap.5.
q.9. Parra tract.4. de Prædicam. disp.1. dub.4. Araúxo lib. 5. Metaph.
q.2. art.3. Complutens. tom.1. disp.12. q.4. §.1. Biescas tom. 1. q. 3.
art.5. dub.2. & 3. Palanco tom.1. Philos.tract.6.q.3. Ioan. à S. Thomâ
q.15. & 16. Log.

48. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist.8. q.3. Hernandez in Curs.
Philos. tom.2. tract. 4. disp. 1. sect. 2. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib.
art.2. q.1. 2. & 3. Macedo in 1. Collat. 5. diff. 4. sect. 1. Poncios in
Curs. Philos. disp.11. de Prædicam. q.3. Villaverde in log. lib.6. cap.5.
q.4. Merin. de log. cap.4. disp. vnic. Sosa tom.2. dist.8.q.3.art.4. Faber
in Philos. theorem. 96. Relius tom.2. Curs. Philos. lib. 7. q. 6. Berulie
tom.1. disp.8. q.2. Giner in 1. dist.8. q.1. art.5.

49. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect.4. Aldrete de
Scient. disp. 15. sect.7. Curs. Trinitarius tom. 1. tract. 2. disp. 7 q.2.
Rhôdes disp.4. de prædicam. sect.2. §.2. Arriaga disp.3. Metaph. sect.2.
Carleton disp.7. Metaph. disp.6. sect.2. Franc. Alphonsus disp.15. & 16.
Log. Echalaz tract.5. disp.20. de Prædicam. cap.3. Ex alijs D. Bonav.
in 1. dist. 8. art.1. q.4. Gaudent. tract.1. de Deo Vno, disp.3.q.3. Castro
Vetro tract. 5. de Log. q.8. Lalemand. tom. 1. disp. 6. p.12. Morand.
tract.1. q.3. nu.60. Blasco in Curs. lib.5. dist.14. art.3. Torrecilla tom.
1. tract.4. q.2. art.3.

50. QVÆST. 3. An Angelus & Anima rationalis materiâ, & formâ phisicâ phisicè componantur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1.
dist.8. q.5. art.1. & 2. & 1. p. q.50. art.1. & 2. & q. 75. art. 5. &
quodlib. 9. art.6. Gonetus tom.2. tract.7. disp.2. art.1. §. 4. Salmant.
tom.2. tract.7. de Ang. disp.1. dub.1. Ferre tract.16. de Ang. q.1 § 4.
& 6. Labat tom. 2. tract. 3. disp. 1. dub. 1. Ioan. à S. Thomâ tom. 2.
q.51. disp.19. art.2. & q.9. de Anim. art.2. Complutens. disp. 16. de
Anim. q.1. Ioan. de Neapolî q.24. punct.1. & 2. p.209. Lerma lib.2.
de Anim. q.4.

51. Ex Subtili Scholâ Scotus de Anim. q. 15. & q.7. 8. & 9. de
Rerum princ. art.2. Hernandez in 2. tract.2. de Ang. disp. 2. sect.2. &
in Philos. tom.4. tract.4. disp.4. sect.1. Frassen in 2. tract.1. disp. 1. art.2.
q.1. Poncios in Curs. Theolog. disp.11. de Ang. q. 1. & in Philos. tract.
de Anim. disp.6.2. q.2. Mastrius tom. 3. Philos. disp. 1. de Anim. q.5.
Cavellus de Anim. q.15. Delgad. de Ang. cap.2. diff. 2. dub.1. Vulpes
tom.1. p.2. disp.8. art.7. Lychetus in 2. dist. 17. q. vnic. Briceñus tom.
1. Controv. 2. art. 4. Lanterius in 2. disp. 2. tract. de Ang. propos. 7.
Faber in 2. dist. 1. disp. 1. Herrera in 2. disp. 5. q. 1. Et in Nostro Ath-

næo sub Schol. Seraph. q. 1. art. 1. 2. 3. & seqq.

52. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Ang. cap. 6. & 7. Arriaga tract. de Ang. disp. 3. sect. 4. & disp. 1. de Anim. sect. 4. Amicus de Ang. disp. 3. sect. 3. Oviedus lib. 1. Phis. Controv. 5. punct. 3. Quiròs 1. p. disp. 7. de Ang. Herrera q. 2. sect. 4. & 5. Echeverria de Ang. disp. 1 cap. 3. Carleton tom. 1. disp. 68. sect. 6. & disp. 9. de Anim. sect. 1. Hurtad. disp. 2. de Anim. sect. 1. Franc. Alphonf. disp. de Anim. sect. 6. Echalaz disp. 13. de Anim. cap. 3.

53. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 3. art. 1. q. 1. Ferchius de Ang. tract. 1. q. 28. Lalemand. de Anim. disp. 15. p. 3. Castro Vetro tom. 3. tract. 1. de Anim. q. 6. Boverius demonst. 2. art. 6. Caspens. disp. 1. sect. 3. Baud. q. 44. art. 2. Rabef. lib. 3. disp. 6. q. 2. Gaudent. de Anim. tom. 3. disp. 1. q. 7. & tract. de Ang. disp. 1. q. 2. Torrecilla de Anim. tract. 3. q. 1. art. 3. Blasco tom. 2. dist. 128. q. 3.

54. QVÆST. 4. An immutabilitas alicui possit competere creaturæ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 8. q. 3. art. 1. & 2. & 1. p. q. 9. art. 1. & 2. Gonetus tom. 1. tract. 1. disp. 4. art. 6. §. 1. Contentor tom. 1. lib. 1. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 7. §. 1. & 2. Lumbier de Attrib. dist. 4. q. 10. art. 1. Biescas tom. 1. q. 9. art. 1. dub. 5. & art. 2. & tom. 2. q. 19. art. 7. dub. 1. & 2.

55. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 8. q. 5. Mastrius in 1. disp. 2. q. 6. art. 3. Hernandez in 1. tract. 1. de Attrib. disp. 3. sect. 4. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 5. q. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 3. de Attrib. q. 3. & 4. & in Comment. tom. 1. dist. 8. q. 5. Briceñus tom. 1. Controv. 7. art. 1. Carriere tract. de Deo Vno, q. 11. & 13. Smising de Deo Vno, tract. 2. disp. 3. q. 2. & disp. 4. q. 4. Baron tom. 4. tract. de Attrib. apolog. 7. art. 3. Sosa tom. 2. dist. 10. q. 5. art. 5. Vulpes tom. 1. disp. 15. art. 1. 2. & seqq.

56. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 3. & disp. 30. Metaph. sect. 7. & 8. Carleton tom. 1. disp. 8. sect. 1. & 2. Muniesa de Attrib. disp. 14. sect. 1. & seqq. Maurus tract. 2. de Deo, q. 19. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 8. art. 2. q. 1. & 2. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 8. q. 2. Abelly de Deo, cap. 2. sect. 4.

57. QVÆST. 5. An ratio entis, aut substantiæ sit univoca Deo, & creaturis, substantiæ, & accidentiæ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 5. art. 3. & q. 13. art. 5. & q. 7. de Potent. art. 7. Godoy 1. p. tom. 1. tract. 2. disp. 7. §. 3. à nu. 30. Palanco tom. 1. Philos. tract. 5. q. 4. Gallego tom. 1. Controv. 22. Araúxo lib. 4. Metaph. q. 3. Martinez Prado 1. p. Metaph. Controv. 6. art. 3. & lib. 2. Log. q. 5. Ortiz tract. 4. de Log. Confer. 4. Parra

Parra tract. 4. de Pred. disp. 2. dub. 2. & 5. Complutensi. disp. 13. Log. q. 1. & seqq. Ioan. à S. Thomâ. q. 13. art. 1. & seqq. Llerma lib. 6. de Anteprædicam. q. 16. & seqq. Masius sect. 1. cap. 6. q. 1. 2. & 3. Biescas tom. 2. q. 13. art. 5. dub. 1. & seqq. Froylanus in Log. q. 2. art. 4.

58. Ex Subtili Scholâ Scotus lib. 1. Phis. q. 7. & lib. 4. Metaph. q. 1. & in 1. dist. 3. q. 1. & in 2. dist. 3. q. 3. Perez Lopez tom. 2. Philos. dist. 3. q. 2. art. 1. Hernandez in Philos. tom. 2. tract. 3. disp. 1. sect. 3. subsect. 5. Mastrius tom. 4. Philos. disp. 2. q. 2. Llamazares tract. 3. disp. 2. q. 2. Meurisse in Metaph. lib. 1. q. 8. Rodriguez in Log. q. 4. de Antepræd. art. 2. Relius tom. 2. lib. 6. q. 10. Rada tom. 1. Controv. 21. art. 1. & 2. Vulpes tom. 1. disp. 22. art. 11. Merin. in Log. disp. 2. cap. 1. de Æquivoc. q. 3. Marius tom. 1. disp. 2. q. 9.

59. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 2. Metaph. sect. 2. nu. 8. & disp. 28. sect. 3. Arriaga disp. 11. Log. sect. 1. subsect. 2. Oviedus in Metaph. Controv. 1. punct. 8. Hurt. disp. 2. Metaph. sect. 4. Curs. Trinit. tom. 1. tract. 2. disp. 6. q. 8. Izquierdo in Phar. disp. 17. q. 2. Quiròs disp. 26. sect. 5. nu. 3. Carleton disp. 29. & 30. Log. Echalaz tract. 4. Log. disp. 18. cap. 1. & seqq. Rhodès lib. 4. Metaph. disp. 2. sect. 2. & 3. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 1. & 8. Lalemand. disp. 5. Metaph. Pasqualig. disp. 28. Metaph. sect. 1. Blasco in Curs. lib. 4. dist. 1. 2. q. 4. art. 1. & seqq.

60. QVÆST. 6. An futura coexistant phisicè Deo in æternitate? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 57. art. 3. & q. 86. art. 4. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 41. & p. 216. Gonetus tom. 1. tract. 3. disp. 4. art. 8. Salmant. disp. 8. dub. 3. Ioan. à S. Thomâ disp. 9. art. 3. Prudent. tract. 2. de Scient. disp. 4. dub. 6. sect. 1. & 2. Lezana tract. 4. disp. 3. q. 3. Lumbier dist. 4. q. 12. art. 1. & seqq. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 8. §. 10. Carrasco 1. p. de Scient. liber. dub. 3. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 5. dub. 11. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 7. art. 13. dub. 1.

61. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 39. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 3. de Scient. Dei. disp. 4. sect. 4. Mastrius in 1. disp. 2. q. 7. art. 1. Brancat. disp. 16. q. 21. Macedus in 1. Collat. 9. diff. 4. sect. 1. & seqq. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 4. q. 3. Herrera in 1. disp. 15. q. 7. Boyvin tom. 1. tract. de Deo Vno. cap. 2. disp. 4. q. 7. Smising de Deo Vno. tract. 2. disp. 4. q. 3. Vulpes tom. 1. disp. 30. art. 4. Felix de Scient. cap. 5. diff. 5. Durand tom. 1. tract. de Scient. disp. 4. q. 3. Baron tom. 4. tract. de Scient. apolog. 5. art. 2. Merin. tom. 1. disp. 3. q. 4.

62. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Scient. Dei futur. cap. 7. Quiròs de Deo. disp. 48. sect. 1. & seqq. Aldrete de Scient. disp. 22. sect. 1. Borrull de Attrib. disp. 9. sect. 3. Muniesa de Attrib. disp. 13. sect. 2.

Aranda lib.4. de Scient. disp. 12. sect. 1. & seqq. Ribaden. de Scient. disp. 314. cap. 1. Thyrsus tom. 1. disp. 4. sect. 1. Herrera de Scient. q. 8. sect. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 36. q. 1. & 2. Gaudent. tract. de Deo Vno, disp. 15. q. 1. Blasco tom. 1. dist. 92. q. 4. art. 2. §. 1. & seqq. 63. QVIEST. 7. An ex operatione Dei ubique, recte colligatur eius praesentia? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 8. art. 1. Genetus tom. 1. tract. 1. disp. 4. art. 5. Lumbier at Attrib. dist. 4. q. 9. art. 3. Lezana tract. 2. disp. 7. q. 2. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 8. §. 2. Biescas tom. 11. q. 8. art. 1. dub. 6. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 6. Ildephonse Michael. 1. p. tom. 1. tract. 4. disp. vñica dub. 1.

ab 64. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 37. q. vñit. Perez Lopez in 1. dist. 2. q. 2. Hernandez in 1. tract. de Attrib. disp. 3. sect. 6. Mastrius in 1. disp. 2. q. 5. art. 1. & seqq. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 3. q. 2. Macedus in 1. Collar. q. diff. 3. sect. 1. Poncius in Cuij. Theolog. disp. 3. de Attrib. q. 8. & in Comment. tom. 1. dist. 37. q. vñit. Bricehus tom. 1. Conirov. 6. art. 2. Carriere de Deo Vno, q. 12. Rada tom. 1. Conirov. 28. art. 2. Durand tom. 1. tract. de Unit. Dei, disp. 4. q. 4.

ab 65. 1. Ex Scholâ Eximia Suarez disp. 30. Metaph. sect. 6. Amicus tom. 1. disp. 8. sect. 2. Arriaga disp. 2. sect. 9. Ovied. Conirov. 25. Phis. punct. 3. Quirós de Deo, in Ind. q. 8. art. 1. Murriella de Attrib. disp. 12. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 8. sect. 2. Avendano tom. 1. sect. 3. problem. 1. §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 37. art. 1. q. 3. Gaudent. tract. de Deo Vno, disp. 7. q. 2. Caspens. 1. p. disp. 7. q. 1. Abelly de Deo, cap. 2. sect. 6. Blasco tom. 1. dist. 92. q. 3. art. 1. & 2.



19. Respondeatur negando consequentiam; näm maior, & specialis militat ratio, vt dicatur Spiritum Sanctum procedere per modum amoris, quâm cuiuslibet alterius affectionis: Amor enim est affectus quidam intimus, primus, & nobilissimus, quia origo sive aliorum fons, omnem in se emanationis nobilitatem per modum liberalitatis complectens; ideoque non debet Spiritus Sanctus per modum gaudij, & spei procedere, nisi per modum amoris.

20. Oppones tertio: ideò in divinis ponitur emanatio per modum amoris, quia Pater amat Filium; sed Filius in divinis diligit Spiritum Sanctum: ergo suppari iure debemus ponere vltiorem personam emanantem per modum amoris; & sic in infinitum: ergo cùm hoc censeatur inconveniens, Spiritus Sanctus non debet procedere à Patre & Filio per modum amoris.

21. Respondeatur, Patrem & Filium non producere personam, que

est amor , quia tantum se diligunt , sed quia in eis voluntas est sœcundissima. Filius etsi revera diligit Spiritum Sanctum, non aliam producit personam , quia in primo amore est status. Nam primo amore se à Spiritu Sancto producto, cùm ille seipso diligit alium , & insimul diligatur, non oportet alium amorem producere, sive personam aliam per modum amoris.

22. Oppones quartò : si charitas sive amor personalis soli Spiritui Sancto propriè conveniret, foret amor vnicus; sed hoc non: ergo Minor probatur: nullus amor mutuus est amor vnicus, vt ex se liquet; sed Spiritus Sanctus est amor mutuus Patris & Filij: ergo Spiritus Sanctus non est amor vnicus: ergo charitas sive amor personalis soli Spiritui Sancto propriè non convenit.

23. Respondetur, amore in mutuum non esse vnicum in amantibus, quorum affectus sunt diversi, vt in creatis; secus in Deo, ubi amor, quod Pater & Filius diligunt se , est vnicus essentialiter , quanvis mutuus. Spiritus Sanctus est amor vnicus personalis productus, sive procedens à Patre & Filio, cui aptissimè , & solitariè convenit ratio amoris personalis. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficient.

24. PRO TERTIÆ , & ultimæ distinctionis partis declaratione, hoc proponitur theorema : *Spiritus Sanctus ratione communis originalis principij, appellatur nomine Spiritus Sancti, non obstante, quod nomen illud sit commune omnibus tribus personis.* En asserti probationem: quod communiter , & æqualiter procedit à duobus , appositi habet denominationem eis communem ; sed Spiritus Sanctus habet communem , & æqualem originem à Patre & Filio : ergo habet denominationem eis communem.

25. Maior claret. Minorem probat Magister in littera hoc Augustini lib. 15. de Trinit. cap. 19. perspicuo testimonio : *Si charitas quæ Pater diligit Filium, & Patrem diligit Filius, ineffabilem communione demonstrat amborum; quia convenientius, quam ut ille propriè dicatur charitas, qui Spiritus est communis ambobus?* Qui enim est communis ambobus, id vocatur ipse propriè, quod ambo communiter. Ergo cùm Spiritus Sanctus procedat à Patre & Filio , convenienter habet denominationem eis communem.

26. Demum corroborat Magister intentum: dum aliquid commune est, rectè ipsi nomen commune congruit ; sed Spiritus Sanctus procedens à Patre & Filio persona communis est : ergo Spiritus Sanctus ratione communis originalis principij , non frustra , sed appositi nomen commune Patri & Filio sortitur.

27. *Huic accedit Augustinus nuper allegatus, dicens: Non solus est in illa Trinitate, vel Spiritus, vel Sanctus, quia & Pater Spiritus, & Filius Spiritus, & Pater Sanctus, & Filius Sanctus, quod non ambigit pietas, & tamen iste non frustra propriè dicitur Spiritus Sanctus.* Ergò cùm Spiritum Sanctum nomen communem Patri & Filio sortiri, eius formale non evertat constitutivum, consentaneum rationi videtur, quod ex vi sua processionis nomine communis potiatur. Et hæc de tertia, & ultimâ huius distinctionis parte satis sint dicta.

QVÆSTIONES.

28. **Q**VÆST. 1. An, & quomodo spiratio activa distinguantur à partnitate, & filiatione? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q.28. art.4. & q.32. art.2. & 3. ad 3. Godoy 1. p. tom.3. tract. 12. disp.93. §.3. à nu.2. 3. & disp.94. §.2. à nu.7. Gonetus tom.2. tract. 6. disp.3. art.4. Salmant. tom.2. disp.8. q.18. dub. 3. Portugal tom.1. lib.2. cap.36. Labat tom.2. disp.2.dub.vit. Lumbier de Trinit. q.8. art. 3. à num.54².

29. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 13. q. vnic. & quodlib. 5. §. Tertiò arguitur. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 4. sect. 3. Poncius in Curs. Theolog. disp.9. de Trinit. q.4. Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 2. q.2. Herrera in 1. disp. 8. q.14. Baron tom.1. tract. de Trinit. apol. 3. act. 6. Carriere tract. de Trinit. q. 39. Felix de Trinit. cap.3. diff. 3. Durand tom.1. disp. 3. q.3. Vulpes tom. 1. p.1. disp. 57. art.3. Herinx tom.1. tract.de Trinit. disp.1. q.4. Sannig tom.1.tract.3. dist. 2. q.6.

30. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 5. de Trinit. cap.5. Amicus tom. 1. disp. 19. sect. 2. Carleton tom.1. disp. 52. sect. 3. Borrull de Trinit. disp. 19. sect. 8. Mart. Perez disp. 5. sect. vlti. Arriaga tract. de Trinit. disp. 49. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist.33. q.3. Gaudentius tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp.3. q.8. Caspens. disp. 5. sect. 5. Morand. q.10. Fuliens. lib.2. cap.2. resol. 3.

31. **Q**VÆST. 2. An Pater & Filius diligent se Spiritu Sancto? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 32. q.1.art.1. & 2. & 1.p. q.37. art.2. Godoy 1. p. tom. 3. disp.95. à p.516. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp.16. dub. 1. Ioan. à S Thomâ disp.15. art.5. Portugal tom. 1. lib.2. cap. 46. Contenson tom. 2. dissert. 5. cap. 1. specul. 2. Ferre de Trinit. q.14. §.2. Lumbier de Trinit. q.11. art. 2. queſit. 2. num.644. Labat tom.2. tract.2. disp.4. dub.9.

32. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 23. q. 1. Hernandez in 1.

tract. 2. disp. 8. sect. 6. Macedo in 1. Collat. 9. diff. 1. sect. 1. & seqq.
 Poncius in Comment. tom. 1. dist. 32. q. 1. Rada tom. 1. Contriv. 17. art. 1.
 Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 67. art. 3. Lychetus in 1. dist. 32. q. 1. & 2.
 Herrera in 1. disp. 11. q. 11. Merin. tom. 1. disp. 6. q. 6. Felix de Trinit.
 cap. 7. diff. 6. Carriere de Trinit. q. 23. Smising de Deo Trino, disp. 3. q. 4.
 Sosa tom. 2. dist. 32. q. 2. art. 3. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 7.
 act. 7. Niise tract. 1. p. 2. q. 2.

33. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 11. de Trinit. cap. 3. Arriaga de
 Trinit. disp. 53. sect. 2. nu. 13. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 6. q. 9. Borrull
 de Trinit. disp. 18. sect. 2. Mart. Perez disp. 17. sect. 4. Carleton tom. 1.
 disp. 66. sect. 3. Montoya disp. 74. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 90. Ex
 alijs D. Bonaventura in 1. dist. 32. q. 1. Caspens. disp. 8. sect. 8. Gaudent.
 tom. 2. tract. 2. disp. 7. q. 7. Baud. q. 37. art. 2. Longus q. 37. Morand.
 nu. 628. Fuliens. lib. 2. cap. 6. resol. 4.

34. QVÆST. 3. An Spiritus Sanctus procedat ex amore solum
 essentiæ divinæ, aut simul attributorum, & personarum? De quo, distinctione
 9. quest. 1.

35. QVÆST. 4. An Spiritus Sanctus procedat ex amore creatu-
 rarum possibilium? De quo, distinctione 9. quest. 2.

36. QVÆST. 5. An amor sit nomen proprium Spiritus Sancti?
 Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 10. q. 1. art. 4. & 1. p. q. 37.
 art. 1. Godoy 1. p. tom. 3. tract. 12. disp. 87. pag. 407. Gonetus tom. 2.
 tract. 6. disp. 10. art. 3. digres. 1. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 15. q. 37.
 art. 1. Contenson tom. 2. dissert. 5. cap. 2. specul. 1. Ferre de Trinit. q. 14.
 §. 1. Portugal tom. 2. lib. 6. cap. 2. p. 1.

37. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 10. & 18. Hernandez in 1.
 tract. 2. de Trinit. disp. 8. sect. 1. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 3. q. 3.
 Merin. tom. 1. disp. 6. q. 1. Felix de Trinit. cap. 7. diff. 1. Sannig tom. 1.
 tract. 3. dist. 3. q. 4. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 67. art. 2. Berulle tom. 2.
 p. 2. disp. 3. q. 1. Smising de Deo Trino, disp. 2. q. 8. Boyvin tom. 1. tract.
 2. cap. 7. q. 8. Carriere tract. de Trinit. q. 2. Berming. q. 37. art. 1.

38. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 11. de Trinit. cap. 1. Mart. Perez
 de Trinit. disp. 17. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 10. art. 1.
 q. 2. & art. 2. q. 1. Gaudentius tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 10. q. 10.
 Abelly de Deo, tract. 3. cap. 2. sect. 6. Fuliens. Idea Theolog. lib. 2. cap. 6.
 resol. 3.

39. QVÆST. 6. An processio Spiritus Sancti sit libera, aut natu-
 ralis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 10. de Potenti. art. 2. Godoy 1.
 p. tom. 3. tract. 9. disp. 74. §. 1. à num. 8. Ferre de Trinit. q. 18. §. 3.
 Go-

Gonetus tom. 2. tract. 6. de Trinit. disp. 2. art. 4. Lumbier de Trinit. q. 7. art. 1. 2. & seqq. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 54. & seqq. Carrasco 3. p. de Trinit. dub. 1. resol. 1. & seqq. Contenson tom. 2. dissert. 2. cap. 1. specul. 2. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 1. dub. 5. Salmant. tom. 2. disp. 2. q. 27. dub. 4. art. 3. & 4. & disp. 3. dub. 2. §. 2.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in Report. in 1. dist. 10. art. 1. q. 1. Perez Lopez dist. 6. q. 6. Brancat. lib. 1. de Trinit. disp. 3. q. 6. Mastrius in 1. tom. 1. disp. 7. q. 3. art. 3. Macedo in 1. Collat. 7. diff. 1. sect. 1. Frassen in 1. tract. 3. disp. 1. art. 3. q. 4. Herrera in 1. disp. 11. q. 1. Carriere tract. de Trinit. q. 38. Felix de Trinit. cap. 7. diff. 7. Merlin. tom. 1. disp. 6. q. 7. Marius tom. 1. disp. 8. q. 6. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 53. art. 6. Sola tom. 2. dist. 10. q. vnic. art. 2. & 7. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 7. act. 7. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 7. q. 6.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 6. cap. 3. & 4. Herrera de Trinit. q. 14. sett. vnic. nu. 4. Carleton tom. 1. disp. 64. sett. 9. Mauritius tract. 7. de Trinit. q. 103. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 10. art. 1. q. 1. Gaudet. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 10. q. 2. & disp. 1. q. 9. num. 187.

DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI QVANTVM AD PERSONAS A QVIBVS PROCEDIT.

DISTINCTIONIS VNDECIMÆ Synopsis.

*Ex Patre, & nato procedit Spiritus Almus,
Quāvis dissidet nomine Græca fides.*

Sic incipit: *His dicendum, &c.*

Sic terminat: *A Patre & Filio.*

1. **C**ONNECTITVR hæc vndecima distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de modo, quò Spiritus Sanctus procedit; sed in præsenti disputat de principio, à quo procedit: ergo hæc distinctio cum superiori connexionem servat.

2. Consequentia probatur: in quounque contentionis genere priùs est de principio formalí, & intrinseco, quām de extrinseco, & efficienti

differere; sed modus, quò Spiritus Sanctus procedit, (sublatis imperfectionibus) denotat principium intrinsecum, & formale; & principium à quo procedit, designat principium extrinsecum, & efficiens: ergo cùm in antecedenti distinctione sermonem faciat Magister de modo, quò Spiritus Sanctus procedit; & in præsenti de principio à quo procedit, rigorosè utraque inter se copulatur distinctio.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, Spiritum Sanctum à Patre & Filio procedere. In secundâ verò expendit, quidnam Græci opinentur circa processione Spiritus Sancti. In tertiarum autem, & ultimâ parte subdit, in quibus Græci & Latini convenient.

4. PRO PRIMÆ igitur distinctionis partis declaratione, hæc ponitur thesis: *Veritas Evangelij approbat, Patrem & Filium simul produxit Spiritum Sanctum.* Quæ sic demonstratur: quod veritas novi Testamenti statuit, & approbat, id debet secundum veritatem evangelicam teneri; sed veritas novæ legis approbat, Patrem & Filium simul produxit Spiritum Sanctum: ergo Patrem & Filium simul produxit Spiritum Sanctum, debet secundum veritatem evangelicam teneri.

5. Major est evidens. Minorem verò probat Magister in textu; & primò quantum ad id quod Filius Spiritum Sanctum produxerit, sic auctoritate Apostoli ad Galat. 4. suadet, dicentis: *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra.* En, quomodo hic dicitur Spiritus Filii. Et iterum ad Rom. 8. *Qui autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Ergo veritas novæ legis approbat, Filium produxit Spiritum Sanctum.

6. Secundò probat Magister, Spiritum Sanctum procedere à Patre, etiam auctoritate evangelica Matthæi 10. dicentis: *Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Et alio in loco Ioannis 14. dicitur: *Quem mittet Pater in nomine meo.* Et rursus apud ipsum Ioannem 15. *Spiritus qui à Patre procedit.* Ergo Spiritum Sanctum non solum à Patre, verum à Filio procedere, veritas evangelica expresse commendat.

7. Tertiò ratione comprobatur: Filius & Spiritus Sanctus, aut procedunt à Patre sine ordine, aut cum ordine aliquo; sed primum enunciari non potest, quia personarum pluralitas confusione laboraret: ergo à Patre procedunt cum ordine; sed non ordine durationis, cùm in Trinitate nihil sit prius, aut posterius in esse: ergo solum inter ipsos ordo originis intercedit. Nunc sic: ergo aut Filius procedit à Spiritu Sancto, aut Spiritus Sanctus à Filio; sed Filius non procedit à Spiritu Sancto, vt ex se patet: ergo necessariò Spiritus Sanctus procedit à Filio.

8. Oppones: Spiritus Sanctus procedit à Patre: ergo aut sufficiens, aut non? Si primum: ergo non procedit à Filio, cùm superfluum sit fieri per duo, quod valet operari per unum sufficienter. Si secundum: ergo Pater erit imperfectus in spirando, quod absurdum censeret; ergo Spiritus Sanctus à solo Patre, & non à Filio procedit.

9. Responderetur, instantiam nihil in divinis concludere, eò quod Pater & Filius non sunt diversa principia Spiritus Sancti, sed unum tantum illius productivum. Deinde, sicut non valet hoc argumentandi genus: Pater creat, & Filius creat; sed Pater est sufficiens in creando: ergo Filius superfluit, quia sunt unum principium in creando; sic non inferatur: Spiritus Sanctus procedit à Patre, & simul procedit à Filio; sed Spiritus Sanctus sufficienter procedit à Patre: ergo superfluit quod procedat à Filio, cùm ambo sint unum in spirando principium. Et hæc de primâ litterâ distinctionis parte sufficiant.

10. PRO SECUNDÆ verò partis expositione, hæc alia ponitur conclusio: *Græci falso motivo duci, negarunt Spiritum Sanctum à Filio procedere.* Quæ sic stabilitur: negantes quod pravè intellexerunt, dicuntur falso motivo duci negare veritatem; sed Græci negantes Spiritum Sanctum à Filio procedere, negarunt quod pravè intellexerunt: igitur Græci negantes Spiritum Sanctum à Filio procedere, falso motivo duci dicuntur negare veritatem, qualis est quod Spiritus Sanctus procedat à Patre & Filio.

11. Maior expressè claret ex terminis. Minorem firmat Magister in litterâ dūm Græcorum errorem refert, scilicet, Spiritum Sanctum à Filio non procedere. Sic tentant Græci probare, Spiritum Sanctum à Filio non procedere. Primo ex Ioannis 15. *Spiritus qui à Patre procedit.* Secundo ex Symbolo Fidei, quod in Missâ canitur, vbi agitur de processione Spiritus Sancti, & tamen nulla ibi fit mentio de Filio; & quāvis modo loquatur de Filio, hoc reverè Latini apposuerunt.

12. Tertio, consentaneè his addunt Græci transcriptū quoddam ex Symbolo Fidei deductum, & à Leone Tertio Pôtifice Maximo in tabula argenteâ retrò altare Sæctorum Petri & Pauli Romæ collocatum, vbi sic legitur: *Et in Spiritum Sanctum Dominum, vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadordanum, & glorificandum.* Et concludit: *Qui aliud docuerit, vel aliter prædicaverit, anathema sit.* Ergo Græci anathematis obnoxios Latinos prædicant, quia asserunt, Spiritum Sanctum à Filio procedere, quod ibi non continetur, cùm solùm à Latinis sit adiunctum.

13. Demum, quia in principalioribus Concilijs, quæ apud eos celebra-

brata fuere, ità Symbola eorum subiunctis anathematibus sancta sunt, vt nulli de Trinitatis fide aliud docere, vel alind prædicare, quām quod ibi continetur, liceat. In quibus sic dicitur : *Quicunque à Filio Spiritum Sanctum procedere addunt, anathema incurunt.* Vnde & Latinos redargunt anathematis reos. Hactenū de non processione Spiritus Sancti à Filio, expressa Græcorum monumenta perversta.

14. Præfas instantias omnino enervat Magister in litterâ. Ad primam ex Evangelio deductam, nempè, Spiritum Sanctum à Patre procedere, respondet, ex hoc textu minimè deduci, Spiritum Sanctum non procedere à Filio, quāvis ibi de illo nulla sit mentio ; quia non addit *solo*, & ideo etiā à se procedere non negat : Attamen Patrem tantum nominat, quia ad eum solet referre quod ipsius est, cùm à Patre habeat Filius, quod ab illo Spiritus Sanctus procedat.

15. Ad secundam, tertiam, & quartam instantiam respondet Magister, nos non tenere dicere, aut prædicare quicquam contrarium, vel dissonum Symbolo Fidei, nec Nicæni, aliorumque Conciliorum decisib⁹, sed solum explicare Sanctorum Patrum doctrinam. Quonobrem verba illa debent huiusmodi intelligi: Qui aliud docuerit, vel aliter prædicaverit, anathema sit.

16. Cui consonat illud Apostoli ad Galat. 1. *Si quis evangelizaverit*, idest, contrarium, *anathema sit.* Non dicit : *Si quis addiderit.* Ergo eti⁹ Latini addant illa verba Symbolo Fidei : *Filioque procedit*, nihil Evangelio, aut Nicæno Concilio contrarium ac dissentaneum docent, sentiunt, aut prædicant. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

17. PRO TERTIÆ, & vltimæ partis expositione, en genuinum theorema : *Græci concedentes Spiritum Sanctum esse Spiritum Filij, sicut & Patris, non videntur sensu, sed verbis à Latinis differre.* Quod sic summatim expendimus : esse Spiritum Filij, & à Filio procedere, idem est secundum Latinos; sed Spiritus Sanctus, iuxta Græcorum sententiam, est Spiritus Filij, sicut & Patris: ergo circa processionem Spiritus Sancti à Filio, solum verbis differunt Græci à Latinis.

18. Maior est dogma firmissimum in Ecclesiâ Latina. Minorem probat Magister pro Græcis ex Apostolo ad Galat. 4. *Misit Deus Spiritum Filij sui.* Et ex Evangelio Ioannis 15. *Spiritu veritatis, &c.* Sed esse Spiritum Patris & Filij nihil aliud est, quām esse à Patre & Filio: ergo cùm esse & procedere idem significant in divinis, processio Spiritus Sancti tūm apud Græcos, tūm apud Latinos erit à Patre & Filio; proindeque solum verbis differt vtraque Ecclesia Latina, & Græca.

19. Tandem confirmat assumptum Magister pluribus testimonij⁹
Græ-

Græcorum Patrum, quæ Spiritum Sanctum à Patre & Filio insimul procedere, portendunt. Primo ex Athanasio in Symbolo Fidei dicente: *Spiritus Sanctus a Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* Secundo ex Didymo eorum maximo ac nominatissimo Doctore lib. 2. de Sanct. Spirit. *Spiritus Sanctus non ex se est, inquit, sed ex Pare & Filio.* Idem sentiunt Cyrillus in Epist. ad Nestorium, & Ioannes Chrysostomus in quadam homiliâ de Exposit. Symb. ergo omnis lingua confiteri tenetur, Spiritum Sanctum ab utroque procedere.

20. Sed oppones primò Damascenum lib. 3. de Fid. Orthodox. cap. 11. sic expressè alloquenter: *Spiratum Sanctum ex Pare dicimus, & spiritum Patris nominamus: Spiritum verò Sanctum ex Filio non dicimus, & tamen Spiritum Filij nominamus.* Ergo quāvis Spiritus Sanctus sit Spiritus Filij, non tamen procedit à Filio: ergo non solum verbis, verū & sensu Græci differunt à Latinis.

21. Respondet Divus Bonaventura, hic, Damasco, in hâc parte non esse assentendum; quia quod ipse floruerit tempore huius gravissimæ controversiæ, fueritque simpliciter Græci. Tamen ipse adhuc cautè loquitur, siquidem non dicit quod Spiritus Sanctus non sit à Filio, sed ait: *Non dicimus à Filio,* quia Græci non confitebantur, nec tamen negabant. Modò iam eorum maledicta progenies stultissimè addidit, Spiritum Sanctum non procedere à Filio, nisi temporaliter; & ideo tanquam hæreticos, & Schismaticos meritò Græcos Romana damnat Ecclesia.

22. Oppones secundò: hic discursus non est legitimus: *Spiritus Sanctus est Spiritus Filij:* ergo Spiritus Sanctus procedit à Filio: ergo in huius probatione insufficienter processit Magister. Antecedens probatur: hoc ratiocinium non tenet: Hæc domus est Sortis: ergo est ædificata à Sorte: ergo nec illud: *Spiritus Sanctus est Spiritus Filij:* ergo Spiritus Sanctus procedit à Filio.

23. Respondetur negando antecedens, & consequentiam. Genitus enim quāquam denominetur ab habitudine principij; tamen aliud importat respectum, scilicet processionis; & idcirco præfatus non tenerit discursus: Hæc domus est Sortis: ergo ædificata à Sorte: At in divinis nomen *Spiritus,* secundum quod dicitur à spiratione, non habet propriè construi cum genitivo, eò quod sit nomen importans originem: ergo sicut valet: *Filius Patris:* ergo *Filius qui est à Patre;* ita similiiter tenet: *Spiritus Filij:* ergo *Spiritus qui est à Filio.* Et hæc de tertia, & ultimâ distinctionis parte satis dicta.

Q VÆ S T I O N E S.

24. **Q**VÆST. 1. An si per impossibile Spiritus Sanctus à Filio non procederet, realiter ab illo distingueretur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 10. de Potent. art. 5. & 1. p. q. 36. art. 2. Godò 1. p. tom. 3. disp. 92. à p. 477. Gonet tom. 2. tract. 6. disp. 10. art. 1. Mag. à S. Thomâ disp. 15. art. 3. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 14. dub. 2. & 3. Contenson tom. 2. dissert. 5. cap. 2. specul. 2. Ioan. de Neapolî q. 13. p. 106. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 6. Ferre de Trinit. q. 13. §. 2. Lezana tract. 5. disp. 11. q. 2. Lumbier de Trinit. q. 11. art. 2. Carrasco 3. p. de Trinit. dub. 4. rejol. vnic. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 43.

25. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 11. q. 2. Perez Lopez in 1. dist. 6. q. 7. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 8. sect. 5. Mastrius in 1. tom. 1. disp. 7. q. 4. art. 1. Brancat. lib. 3. dist. 3. q. 22. Macedo in 1. Collat. 6. diff. 4. sect. 1. & Schol. 5. cap. 4. sect. 1. 2. & seqq. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 3. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. 3. & in Comment. tom. 1. dist. 11. q. 2. Hieronym. de Sosa Instaur. Certam. a p. 1. & seqq. Rada tom. 1. Controv. 15. art. 1. Herrera in 1. disp. 11. q. 9. Sosa tom. 2. dist. 11. q. 2. art. 1. & 2. Cariere de Trinit. q. 36. Merin. tom. 1. disp. 6. q. 3. Felix de Trinit. cap. 7. diff. 3.

26. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 10. de Trinit. cap. 2. Amicus tom. 1. disp. 27. sect. 3. Arriaga de Trinit. disp. 52. sect. 4. Herrera de Trinit. q. 7. sect. 4. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 6. q. 3. Borrull de Trinit. disp. 19. sect. 2. Mart. Perez de Trinit. disp. 16. sect. 2. Carleton tom. 1. disp. 66. sect. 44. & seqq. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 106. Rhôdes disp. 6. de Deo, q. 3. sect. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 11. art. 1. q. 1. Caspens. disp. 8. sect. 2. Ferchius in Opuscul. q. 6. Coriolan. q. 36. art. 2. Baud. q. 36. art. 2. Morand. q. 25. Gudent. tom. 2. tract. 2. disp. 10. q. 3. Blasco tom. 2. dist. 123. q. 3. art. 4.

27. QVÆST. 2. An Spiritus Sanctus procedat à Patte & Filio? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 11. q. 1. art. 1. & 1. p. q. 36. art. 2. Godò 1. p. tom. 3. disp. 92. à p. 477. Gonet tom. 2. tract. 6. disp. 10. art. 2. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 14. dub. 1. Lumbier de Trinit. q. 11. art. 2. Contenson tom. 2. dissert. 5. cap. 2. specul. 1. Ferre de Trinit. q. 13. §. 1. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 5. Portugal tom. 1. lib. 2. cap. 31.

28. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 11. q. 1. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 8. sect. 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 3. q. 1. Macedo in 1. Collat. 6. diff. 1. sect. 1. & Schol. 4. sect. 1. & 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. 3. & in Comment. tom. 1. dist. 11. q. 1. Vul-

Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 53. art. 1. & 2. Carriere de Trinit. q. 33. Lychetas in 1. dist. 11. q. 1. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 3. q. 5. Felix de Trinit. cap. 7. diff. 2. Merlin. tom. 1. disp. 6. q. 2. Berulle tom. 2. p. 2. disp. 3. q. 2.

29. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 10. de Trinit. cap. 1. & 2. Amicus tom. 1. disp. 27. sect. 2. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 6. Carleton tom. 1. disp. 66. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 19. sect. 1. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 104. Rhôdes disp. 6. de Deo, q. 3. sect. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 11. art. 1. q. 1. Gaudentius tom. 2. tract. 2. disp. 10. q. 2. Fulienf. lib. 2. cap. 6. resol. 1.

30. QVÆST. 3. An Spiritus Sanctus exigat necessariò oriri à duobus ex vi sua formalis processionis? De quo, distinctione 5. quest. 4.

31. QVÆST. 4. An Pater & Filius sint unum principium Spiritus Sancti? De quo, distinctione 5. quest. 3.

32. QVÆST. 5. An, & cur processio Spiritus Sancti non sit generatio; secùs Verbi divini processio? De quo, distinctione 2. quest. 6.

33. QVÆST. 6. An ratio doni propriè, & solitariè conveniat Spiritui Sancto? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 18. q. 1. art. 2. & 1. p. q. 37. art. 1. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 10. art. 3. §. 3. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 16. dub. 3. Contenson tom. 2. dissert. 5. cap. 1. specul. 1. Ferre de Trinit. q. 16. §. 1. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 10. Lumbier de Trinit. q. 11. art. 2. num. 641. Portugal tom. 2. lib. 6. cap. 2. p. 2.

34. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 18. q. vnic. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 3. q. 3. Merlinus tom. 1. disp. 6. q. 1. Felix de Trinit. cap. 7. diff. 1. dub. 1. & 2. Carriere tract. de Trinit. q. 32. Sosa tom. 2. dist. 18. q. vnic. art. 1. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 7. att. 7. Herrera in 1. disp. 11. q. 12. & 13. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 67. art. 8. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 7. q. 8. Smising de Deo Trino, disp. 2. q. 8. Berulle tom. 2. p. 2. disp. 3. q. 1.

35. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 11. de Trinit. cap. 4. Amicus tom. 1. disp. 27. sect. 7. Arriaga disp. 53. sect. 3. nn. 14. Borrull de Trinit. disp. 18. sect. 4. Mart. Perez disp. 17. sect. vlt. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 96. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 10. art. 1. q. 1. & dist. 18. art. 1. q. 4. Fulienf. lib. 2. cap. 6. resol. 5. Morand. nn. 625. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 10. q. 1. & 3. Blasco tom. 2. dist. 126. q. 3. art. 1.

DE ORDINE PROCESSIONIS SPIRITVS
SANCTI AB UTROQVE.

DISTINCTIONIS DVODECIMÆ
Synopsis.

*Spiritus ex nato non manat plenius ipso,
Quam Patre, nec spirat Filius ante Patrem.*

Sic incipit: *Item queritur, &c.*

Sic terminat: *Quia ibi omnino nulla sunt.*

1. **C**ONNECTITVR hæc duodecima distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de principio à quo Spiritus Sanctus procedit; sed in præsenti pertractat de ordine quò procedit: ergo benè hæc distinctio consonat superiori.

2. Consequentia probatur: ordo quò Spiritus Sanctus procedit, desumitur à personis, sive à principio à quo procedit: ergo priùs erit agendum de principio à quo Spiritus Sanctus procedit, quam de ordine quò procedit; sed ita se gesit Magister in huius, & antecedentis distinctionis elucubratione: ergo debitum servavit ordinem.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister excludit ordinem temporis in processione Spiritus Sancti. In secundâ verò dignitatis ordinem arcet. In tertia autem, & ultimâ ostendit, & astruit ordinem naturalis originis.

4. PRO PRIMÆ igitur partis expositione, hæc proponitur conclusio: *Spiritus Sanctus duratione temporis, nec priùs, nec posterius processit à Patre, quam à Filio, nec è converso.* Quæ quidem conclusio sic ostenditur primò: vbi nullum penitus intervenit tempus, ibi temporis duratio inintelligibilis existimari debet; sed in processione Spiritus Sancti à Patre & Filio, nullum omnino intervenit tempus: ergo Spiritus Sanctus neque priùs, neque posterius procedit à Patre, quam à Filio.

5. Maior est certa. Minorem autem probans Magister in litterâ, querit: An Spiritus Sanctus priùs procedat à Patre, quam à Filio? Sed ante illius resolutionem, cuiusdam hæretici huic oppositam conclusioni

præmittit impugnationem: Spiritus Sanctus procedit à Patre: ergo vel procedit iam nato, vel nondum nato Filio. Si nato Filio: ergo nativitas Filii præcessit processionem Spiritus Sancti: si nondum nato Filio: ergo processio Spiritus Sancti præcessit generationem Filii; ac per consequens Spiritus Sanctus prius processit à Patre, quam à Filio.

6. His & huiusmodi alijs quæstionibus magis laboriosis, quam fructuosis respondet Magister ex Augustino lib. 15. de Trinit. cap. 26. per remotionem temporis ab hac materiâ, dicens, prefatam quæstionem non posse habere locum, quia in divinis omnia sunt æterna; ac proinde nullus ibi valet inveniri ordo temporis, sive durationis prioritas. En modo Augustini iudicium: *In illâ summâ Trinitate, que Deus est, intervalla temporum nulla sunt, per quæ posset ostendi, aut saltem requiri, utrum prius de Patre natus sit Filius, & postea de ambobus processerit Spiritus Sanctus.*

7. Oppones: vnum ex contradictorijs, iuxta Arist. 1. Periher. cap. vlt. necessariò est verum, & aliud falsum; sed natum, & non natum contradictoriè opponuntur: ergo necesse est, quod dum Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio, procedat à Filio iam nato, vel nondum nato: ergo & quod una ex duabus contradictionis partibus sit vera, quod repugnat.

8. Respondet cum Divo Bonaventura, quod in proposito natum, & non natum contradictoriè non pugnant; imo nulla ex ijs propositionibus censetur vera, cum sint de subiecto non supponente, quemadmodum ab hereticis accipitur Filius natus. Hæc enim est falsa: Spiritus Sanctus procedit nato Filio; quia denotat, nativitatem Filii præcedere processionem Spiritus Sancti. Similiter & ista est falsa: Spiritus Sanctus procedit nondum nato Filio; quia denotat, nativitatem Filii non fuisse simul cum processione Spiritus Sancti; sicque contradictoriè non militant. Unde hæc est vera: Spiritus Sanctus non procedit à Filio, nato prius Filio, quia simul fuit nativitas Filii, & Spiritus Sancti processio.

9. Secundò probatur principale assumptum: æquè coæternus est Filius Patri procedens ab illo, ac Spiritus Sanctus Patri & Filio procedens ab utroque; sed Filius procedens à Patre, non est posterior duatione Patre, nec Pater prior duratione Filio: ergo Spiritus Sanctus procedens à Patre & Filio, nec prius, nec posterius duratione temporis procedit à Patre, quam à Filio, & è contrâ.

10. Tertiò probatur: Spiritus Sanctus prius processit à Patre, quam à Filio? ergo aut à Filio non procedit, aut bis Spiritus Sanctus procedit, nempe, primò à Patre, & secundò à Filio; sed Spiritus Sanctus procedit

cedit à Filio, & bis non procedit: ergo quia prius à Patre, quam
Filio procedit.

11. Sed oppones iterum: primum principium censetur illud in quo
est status; sed status est in Patre: ergo Pater est primum principium;
sed primum necessariò supponit prius: ergo cum Spiritus Sanctus pro-
ducatur à Patre & Filio, prius à Patre, quam à Filio procedet.

12. Respondetur cum Seraphico Doctore, quod si prius accipiatur
pro eo quod est principalius, est verum, Spiritu Sanctum prius procedere
à Patre, quam à Filio; si vero prius supponat pro duratione temporis, ut
innuere videtur instantia, est falsum; quia unum & idem potest haberi à
pluribus personis absque ullâ durationis prioritate, præsertimque in
divinis, vbi processiones sunt æternæ, & æquales. Et hæc de primâ parte
litteræ distinctionis sufficiant.

13. PRO SECUNDÆ distinctionis partis declaratione, hæc alia
ponitur thesis: *Ordine perfectionis, & dignitatis Spiritus Sanctus non pro-
cedit pleniùs à Patre, quam à Filio.* Cuius veritas ostenditur à Magistro
in litterâ, querens: Vtrum Spiritus Sanctus pleniùs, vel perfectius pro-
cedat à Patre, quam à Filio?

14. Et respondet negativè. Primo, quia Spiritus Sanctus non prius
procedit à Patre, quam à Filio: ergo consimiliter nec pleniùs, nec per-
fectius procedere debet à Patre, quam à Filio.

15. Secundo, sicut est æqualis æternitas Spiritus Sancti respectu
Patris & Filii; ita est æqualis perfectas, & necessitas utriusque ad ipsius
processiounem; sed stante æqualitate æternitatis, perfectatis, & necessi-
tatis Spiritus Sancti erga Patrem & Filium, nequit Spiritus Sanctus
pleniùs, & perfectius procedere à Patre, quam à Filio: ergo.

16. Tertio, Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio tanquam ab
vnico, & solo principio: ergo implicat pleniùs, & perfectius procedere à
Patre, quam à Filio.

17. Quartò, virtus spirativa, quæ est forma, quâ Pater & Filius
spirant, intensionem, vel remissionem non admittit; sed vt pleniùs, &
perfectius Spiritus Sanctus procederet à Patre, quam à Filio, vel è con-
traria, intensionem, & remissionem deberet admittere: ergo pleniùs, &
perfectius non procedit à Patre, quam à Filio.

18. Oppones Aristotelem i. Post. text. 5. Propter quod unumquod-
que est tale, & illud est magis; sed Filius spirat per Patrem, quia proce-
dit ab illo, & non Pater per Filium: ergo Pater magis spirat, quam Filius; ac proindè Spiritus Sanctus à Patre pleniùs, quam à Filio procedit.

19. Respondebis, instantiam solum tenere vbi est pluralitas causa-
rum,

rum, & in hoc sensu Philosophum fore exponendum. Cum ergo in divinis non sit pluralitas causarum, nec principiorum; imo potius respectu processionis Spiritus Sancti sit unum, idemque in Patre & Filio principium spirativum, idcirco Aristotelicum axioma non habet locum. Et haec de secundâ distinctionis parte sufficiant.

20. PRO TERTI.E, & vitiæ partis declaratione, hoc proponitur assertum: *Spiritus Sanctus, qui æquè perfectè simul à Patre & Filio procedit, principaliter à Patre esse per Filium, dicitur.* Quod sic breviter suadetur: Spiritus Sanctus ab illo principaliter est, & procedit, qui hoc habet à se, & à nullo alio quod ipse mittat, & quod ab ipso procedat; sed solus Pater est huiusmodi: ergo Spiritus Sanctus principalius dicitur procedere à Patre, quam à Filio.

21. Maior ex terminorum comprehensione appareat. Minorem autem probat Magister in textu per varias Patrum authoritates, quæ videntur sonare, Patrem plus habere in processione Spiritus Sancti, quam Filium; imo & Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium. Quarum genuinam expositionem, adhibitis primò eorum authoritatibus, infra apponere decrevimus.

22. Divus Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 17. loquendo de processione Spiritus Sancti, ait: *Spiritus Sanctus principaliter procedit à Patre.* Et Hieronymus in Expos. Symb. Nicæni tenet: *Credimus in Spiritum Sanctum, qui de Patre procedit propriè.* Et Hilarius lib. 12. de Trinit. dum de Spiritu Sancto differit, sic scribit: *In Spiritu Sancto tuo ex te profecto, & per eum missio.* Ergo quāvis Spiritus Sanctus æquè perfectè simul à Patre & Filio procedat, tamen principaliter, & propriè à Patre esse per Filium, dicitur.

23. His loquutionibus profectò Patres assignare tentant discrimen, quod Pater & Filius habent virtutem producendi Spiritum Sanctum: Nō quidem, quod Spiritus Sanctus minus plenè, vel minus perfectè procedat à Filio, quam à Patre; sed quod Filius non habeat hoc à seipso, scilicet, ut Spiritus Sanctus ab ipso procedat, sicuti hoc habet Pater à se, sed bene Filius hoc habet à Patre; quia Pater à nullo est, & Filius est à Patre: ergo Spiritus Sanctus, qui æquè perfectè simul à Patre & Filio procedit, principaliter à Patre esse per Filium, passim à Sanctis Patribus testatur.

24. Oppones primò: *Spiritus Sanctus propriè procedit de Patre;* ergo propriè non procedit de Filio. Consequentia probatur: proprium ex Arist. 1. Topic. cap. 4. est quod convenit vni soli, alioquin iam proprium non foret; sed quod Spiritus Sanctus procedat à Patre, propriè

con-

convenit Patri: ergo nequit propriè convenire Filio.

25. Respondetur, quod ly *propriè*, non dicitur contra communitatē, sed contra inproprietatem; ideoque in processione Spiritus Sancti à Patre & Filio, utriusque propriè accommodatur supposito. Vel aliter est dicendum, quod *propriè*, non denotat proprietatem sive solitudinem, sed sonat autoritatem, sicut dicebamus supra de adverbio *principaliter*. Unde, sicut Pater dicitur *principaliter* spirare, quia hoc non habet ab alio; ita etiam *propriè*, quia hanc conditionem *spirandi*, non acceptam ab alio, nulli communicat.

26. Oppones secundò: si Spiritus Sanctus procederet à Patre per Filium, produceretur simul mediata, & immediata; sed hoc repugnat: ergo non procedit à Patre per Filium. Minor probatur: mediatum, & immediatum sunt opposita; sed opposita non sunt simul vera de eodem respectu eiusdem: ergo repugnat quod Spiritus Sanctus simul producatur mediata, & immediata, sive quod procedat à Patre per Filium.

27. Respondet Divus Bonaventura negando minorem, & distinguendo maiorem probationis; mediatum, & immediatum distantia, aut differentia sunt opposita, concedo maiorem; mediatum, & immediatum ordinis, nego maiorem, & consequentiam. Dum enim dicimus, Spiritum Sanctum procedere à Patre immediate, & à Filio mediata, sive à Patre per Filium, non intelligimus mediatum, & immediatum distantia, aut differentia, quia sic opponuntur, & in divinis omnino repugnat; sed intelligimus mediatum, & immediatum ordinis, quia una persona habet ab alia quod agat, idest, Filius à Patre quod spiret, quāvis simul, & immediata ambo Spiritum Sanctum producant.

28. Sed contrà ex Philos. 1. Post. context. 13. propositio immediata est illa, quæ non est altera prior; sed æquè immediate Spiritus Sanctus procedit à Patre, ac à Filio: ergo & æquè primò, & principaliter; ac per consequens Spiritus Sanctus non procedit à Patre per Filium.

29. Respondetur, quod licet Spiritus Sanctus æquè immediate procedat à Patre & Filio quantum ad personam, quæ procedit, non tamen æquè primò immediate, & principaliter quantum ad personas à quibus procedit; quia Spiritus Sanctus procedit de Patre per Filium, sive mediante Filio, eo quod Filius non habeat hoc à seipso, sed à Patre; & quidem, cum Pater à nullo sit, & Filius sit à Patre: ergo rectè compatitur, Spiritum Sanctum æquè immediate procedere à Patre & Filio, & nihilominus Filium mediate, sive Patrem mediante Filio spirare. Et hæc de tertia, & ultima distinctionis parte satis sint dicta.

QVÆSTIONES.

30. **Q**VÆST. 1. An inter personas producentes, & productas detur verus & realis ordo prioris, & posterioris? De quo, distinctione 2. quæst. 5.

31. QVÆST. 2. An Spiritus Sanctus principaliter procedat à Patre, quam à Filio? De quo, distinctione 2. quæst. 5.

32. QVÆST. 3. An Spiritus Sanctus sit minor Patre & Filio, aut æqualis ipsis? De quo, distinctione 2. quæst. 5. & distinct. 9. quæst. 5.

33. QVÆST. 4. An Spiritus Sanctus sit posterior Patre & Filio? De quo, distinctione 2. quæst. 5.

34. QVÆST. 5. An processio Filij anteverterat Spiritus Sancti processionem? De quo, distinctione 2. quæst. 5.

DE DIFFERENTIA PROCESSIONIS, ET GENERATIONIS IN DIVINIS. DISTINCTIONIS DECIMÆ-TERTIÆ Synopsis.

*Quāvis accipiat naturam flamen eandem
Cum nato, natus non tamen esse potest.*

Sic incipit: *Post haec considerandum est, &c.*

Sic terminat: *Vbique ponit non natum.*

1. **C**ONNECTITVR hæc decima tertia distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de ordine processionis Spiritus Sancti; sed in præsenti ostendit discrimen processionis, & generationis in divinis: ergo rectam methodum præfatæ servant distinctiones.

2. Consequentia probatur: prius est statuere utriusque productionis seriem, nempe generationem Filij, & Spiritus Sancti processionem, quam de earum discrimine agitare; sed Magister in præsenti distinctione de generationis, & processionis discrimine agit, postquam in superioribus de principio, modo, & ordine processionis Spiritus Sancti disseruit: igitur hæc antecedenti rectè congruit distinctioni.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister demonstrat, quod Spiritus Sanctus non procedat à Patre & Filio, vt eorum Filius. In secundâ verò ostendit differentiam inter generationem, & processionem. In tertiâ autem, & ultimâ parte declarat, qualiter Spiritus Sanctus non debeat dici genitus, vel ingenitus.

4. PRO PRIM. E ergo partis declaratione, hæc proponitur conclusio: *Spiritus Sanctus procedens simul à Paire & Filio, nullatenus illorum Filius est dicendus.* Quæ sic summationem ostendit: illud, quod posito, sequeretur tanta absurditas, scilicet, inter Deum Patrem, & Deum Filium aliquid nasci à duobus, vt à Patre, & Matre, à nullo Catholico est tenendum; sed hoc necessariò sequeretur, si Spiritus Sanctus procederet à Patre & Filio, vt eorum Filius: ergo quod Spiritus Sanctus procedat simul à Patre & Filio, vt eorum Filius, nullatenus à Catholico est affirmandum.

5. Major ex terminis patet. Minorem probat Magister in litterâ authoritate Divi Augustini lib. 15. de Trinit. cap. 27. respondentis huic quæstiōni: Cūr Spiritus Sanctus non dicitur esse natus, vel Filius, cùm tamen sit de substantiâ Patris, ita bene sicut Filius?

6. Respondet autem Augustinus his verbis: *si Spiritus Sanctus Filius diceretur, amborum utique Filius diceretur, quod absurdissimum est. Filius quippe nullus est duorum, nisi Patris, & Matris.* Absit autem vt inter Deum Patrem, & Deum Filium tale aliquid suspicemur. Ergo Spiritus Sanctus procedens simul à Patre & Filio, nullatenus illorum Filius est enuntiandus.

7. Sic perficitur probatio ex Augustini authoritate: si Spiritus Sanctus quia procedit à Patre, foret genitus ab ipso, etiā quia procedit à Filio, foret genitus à Filio: ergo non minus esset Filius Patris, ac Filius Filij; sed Spiritus Sanctus nequit dici Filius Filij: ergo nec Filius Patris. Minor probatur: nullus est Filius duorum Patrum; sed duorum, quorum alter sit Pater, & altera Mater; sed inter Deum Patrem, & Deum Filium suspicari, unum esse Patrem, & alium Matrem in processione Spiritus Sancti, reverâ foret absurdissimum, & à Fidelium auribus alienum: ergo Spiritus Sanctus nequit dici Filius Filij: ergo nec amborum Filius, quāvis ab utroque procedat.

8. Sed oppones: Spiritus Sanctus ex vi suæ processionis evadit similis in naturâ principio producenti; sed quod simile evadit in naturâ principio producenti ex vi productionis, est verè genitum, & propriè Filius: ergo si Spiritus Sanctus simul procedit à Patre & Filio, verè ac propriè erit eorum Filius.

9. Respondetur, quod ad generationem non sufficit similitudo in natura ex vi productionis; sed ultra requiritur similitudo ex vi principiis productivi, sive quod sit origo naturalis in similitudinem naturae, evadatque similis ut similis. Unde, et si Spiritus Sanctus sit similis in natura Patri & Filio, cum tamen non sit similis ex vi principiis productivi, sive origo naturalis, eo quod per voluntatem, & non per intellectum procedat, idcirco nec Filius, nec genitus est appellandus.

10. PRO SECUNDÆ verò partis expositione, hoc ponitur theorema: *Modus quo Filius procedit à solo Patre, distinguitur à modo, quod Spiritus Sanctus procedit ab utroque.* Quod probans Magister in littera, inquirit: Si Filius in divinis non solum dicitur genitus, sed etiam procedens, ut ex Ioan. cap. 16. explesè habetur: *Ego ex Deo processi, & veni in mundum, quare Spiritus Sanctus tantum dicitur procedens, & non genitus?*

11. Respondet Magister ex Augustino lib. 5. de Trinit. cap. 14. quod licet uterque ipsorum, nām Filius, quam Spiritus Sanctus procedat à Patre, tamen diverso modo; nām Filius procedit per modum naturae; & Spiritus Sanctus per modum voluntatis. Modò sic; sed quod procedit per modum naturae, dicitur genitum, & procedens; & quod procedit per modum voluntatis, dicitur procedens, & non genitum: ergo quāvis Filius & Spiritus Sanctus procedant à Patre; tamen diversus procedendi modus efficit, ut Filius dicitur genitus, & procedens; & Spiritus Sanctus solum procedens, & non genitus.

12. Minor quoad primam partem probatur: omne quod generatur procedit, non est contraria, omne quod procedit generatur; sicuti omne quod creatur producitur; non vero omne quod producitur creatur; quia sicut producere est commune creari, & edifici; sic procedere censetur commune generari, & non generari; sed quod procedit ut natum, sive per modum naturae, est genitum, & procedens, eo quod sit *origo naturalis viventis à vivente, &c.* ergo cum omne genitum sit procedens, Filius in divinis necessariò erit genitus, & procedens, quia per modum naturae procedit.

13. Quoad secundam partem sic etiam probatur: non omne quod procedit generatur, etiam si procedat omne quod generatur; sicut non omne quod bipes est, homo est, quāvis bipes sit omnis, qui homo est; immo nihil quod per voluntatem procedit generatur: ergo quod procedit per modum voluntatis, non erit genitum, sed procedens.

14. Antecedens suadetur: quod per voluntatem procedit, non est origo naturalis, sed libera; sed quod non est origo naturalis, sed libera,

genitum non est, sed tantum procedens: igitur nihil quod per voluntatem procedit generatur; sed Spiritus Sanctus procedit per modum voluntatis; & per modum naturae Filius: ergo quanvis ambo à Patre procedant; tamen ex diverso modo procedendi debet desumi, quod Filius sit genitus, & procedens; Spiritus Sanctus vero solum procedens, & non genitus.

15. Præterea Magister aliam Filij, & Spiritus Sancti assignat diversitatis rationem, videlicet, Filium à solo Patre procedere, & Spiritum Sanctum à Patre & Filio; sed procedere ab uno, & procedere à duobus simul, diversum denotat procedendi modum: ergo quod Spiritus Sanctus tantum sit procedens, & non genitus; & Filius simul procedens, & genitus, satis superque poterit deduci ex distincto eorum procedendi modo.

16. His demum hoc annexit Magister discriminem, quippe, quod creatura non sufficit ad perfectam generationis, & processionis differentiam expendendam, quia vitaque ineffabilis est. Sic expressis verbis totum examinit Augustinus assumptum lib. 3. ad Maxim. cap. 14. Hoc scio, inquit, distinguere autem inter illam generationem, & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio; quia & illa, & ista est ineffabilis: sicut Propheta de Filio loquens, ait: Generationem eius quis enarrabit? Ergo cum id ipsum de Spiritu Sancto verissime enuntiari possit, scilicet, Processionem eius quis enarrabit? Recte deducitur, Mysterium hoc à creaturis penitus inscrutabile fore.

17. Sed contra: videtur quod talis ignorantia sit peccatum: ergo non bene de discrimine inter generationem Filij, & Spiritus Sancti processionem affatur Augustinus. Antecedens probatur: distinctio personarum est de necessitate fidei, & salutis; sed qui ignorat ea, quae sunt de necessitate fidei, & salutis, damnableiter ignorat: ergo videtur quod talis ignorantia sit peccatum, & quod Augustinus de hac re non recte loquatur.

18. Responderet D. Bonaventura, quod scire, bifariam valet usurpari, nempe quoad an est, & quoad quid est. Primo modo scire, seu credere distinctionem inter generationem, & processionem, quanvis censeatur de necessitate fidei, & salutis, revera est scire largè sumptum: At autem scire quoad quid est, non pertinet ad statum meriti, sed præmij; & de hac scientia loquitur hic Magister cum Augustino. Quamobrem tria notata digna circa hanc rem profectò nobis obtulit Augustinus: Nescio, quantum ad habitum scientiae: Non valeo, quantum ad ingenium: Non sufficio, quantum ad utrumque. Et hæc de secundâ parte litteræ distinctionis sufficientia.

19. PRO TERTI.E , & vltimæ distinctionis partis declaracione, hoc aliud apponitur assertum: *Spiritum Sanctum esse genitum, vel ingenitum, apud Orthodoxos firmiter esse negandum.* Quod sic probatur: illud, quò concessio, sequeretur, aut duos esse Patres, aut duos esse Filios in divinis, apud Catholicos firmiter est negandum; sed si Spiritus Sanctus foret genitus, vel ingenitus, sequeretur, aut duos esse Patres, aut duos esse Filios in divinis: ergo *Spiritum Sanctum genitum, aut ingenitum fore, apud Catholicos firmiter est negandum.*

20. Maior ex terminis sufficienter habetur. Minorem verò probans Magister in litterâ, inquirit: *Si Spiritus Sanctus non est genitus, an debet dici ingenitus?* Et respondet his Augustini verbis ad Orosium in *Dialog. q.2.* *Spiritum Sanctum nec genitum, nec ingenitum fides certa declarat; quia si dixerimus ingenitum, duos Patres videbimur affirmare; si autem genitum, duos credere Filios culpamur.* Ergo.

21. Sic perficitu ex præfatâ authoritate probatio: si Spiritus Sanctus foret ingenitus, proculdubio esset Pater; quia secundum tritum Scholarum disputandi modum, solum pro persona Patris accipitur ingenitus. ergo duos in divinis merito veneraremur Patres, si Spiritus Sanctus ingenitus foret. Deinde, si Spiritus Sanctus esset genitus, sanè Filius diceretur; quia procederet ut natus, seu per modum naturæ; & non ut datus, seu per voluntatem. ergo duo in divinis annumerarentur Filii, si Spiritus Sanctus esset genitus: ergo apud Orthodoxos firmiter est negandum, *Spiritum Sanctum esse genitum, aut ingenitum.*

22. Sed oppones primò ex Hieronymo in *Regul. defens. contra Hæret.* afferente: *Spiritum Sanctum non esse Patrem, sed ingenitum;* sed Augustinus sustinet, *Spiritum Sanctum non esse ingenitum:* ergo cum ingenitum, & non ingenitum contradictione opponantur, porrò vnum ex Augustini, aut Hieronymi testimonij erit necessariò verum, & aliud falsum.

23. Respondet Magister, utrumque Doctorem perbellè alloquutum penes duplēm diversam nominis *ingenitus*, acceptionem. Primo enim accipitur prout importat negationem omnis processionis. Secundo, prout indicit negationem solius generationis. In prima significatione non dicitur Spiritus Sanctus ingenitus, sed solus Pater, quia à nullo procedit; & in hoc solum sensu negatur à D. Augustino, *Spiritum Sanctum ingenitum fore.* In secundâ verò acceptione potest admitti ingenitus, quia Spiritus Sanctus non est genitus, & sic à Beato Hieronymo usurpatur.

24. Oppones secundò: omne quod existit, aut est genitum, aut

ingenitum, aut factum; sed Spiritus Sanctus existit, & non genitus, cum hoc sit proprium Filij; nec factus, eò quod coeternus sit Patri & Filio: ergo est ingenitus.

25. Respondet Magister negando maiorem, & consequentiam; quia Spiritus Sanctus est non sit genitus, aut factus, non sequitur quod sit ingenitus, sed procedens. Vel solum ingenitus erit in Hieronymiano sensu, propter negationem importat solius generationis; non vero prout dicit negationem omnis processionis.

26. Quod autem in hoc sit expendendus sensu Hieronymus, constat ex distinctionis littera, vbi rerum omnium ex ipso divisionem adducit Magister. Ait enim, aliud est quod nec natum est, nec factum, ut Pater in divinis: Aliud quod natum est, & non factum, ut Filius: Aliud quod nec natum est, nec factum, sed procedens, ut Spiritus Sanctus: Aliud quod factum est, & non natum, ut Cœlum, terra, ceteraque insensibilia: Aliud quod factum est, & natum, & renatum, ut homo: Aliud tandem quod factum est, & natum, sed non renatum, ut animantia bruta. Ecce his verbis ostendit Hieronymus, se ingenitum accepisse non genitum. Aliter enim esset præmissa divisio vera, scilicet, omne quod est, aut ingenitum est, aut genitum, aut factum: ergo ingenitus hic pro non genito usurpatur.

27. Oppones tertio: plus distat à ratione generationis Spiritus Sanctus, quam Pater, quia Pater generat, et si non generetur; Spiritus Sanctus vero nec generat, nec generatur: ergo æquè bene eliminatur generationis ratio à Spiritu Sancto, ac à Patre: ergo sicut Pater dicitur ingenitus, sic & Spiritus Sanctus.

28. Respondetur cum Seraphico Doctore, quod licet æquè bene generationem arceamus à Patre & Spiritu Sancto; non tamen sicut Pater dicitur ingenitus, sic & Spiritus Sanctus. Nam Spiritus Sanctus appellatur ingenitus privative, sive per negationem solius generationis: At Pater non solum quia non genitus dicitur ingenitus, sed propriissime quod ipse a nullo procedat, & ab ipso alij: ergo non sicut Pater dicitur ingenitus, sic & Spiritus Sanctus. Idipsum tenendum est de essentiâ divinâ, proportione servata. Et hæc de tertia, & ultima parte litteræ textus satis fint dicta.

Q VÆ S T I O N E S.

29. QVÆST. 1. An Spiritus Sancti processio sit generatio? De quo distinctione 2. quæst. 6.

30. QVÆST. 2. An, & cur processio Filij sit generatio, & non Spiritus Sancti processio? De quo, distinctione 2. quæst. 6.

QVÆ-

31. QVÆST. 3. An ingenitum, & innascibile sit nomen commune Patri & Spiritui Sancto? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 13. q. 1. art. 4. & dist. 28. q. 1. art. 1. & 1. p. q. 33 art. 4. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 86. a p. 378. & dist. 87. a p. 409. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 8. art. 1. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 38. disp. 15. art. 1. Portugal tom. 1. lib. 4. cap. 53. p. 2. Lumbier de Trinit. disp. 13. q. 12. art. 3. Contenson tom. 2. dist. 4. cap. 1. specul. 3. Salmant. tom. 2. tract. 6. q. 33. art. 4. Labat tom. 2. disp. 4. dub. 1.

32. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 28. q. 1. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 1. q. 2. Macedo in 1. Collat. 8. diff. 3. sect. 1. Poncius in Comment. tom. 1. disp. 28. q. 1. Felix de Trinit. cap. 5. diff. 1. dub. 3. Merin. tom. 1. disp. 4. q. 1. Aquila in 1. dist. 28. q. 1. Berulle tom. 2. disp. 1. p. 2. q. 1. Smisung. de Deo Trino. disp. 2. q. 6. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 5. q. 5. Faber in 1. dist. 28. q. 1. disp. 49. Marius tom. 1. disp. 6. q. 1. & 2. Lychetus in 1. dist. 28. art. 1.

33. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 8. de Trinit. cap. 2. Amicus tom. 1. disp. 25. sect. 2. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 4. q. 7. Borrull de Trinit. disp. 15. sect. 3. Mart. Perez de Trinit. disp. 13. sect. 4. Avendaño tom. 2. sect. 23. problem. 3. a §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 13. q. 4. art. 1. & dist. 28. q. 1. Caspens. disp. 6. sect. 2. nu. 22. Coriolan. q. 33. art. 3. Baudun. q. 33. in calce. Longus q. 32. art. 4. Fuliens. lib. 2. cap. 4. resol. 3. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 8. q. 2.

34. QVÆST. 4. An ingenitum pro formalí dicat aliquid positivum, aut negativum? De quo, distinctione 5. quæst. 5.

35. QVÆST. 5. An Christus Dominus, ut homo, sit Filius naturalis, proprius, aut adoptivus Dei? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 3. dist. 10. q. 2. art. 2. & p. 3. q. 23. art. 4. Godoy 3. p. tom. 3. disp. 52. 53. & 54. §. 1. Gonetus tom. 4. tract. 1. de Incarn. disp. 23. art. 1. & 2. Lumbier de Incarn. q. 38. art. 1. & seqq. Orland. disp. 11. Bonespes disp. 14. Hieronym. Perez in Opuscul. Monoësti per tot. Labat tom. 5. tract. 1. disp. 7. dub. 3. Ioan. à S. Thomâ 3. p. tom. 1. q. 20. disp. 19. art. 2. & seqq.

36. Ex Subtili Scholâ Scotus in 3. dist. 10. q. vnic. Perez Lopez in 3. dist. 3. q. vnic. art. 1. & 2. Lauræa tom. 1. in 3. disp. 6. art. 4. Mastrius in 3. disp. 2. q. 5. art. 1. & 2. Frassen in 3. tract. 1. disp. 2. art. 1. q. 2. Macedo in 3. Collat. 3. diff. 3. sect. 1. 2. & seqq. Poncius in Curs. Theolog. dist. 38. q. 5. & in Comment. tom. 3. dist. 10. q. vnic. Delgadillo cap. 5. diff. vnic. dub. 4. 5. & 6. Felix de Incarn. cap. 19. diff. 1. Castillo tom. 1. disp. 17. q. 1. Lanterius de Incarn. disp. 9. Pytigian. in 3. tom. 1. disp. 10. q. vnic. art. 1. Pichon de Incarn. disp. 2. cap. 5. sect. 1. Berulle tom. 7. disp. 5. sect. 1. q. 5.

37. Ex Scholâ Eximiâ Suarez. 3. p. dist. 49. scđt. 1. 2. & seqq.
 Arriaga de Incarn. disp. 45. à scđt. 1. Delugo disp. 31. scđt. 2. Amicus
 disp. 29. scđt. 1. Aldrete disp. 86. Carleton tom. 2. disp. 60. scđt. 1. Mu-
 niesa de Incarn. disp. 9. scđt. 1. Aranda lib. 5. disp. 5. scđt. 1. 2. & 3.
 Gasp. Hurtad. disp. 15. nu. 8. Bernal disp. 65. & 66. Beccan. 3. p. tract.
 1. cap. 18. q. 4. Mart. Perez de Incarn. disp. 31. scđt. 4. & 5. Rhodès
 de Incarn. disp. 4. q. 2. scđt. 1.

38. Ex alijs D. Bonaventura in 3. dist. 10. q. 1. art. 2. Bonacina de
 Incarn. disp. 2. q. 16. punct. 3. Caspens. disp. 14. Morand. disp. 51. Petrus
 à S. Ioseph Idea Theolog. lib. 2. cap. 20. Gaudent. tom. 6. disp. 25. q. 2.

DE PROCESSIONE TEMPORALI SPIRITVS SANCTI INVISIBILI.

DISTINCTIONIS DECIMÆ-QVARTÆ Synopsis.

*Spiritum ab eterno Pater ut cum pignore spirat,
Tempore sic placito mittere vterque solet.*

Sic incipit: Preterea diligenter adnotandum est, &c.
 Sic terminat: Dare possunt Spiritum Sanctum.

1. **C**ONNECTITVR hæc decima quarta distinctio cum superiori.
 In antecedentibus distinctionibus egit Magister de processione aeternâ Spiritus Sancti, sed in praesenti determinat de eius processione temporali: ergo perbellè consonant.

2. Consequentia probatur: inter processiones Spiritus Sancti prius elucet, priusque expeditur quæ est aeterna, & ad intrâ, quam quæ est temporalis, & ad extrâ: ergo dum de illis disputat Magister, prius ab illâ, quæ est ab eterno, & ad intrâ, quam de eâ, quæ est ex tempore, sive ad extrâ debet exordium arripere; sed hunc servat ordinem Magister, quando de his determinat processionibus: ergo & distinctionum aptiorem methodum assertare videtur.

3. Dividitur praesens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, Spiritum Sanctum à Patre, & Filio simul tem-

temporaliter procedere. In secundâ verò subdit, quomodò Spiritus Sanctus detur personaliter in suorum donorum communicatione. Intertia autem , & ultimâ determinat , qualiter nulla creatura possit conferre Spiritum Sanctum, nisi solus Deus.

4. PRO PRIMÆ ergo partis declaratione , hæc ponitur conclusio: *Spiritus Sanctus à Patre , & Filio simul procedere temporaliter dicitur, dùm in creaturarum sanctificatione mittitur.* Quæ hunc in modum suadetur: Quandocunque gratia Spiritus Sancti hominibus dilargitur, tunc Spiritus Sanctus à Patre , & Filio mittitur , & procedere videtur ; sed omnis datio Spiritus Sancti creaturæ facta est temporalis : ergo dùm sic Spiritus Sanctus datur , aut mittitur , profectò procedere temporaliter dicitur.

5. Maior videtur vera. Minorem probat Magister in litterâ dicens, geminam esse Spiritus Sancti processionem, æternam scilicet , & temporalem. Æterna est ineffabilis, sive illa quâ à Patre, & Filio æternaliter, & sine tempore processit. Temporalis verò dicitur , quandò Spiritus Sanctus mittitur ad sanctificandam creaturam rationalem ; sed Spiritus Sanctus reverè mittitur ad rationalem Animam sanctificandam: ergo Spiritus Sanctus à Patre , & Filio simul procedere temporaliter dicitur, dùm in creaturarum sanctificatione mittitur.

6. Nunc primi discursus probatur minor, neimpè, quod omnis datio Spiritus Sancti creaturæ facta sit temporalis : Implicat, terminum dationis, & missionis esse temporalem ; & missionem ipsam, & datiōnem ex tempore non esse; sed terminus ad quem Spiritus Sanctus à Patre , & Filio mittitur , cuique donatur, est creatura rationalis sanctificanda, quæ ex tempore est : ergo omnis datio Spiritus Sancti creaturæ facta est temporalis; sed dùm Spiritus Sanctus donatur, & mittitur temporaliter in iustos, temporaliter procedit: ergo Spiritus Sanctus dùm à Patre , & Filio in creaturarum sanctificatione emittitur , ab utroque ex tempore procedere existimatur.

7. Quid gemino novæ legis egregio testimonio fulcitur , vbi duplex donatio visibilis Spiritus Sancti expressa est. Altera Resurrectio- nis tempore, Ioan. 20. dùm insufflans in Discipulos Iesu dixit: *Accipi- te spiritum Sanctum.* Altera post mirabilem in Cœlum Ascensionem, scilicet in die Pentecostes, dùm etiā super Discipulos linguarum sym- bolo venit ad significandam illam geminam dilectionem , nempe Dei, & proximi ; sed hæc donatio , & missio Spiritus Sancti in creaturas est quædam processio ipsius Spiritus Sancti à Patre, & Filio: ergo cum præ- fata missio , & donatio sit ex tempore, processio Spiritus Sancti à Pa-

tre, & Filio in creaturarum sanctificatione erit temporalis.

8. Confirmatur: omne donum à datore procedit in accipientem, dùm datur; sed Spiritus Sanctus ex tempore datur, quandò mittitur in creaturarum sanctificatione: ergo ex tempore procedit à datore in accipientem; sed hoc est astruere processionem temporalem Spiritus Sancti: igitur Spiritus Sanctus dùm à Patre & Filio mittitur in hominum sanctificatione, reverà temporaliter procedit.

9. Sed dices: Christus Dominus ter donavit Spiritum Sanctum Discipulis: ergo insufficienter Magister, ex Augustino, Spiritus Sancti missiones temporales deducit. Antecedens probatur: Christus D. primò dedit Discipulis Spiritum Sanctum ante suam Passionem, dùm eis dedit potestatem ejiciendi demonia, & curandi languores, Matth. 10. Secundò post Resurrectionem: *Accipite Spiritum Sanctum*, Ioan. 20. Tertiò post Ascensionem, quandò linguarum specimen referens, super Discipulos venit, Acto. 2. ergo.

10. Respondetur, Spiritus Sancti dationes, sive missiones posse bifariam numerari. Primò, quantum ad actum, & effectum, ut pañsim Doctores referunt cum Rabano; & in hoc sensu tres sanè recensentur, quia ter dedit, & quia ad tria dedit, nempe ad miraculorum operationem, peccatorum absolutionem, & infidelium conversionem: Aut possunt numerari quantum ad locum, & signatum, & sic bis duntaxat Spiritum Sanctum donavit, scilicet in terrā, & in Cœlo. In terrā ad præceptum dilectionis in proximum statuendum. In Cœlo ad commendandum affectum dilectionis ad proximum. Magister enim in hoc secundo alloquitur sensu, dùm Spiritus Sancti dationes, sive missiones enumerat.

11. Ulterius statuit Magister, quod dùm Spiritus Sanctus mittitur ad sanctificandam creaturam, tunc insimul procedit à Patre & Filio, non autem à Patre in Filium, & à Filio ad creaturam. Quod auctoritate D. Augustini lib. 15. de Trinit. cap. 27. sic expressè confirmat: *Spiritus Sanctus non de Patre procedit in Filium, & de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utroque procedit, quanvis hoc Filio Pater dederit, ut sicut de se, ita etiam de illo procedat.* Sed Spiritus Sanctus dùm ab aeterno simul procedit à Patre & Filio, non divisim à Patre in Filium procedit: ergo dùm in tempore simul ab utroque procedit ad creaturam, non divisim à Patre in Filium, & à Filio in creaturam procedit.

12. Oppones primò: non videtur rationi consonum, hic de processione temporali Spiritus Sancti agere: ergo in praesentis distinctionis elucidatione non bene Magister se gesit. Antecedens probatur: in hoc

libro differit Magister de his, quæ æternaliter Deo convenientiunt; sed hæc processio non convenit Spiritui Sancto æternaliter, sed ex tempore ergo rationi rectæ non congruit, modo de temporali processione Spiriths Sancti sciscitari.

13. Confirmatur: sicut datur processio æterna, & temporalis Spiritus Sancti; sic & generatio æterna, & temporalis Filij; sed licet Magister in hoc libro determinet de generatione æternâ Filij; tamen de temporali, non in primo, sed in tertio agit: ergo ex eò quod de processione æternâ Spiritus Sancti in hoc primo libro disputet Magister; de ipsius temporali processione in alio libro differere debet.

14. Respondet ad argumentum negando antecedens, & consequentiam; nam processio temporalis, & æterna Spiritus Sancti non solum ab eodem sunt principio, & quodammodo conformes, verum una deservit ad declarationem alterius; ideoquè incidenter ponitur hic Tractatus de processione temporali ad æternæ processionis manifestationem, quin rationi sit absolum, nec dignus censurâ Magister, dum de illâ impræsentiarum disputat.

15. Ad confirmationem respondet, non esse simile de generatione temporali Filij ad Spiritus Sancti temporalem processionem; quia æterna, & temporalis generatio non ab eodem sunt principio; & quidem, cum aeterna sit à Deo Patre, & temporalis à Matre tantum, respiciatque duas naturas, scilicet divinam, & humanam; idcirco cum in primo libro egerit Magister de divinâ, & æternâ generatione Filij, in alio debuit de humanâ, & temporali generatione pertractare.

16. Oppones secundò processio temporalis Spiritus Sancti est eius missio; sed Spiritus Sanctus est missus in linguis igneis, quas non sanctificavit, vt in sacro Pentecostes die apparuit: ergo Spiritus Sanctus non procedit à Patre & Filio ex tempore ad creaturas sanctificandas: igitur talis missio, aut processio temporalis redditur inanis.

17. Si forsitan respondeas, Spiritum Sanctum non fore missum ad linguas, sed in linguis missum ad Apostolos, quos sanctificavit. Contraria: Spiritus Sanctus missus est in Columba specie super Christum Dominum; sed nec sanctificavit Columbam, nec Christum: ergo nec Apostolos, aut iustos super quos fuit missus; proindeque irrita ostenditur eius temporalis missio.

18. Respondet Seraphicus Doctor, Magistrum hic generaliter non accepisse processionem temporalem, sed præcisè prout est idem quod missio invisibilis, in quâ donatur Spiritus Sanctus, & sanctificatur creatura. Vel dici potest, quod generaliter accepit sanctificationem. Näm

sanc*tificare tripliciter usurpari valet. Primò, dūm quis de non sancto fit sanctus per gratiam. Secundò, dūm sanctus in sanctitate, sive gratia confirmatur. Tertiò, dūm sanctus, & in gratia confirmatus manifestatur. Vnde, secundum aliquem ex his modis reperitur sanctificatio in omni Spiritu Sancti missione, ratione termini ad quem, ut innuit Magister. Quamobrem sanctificatio Christi Domini, ut argumentum intendit, continetur in tertio sanctificationis modo relato.*

19. Oppones tertio: Spiritus Sancti processio, & eius spiratio idem sunt; sed aliqua Spiritus Sancti spiratio non dicitur ex tempore: ergo nulla Spiritus Sancti processio evadit temporalis.

20. Respondeatur negando consequentiam. Quāvis enim nulla spiratio dicatur temporalis, quia hoc nomen *spiratio*, nullum importat respectum ad terminum, in quem fit processio; tamen missio, aut processio Spiritus Sancti nuncupatur temporalis, eo quod nomen *processio*, taliter exprimat respectum: ergo quāvis spiratio, & processio in re sint idem, dummodo in voce differant, valet dici de processione quod sit ex tempore, secus de spiratione. Et hæc de primâ parte litteræ distinctionis sufficient.

21. PRO SECUNDÆ partis distinctionis expositione, en aliud theorema: *Spiritus Sanctus datur personaliter cum suorum donorum distributione.* Quod sic equidem probatur: extenuis Spiritus Sanctus mittitur & datur, quatenus in Sacra Scriptura, secundum expositionem Sanctorum Patrum, mitti & dari manifestè affirmatur; sed in Sacra Scriptura manifestè affirmatur, Spiritum Sanctum donari nobis una cum suis donis: igitur Spiritus Sanctus datur personaliter una cum suorum donorum distributione.

22. Maior claret ex terminis. Minorem probat Magister in litterâ, dūm quosdam refutat Doctores, asserentes, Spiritum Sanctum nunquam personaliter donari hominibus, sed dona eius, quæ non sunt ipse Spiritus Sanctus; proindeque duplē non esse processionem personalem Spiritus Sancti à Patre & Filio. Quod primò ostendit ex Augustino lib. 15. de Trinit. cap. 26. dicente: *Eundem Spiritum Sanctum datum, cum insufflasset Iesus, ambigere non debemus.*

23. Secundò ex Ambrosio lib. 1. de Spirit. S. sic alloquente: *Licet multi dicantur Spiritus, unus est tamen Spiritus Dei. Ipsum ergo unum Spiritum & Apostoli, & Prophetæ Iuni consueverunt. Tertiò ex Apostolo ad Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum Sanctum, qui datus est nobis. Ergo Spiritus Sanctus, qui tertia Trinitatis persona est, mittitur & datur personaliter hominibus una cum suis gratiarum donis.*

Quar-

24. Quartò ex his authoritatibus evidens conficitur theorematis probatio: vñus & idem Spiritus datur omnibus Apostolis, Prophetis, & Iustis; sed omnibus ijs vna & eadem gratia creata non confertur: ergo quia gratia creata distincta est ab ipso Spiritu Sancto: ergo necessariò Spiritus Sanctus personaliter mittitur & datur hominibus vna cum gratia sanctificante. Consequentia ultima probatur: Apostolis, Prophetis, & Iustis omnibus, non solum vñus & idem Spiritus datur, sed etiā gratia creata pro meritorum inæqualitate; sed gratia creata, quæ ipsis confertur, distincta est à personâ Spiritus Sancti: ergo quia Spiritus Sanctus quoad suam personam, & substantiam mittitur & datur hominibus simul cum gratiâ creatâ.

25. Quintò, idipsum vltiem ratione ostenditur: Spiritus Sanctus personaliter est amor, & primus amor; sed amor est donum primum, in quo alia dona donantur: ergo cùm posterius sine priori nunquam assignari valeat, non poterunt dona Spiritus Sancti donari, quin simul ipse Spiritus Sanctus nobis personaliter donetur.

26. Confirmatur: Spiritus Sanctus est personaliter donum, eò quòd procedat vt datus; sed eo ipso dicitur donum, quia datur: ergo cùm personaliter sit donum, personaliter mittitur & datur hominibus vna cum omnibus gratiarum donis.

27. Sed oppones: omne quod datur, post donationem manet in potestate accipientis; sed Spiritus Sanctus sub nullâ creatâ potestate contineri valet: ergo Spiritus Sanctus nequit procedere, aut temporaliter dari.

28. Respondeatur, quòd non omne quod datur, manet sub accipientis potestate, si id non donetur vt subserviens, quemadmodum equis donatur militi. Plura enim alia dantur, quæ sub accipientis potestate non manent, vt præmium aeternum merenti, gratia consentienti: Vnde, cùm Spiritus Sanctus non detur, aut mittatur vt subserviens, non est in potestate accipientis. Donatur tamen vt præmium, & gratia Iustis, itâ vt habentes Spiritum Sanctum, habeant, & habeantur. Quapropter homo iustus habetur à gratiâ, & habetur ab ipso dono quòd fruitur.

29. PRO TERTIÆ tandem, & ultimæ partis declaratione, hæc alia ponitur conclusio: *Spiritus Sanctus à nullâ creaturâ, quâvis sanctitate polleat, conferri potest, nisi instrumentaliter.* Quæ itâ suudetur: si aliqua creatura, quantumcunque sancta, posset Spiritum Sanctum conferre, sequeretur, Creatorem à creaturâ procedere; sed Creatorem à creaturâ procedere, omnino repugnat: ergo Spiritus Sanctus à nullâ creaturâ conferri potest.

30. Sequela Maioris probatur: datio Spiritus Sancti non est aliud, quam eius processio, ut expendimus suprà: ergo si creatura aliqua posset Spiritum Sanctum conferre, Creator sive Spiritus Sanctus à creaturâ procederet; sed consequens est falsum, immo prorsus impossibile: ergo & illud ex quo sequitur: igitur à nullâ creaturâ, quâvis sanctitate fulgeat, valet Spiritus Sanctus conferri.

31. Quam rationem Magister immiscens, inquirit, an Viri sancti possint Spiritum Sanctum donare? Et respondet negativè ob rationem datam; quia tunc Spiritus Sanctus procederet à creaturâ, quod nefas est dicere. Insuper, quia nullibi legitur in primitivâ Ecclesiâ, quandò etiam Viri sanctissimi florebant, quod tribuissent Spiritum Sanctum; sed bene legitur, ipsos pro aliquibus orasse, ut illi, quibus manus imponebant, reciperent Spiritum Sanctum: ergo à nullâ creaturâ conferri valet Spiritus Sanctus, etiam si eximiâ sanctitate polleat.

32. Quod venustè confirmat Magister in ipsâ distinctionis litterâ. Primo ex M.P. Augustino lib. 15. de Trinit. cap. 28. sic aiente: Non aliquis Discipulorum Christi dedit Spiritum Sanctum. Orabant quippe, ut veniret in eos, quibus manus imponebant, non ipsi eum dabant. Secundo, quia dum pravus ille Simon Magus obtulit pecuniam pro Spiritu Sancto lucrando, non dixit: Date mihi hanc potestatem, ut dem Spiritum Sanctum: sed præcisè dixit: Uicunque imposuero manus, accipiat Spiritum Sanctum: quia si ipsum erabuerit, potestatem conferendi Spiritum Sanctum, ut impossibile ambire: ergo quia nulla creatura ambigit, se non posse Spiritus Sancti collationem nancisci.

33. Tertiò probatur ratione: maxima Deo advenit gloria de impij iustificatione: ergo hæc ingens Dei gloria non debet alteri communicari; sed si creatura aliqua posset donare Spiritum Sanctum, alius extra Deum iustificare posset: ergo talis donatio minueret gloriam Dei, maximusque honor ipsi adimeretur, quod repugnat.

34. Confirmatur: magis est de impio facere pium, quam Cœlum, visibiliaque cuncta creare, teste Augustino tract. 27. in Ioan. Sed si potentia creandi creaturæ communicaretur, magnam iacturam Omnipotentia pateretur: ergo & magis gloria Dei minueretur, si creatura aliqua impios iustificare valeret; sed si creatura posset Spiritum Sanctum donare, posset utique & impium iustificare: ergo.

35. Sed obijctes Apostolum de se dicentem ad Galat. cap. 3. Qui tribuit vobis Spiritum Sanctum, ut operetur virtutes in vobis. Ergo videatur, Apostolum dicere se tribuisse Spiritum Sanctum: igitur creatura valet Spiritum Sanctum conferre.

36. Respondet Magister , Apostolum id dixisse , tanquam Christi ministrum, sive quod per eius prædicationem datus fuerit Spiritus Sanctus; non vero tanquam authorem, & principalem datorem, quod solum instrumentaliter donare Spiritum Sanctum, videtur sonare.

QVÆSTIONES.

37. **Q**VÆST. 1. An missio in divinis sit æterna, aut temporalis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 14. q. 1. art. 1. & dist. 15. q. 5. art. 3. & 1. p. q. 43. art. 2. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 98. & p. 782. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 13. art. 1. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 18. q. 43. art. 2. Ferre de Trinit. q. 20. §. 19. Contenson tom. 2. dissert. 6. cap. 2. specul. 1. Portugal tom. 2. lib. 6. cap. 8.

38. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 14. & 15. & 16. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 10. sect. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. vlt. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. vlt. art. 2. Merlin. tom. 1. disp. 8. q. 5. sect. 1. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 3. q. 7. Smising de Deo Trino, disp. 5. q. 1. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. vlt. q. 9. Berming. q. 43. art. 2.

39. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 12. de Trinit. cap. 1. Amicus tom. 1. disp. 28. sect. 1. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 9. q. 3. Arriaga disp. 55. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 20. sect. 2. Mart. Perez disp. 19. sect. 3. Rhodès disp. 6. q. 4. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 15. art. 1. q. 2. Caspens. disp. 9. sect. 3. Coriolan. q. 43. art. 4. Forestus fol. 646. Baudun. q. 43. art. 1. disp. 1. Morand. q. 38. nu. 655. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 15. q. 2. Blasco tom. 2. dist. 127. q. 2. art. 2.

40. **Q**VÆST. 2. An Charitas infusa Iustis sit donum creatum à Spiritu Sancto distinctum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 17. q. 1. art. 1. & 2. & q. 5. de Creat. Spirit. art. 1. Gonet tom. 4. tract. 8. disp. 2. art. 2. & tract. 10. disp. 10. art. 2. Ferre tract. 9 de Grat. q. 10. §. 1. & 3. & tract. 4. de Charit. q. 5. §. 1. Ioan. de Neapoli q. 1. punt. 1. Contenson tom. 5. lib. 8. dissert. 4. cap. 1. specul. 1. Labat tom. 4. tract. 2. disp. 2. dub. 1.

41. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 17. q. 1. Brancat. tom. 4. disp. 6. de Charit. art. 2. Frassen in 3. tract. 2. disp. 2. art. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 22. de Charit. q. 2. & disp. 34. de Grat. q. 1. & in Comment. t. m. 1. dist. 17. q. 1. Castillo tom. 2. disp. 2. q. 1. Felix de Grat. cap. 6. diff. 1. Pitygian. in 3. tom. 2. dist. 17. q. vnit. art. 1. Durand tom. 3. tract. de Grat. disp. 2. q. 1. Sannig tom. 2. tract. 4. dist. 1. q. 2. Lychetus in 1. dist. 17. q. 1. & 2. Aquila in 1. dist. 17. q. 1. Pichon de Charit. disp. 1. cap. 3. sect. 1. diff. 2.

42. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. proleg. 3. de Grat. cap. 3. & 3. p. disp. 3. de Charit. sect. 1. Amicus de Grat. disp. 29. sect. 1. Oviedus de Charit. Controv. 1. punct. 3. Carleton tom. 2. disp. 35. sect. 1. & tom. 1. disp. 121. sect. 1. & 2. Maurus tract. 3. de Grat. q. 29. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 17. art. 1. q. 1. Abelly de Deo, tract. 6. cap. 4. sect. 1. Gaudent. tom. 5. disp. 8. de Charit. q. 4. & tom. 4. tract. de Grat. disp. 3. q. 1. Fuliens. lib. 4. cap. 8. resol. 1.

43. QVÆST. 3. An Charitas, & cetera alia dona superna creentur, aut educantur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 27. de Verit. art. 3. ad 9. & 1. 2. q. 113. art. 9. Gonetus tom. 4. tract. 8. de Grat. disp. 4. art. 2. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 44. disp. 18. art. 3. & in Phis. q. 4. art. 2. Dominicus Linze tom. 4. Philos. lib. 1. q. 4. art. 5. Lerma lib. 1. q. 15. nu. 5. Bayona lib. 1. Phis. q. 4. art. 5. Ferre tract. 15. de Creat. q. 2. §. 2. Araúxo 1. 2. q. 112. art. 5. dub. 2. Conclus. 1. Greg. Martinez 1. 2. q. 112. art. 1. dub. 4. Conclus. 2. Martinez Prado in Metaph. Controv. 4. art. 5. §. 3. Froylanus in Philos. q. 5. art. 2.

44. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 17. & in 2. dist. 7. & in 4. dist. 1. q. 4. & 5. Mastrius in 2. disp. 1. q. 2. art. 1. & tom. 2. Philos. disp. 3. q. 5. art. 2. Frassen in 3. tract. 2. disp. 2. art. 2. q. 2. Castillo tom. 2. tract. 2. de Charit. disp. 3. q. 6. Carriere tom. 2. tract. 2. de Grat. q. 2. Merin. in Phis. disp. 4. q. 4. sect. 2. Briceño tom. 2. Controv. 12. art. 4. & tom. 1. Controv. 9. art. 1. Lanterius de Fide, disp. 3. docum. 12. propos. 1. Felix de Grat. cap. 6. diff. 4. Et in Nostro Athenæo, q. 4. art. 6. & 7. p. 110.

45. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 8. cap. 2. & 3. p. tons. 3. disp. 9. sect. 1. Arriaga disp. 3. Phis. sect. 4. nu. 38. Oviedus Controv. 13. Phis. punct. 1. 2. & seqq. Hurtadus disp. 12. Phis. sect. 5. & 6. Ruvius lib. 1. Phis. tract. 2. q. 2. nu. 29. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 26. art. 1. q. 2. & 4. Gaudent. tom. 4. tract. 5. de Grat. disp. 2. q. 5. Fuliens. lib. 6. cap. 9. resol. 2.

46. QVÆST. 4. An Gratia, & Charitatis habitus realiter distinguuntur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. q. 113. art. 3. Gonetus tom. 4. tract. 8. de Grat. disp. 2. art. 6. Ferre tract. 9. de Grat. q. 10. §. 16. Carrasco p. 5 dub. 4. resol. vnic. Greg. Martinez 1. 2. q. 113. art. 1. dub. 3. Embun tract. 11. dist. 55. q. 2. art. 6. Labat tom. 4. tract. 2. disp. 2. dub. 2.

47. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 27. q. vnic. Mastrius in 2. disp. 7. q. 6. art. 1. Brancat. tom. 4. disp. 6. de Charit. art. 5. & disp. 18. art. 3. Macedo tom. 2. tract. de Grat. Collat. 7. diff. 2. sect. 1. 2. & 3. Poncius in Curs. Theolog. disp. 34. de Grat. q. 2. Frassen in 3. tract. 2. disp.

disp. 2. art. 1. q. 2. Rada tom. 2. Controv. 14. art. 1. Castillo tom. 2. tract. de Charit. disp. 3. q. 4. Durand tom. 3. tract. de Grat. disp. 2. q. 5. Felix de Grat. cap. 6. diff. 2. dub. 1. & 2. Sannig tom. 2. tract. 4. dist. 1. q. 1. Boyvin tom. 2. cap. vlt. q. 2.

48. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 6. de Grat. cap. 12. Amicus de Grat. disp. 29. sett. 3. Oviedus de Grat. Controv. 1. punct. 6. Maurus de Grat. tract. 3. q. 27. Esparza de Iustificat. q. 5. Carleton tom. 1. disp. 125. sett. 1. & 2. Rhôdes disp. 3. de Grat. q. 1. sett. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 3. dist. 27. art. 1. q. 3. Caramuel in Theolog. Fundam. fund. 49. Caspens. tract. de Grat. disp. 2. sett. 3. Abelly de Deo, tract. 6. cap. 4. sett. 4. Pasqualig. disp. 7. sett. 4. Morand. tract. 4. q. 9. Gaudent. tom. 4. tract. 5. de Grat. disp. 2. q. 3.

49. QVÆST. 5. An creatura aliqua possit esse causa phisica principalis instrumentalis gratiæ sanctificantis? Ex Angelicâ Scholâ Divus Thomas q. 27. de Verit. art. 3. & 1. p. q. 45. art. 5. Gonet tom. 4. tract. 3. disp. 4. art. 1. Ferre tract. 15. de Creat. q. 3. §. 6. & tract. 9. de Grat. q. 13. Contenson tom. 2. lib. 4. dissert. 1. cap. 2. specul. 3. Carrasco p. 5. de Grat. dub. 5. resol. 1. Labat tom. 4. tract. 2. disp. 4. dub. 1.

50. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 1. q. 1. 4. & 5. Branicat. tom. 4. disp. 18. de Grat. art. 4. Pitygian. in 4. tom. 1. dist. 1. q. 1. art. 8. 9. & 10. Angles in 2. dist. 26. q. 3. diff. 1. Felix de Grat. cap. 6. diff. 3. Lanterius de Fide. disp. 3. Durand tom. 3. tract. de Grat. disp. 4. q. 1. Sannig tom. 1. tract. 4. dist. 1. q. 4. Pichon de Charit. disp. 1. cap. 3. sett. 5.

51. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 8. de Grat. cap. 3. disp. 20. Metaph. sett. 3. Amicus de Grat. disp. 30. sett. 10. Oviedus Controv. 13. Phis. punct. 4. num. 10. Carleton disp. 41. Phis. sett. 6. Hurtadus disp. 17. Phis. sett. 7. Arriaga disp. 11. Phis. sett. 5. a nu. 97. Echalaz tract. 3. disp. 24. cap. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 1. q. 1. & art. 2. q. 2. Gaudent. tract. 3. de Ang. q. 5. Castro Vetro lib. 2. Phis. q. 10. Fuliens. lib. 6. cap. 9.



DE PRINCIPIO TEMPORALIS PROCESSIONIS
 SPIRITVS SANCTI IN PERSONIS INCREATIS.
 DISTINCTIONIS DECIMÆ-QVINTÆ
 Synopsis.

*Quandò creaturam sacro aspiramine mundas,
 Se dat muneribus Spiritus ipse suis.*

Sic incipit: *Hic considerandum est.*
 Sic terminat: *Et quibus modis mittatur.*

1. **C**ONNECTITVR hæc decima quinta distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de principio temporalis processionis Spiritus Sancti, scilicet, quâ datur à Patre & Filio; sed in præsenti determinat, an Spiritus Sanctus etiâm à seipso detur, aut mittatur: ergo rectè processit.

2. Consequentia probatur: priùs est statuere processionem temporalis Spiritus Sancti à Patre & Filio, à quibus etiâm æternaliter procedit, quâm inquirere, an à seipso etiâm ex tempore procedat; aliter à recto disputationis scopo penitus deviaret Magister; sed in superiori distinctione probat, Spiritum Sanctum procedere temporaliter à Patre & Filio, sive mitti & donari ab utroque: ergo in præsenti inquirere, vtrum à seipso Spiritus Sanctus mittatur & detur, proculdubio in conventionis serie consentaneè videtur procedere.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In primâ ostendit Magister, Spiritum Sanctum non solum à Patre & Filio, sed etiâm à seipso temporaliter mitti & dari. In secundâ verò statuit, Filium etiâm quandòque invisibiliter mitti. In tertîâ autem, & ultimâ parte Patrem non posse dici missum, declarat.

4. PRO PRIMÆ igitur partis textûs declaratione, en primum theorema: *Spiritus Sanctus sanctificando creaturam, non solum à Patre & Filio, sed etiâm à seipso temporaliter mittitur, & procedit.* Quod sic ostenditur: Opera Trinitatis, scilicet, Patris, Filij, & Spiritus Sancti ad extra, sunt indivisa; sed processio, & missio ad sanctificandam creatu-

ram, est opus Trinitatis ad extra: ergo est à totâ Trinitate; ac per consequens non solum à Patre & Filio, sed etiâm à seipso Spiritus Sanctus temporaliter mittitur, & procedit.

5. Huius probationis gravissimam rationem Magister explicat in textu, inquirendo, an Spiritus Sanctus etiâm mittatur, & detur à seipso? Et respondet affirmative. Primo, quia Spiritus Sanctus est Deus, & donum: ergo dat, & datur. Dat in quantum Deus; & datur in quantum donum: ergo non solum à Patre & Filio mittitur, & datur Spiritus Sanctus temporaliter, verum à seipso mittitur, & confertur.

6. Secundò, quicquid efficit, & efficere valet una persona ad extra, efficit, & efficere potest & alia; sed Pater & Filius possunt mittere, & dare Spiritum Sanctum: ergo & ipse Spiritus Sanctus poterit seipsum mittere, & dare.

7. Tertiò, si Pater & Filius possent mittere Spiritum Sanctum, & Spiritus Sanctus non posset seipsum mittere, sequeretur, Patrem & Filium aliquid posse, quod non posset Spiritus Sanctus; sed hoc est absurdum, à verâque fide maximè aberrans: ergo Spiritus Sanctus seipsum dare, & mittere potest.

8. Quartò, id ipsum per simile de Filio ostenditur, de quo ait Divus Augustinus lib. 2. de Trinit. cap. 5. quod non tantum missus est à Patre, & Spiritu Sancto, sed etiâm à seipso: ergo si Filius missus fuit, & datus etiâm à seipso, non est merito ambigendum, Spiritum Sanctum etiâm mitti, & donari posse à seipso.

9. Oppones primo: ideo Spiritus Sanctus nequit donari à Viris sanctis, quia ab ipsis non potest procedere, vt in superiori distinctione dicebamus; sed Spiritus Sanctus nequit à seipso procedere: ergo nec poterit à seipso donari.

10. Respondetur, quod licet Spiritus Sanctus non possit à seipso procedere aeternaliter, nisi à Patre & Filio; tamen procedit à seipso ex tempore; quia cum sit opus ad extra, toti Trinitati est commune, in quo affatur sensu Magister. Spiritus Sanctus nunquam à Viris sanctis valet donari, cum nunquam sub eorum potestate sit.

11. Oppones secundò: procedere idem sonat, ac produci; sed Spiritus Sanctus procedit à se, vt in distinctione propugnatur: ergo & producitur à se, quod à cunctis Catholicis merito grave piaculum autematur.

12. Respondetur, Spiritum Sanctum à seipso procedere ex tempore, non aeternaliter, nisi à Patre & Filio, à quibus producitur. Unde, si cut non valet: Spiritus Sanctus procedit temporaliter: ergo producitur

temporaliter; sic pariter non infertur: procedit à se: ergo producitur à se.

13. Oppones tertio: missio Spiritus Sancti est ipsius Spiritus Sancti processio; sed processio Spiritus Sancti est aeterna: ergo & eius missio; ac proinde Spiritus Sanctus neque à seipso, neque à persona aliâ temporaliter missus nuncupari debet.

14. Respondeatur, quod missio temporalis Spiritus Sancti est eius processio temporalis, de quâ hic loquitur Magister. Non enim edisserit in praesenti de missione aeternâ, quâ à Patre & Filio aeternaliter, & sine tempore Spiritus Sanctus procedit, ut intendit argumentum, quod cum geminam immisceat processionem, aeternam scilicet, & temporalem, nihil probare videtur.

15. Oppones quartò: datum dicitur relativè ad dantem; sed Spiritus Sanctus non datur, nisi ab his ad quos relativè dicitur: ergo cum non dicatur relativè ad se, non poterit mitti, aut donari à seipso.

16. Respondeatur, maiorem propositionem esse veram, secundum quod dare, denotat per quandam authoritatem communicare, in quo sensu non accipitur à Magistro; sed in quantum dare, idem sonat, ac liberaliter, sive voluntarie clementem communicare: Cum ergo Spiritus Sanctus liberaliter, & voluntarie communicet, à seipso mittitur, & datur.

17. Oppones quintò: sicut Pater est prima persona in Trinitate, ante quam non est alia; sic Spiritus Sanctus est tertia, post quam non est alia; sed Pater quia non habet personam, ex qua sit, nullo modo dicitur missus: ergo cum Spiritus Sanctus non habeat personam ex se emanantem, nullo modo poterit mitti.

18. Respondeatur, instantiae vim solum multiplici terminorum acceptio inniti, quibus per pensis, facile solutioni patet aditus. Hic etenim est genuinus sensus harum vocum mutere, & mitti. Dum dicimus, haec persona mittit illam, verit hunc sensum, haec persona manifestat eius emanationem. Similiter, quando dicitur, mittitur ab illâ, est idem, ac eius emanatio manifestatur ab illâ.

19. Cum ergo ab aliquo possit esse manifestatio emanationis, à quo tamen non est ipsa emanatio, ideo non sic ponitur productio inmittente, sicut emanatio in misso: ergo et si Pater non mittatur, non sequitur quod Spiritus Sanctus non debeat mitti; siquidem Spiritus Sanctus est per personam ex se emanantem non habeat; tamen suam, & Filii emanationem valet manifestare. Et haec de prima parte sufficient.

20. PRO SECUNDÆ vero partis declaratione, en secundum theorema: Quanvis Filius solum semel in carnem a toto Trinitate fit missus, tamen nullatenus negatur passim in illibatas mentes mitti. Quod primò pro-

probat Magister in textu authoritate D. Augustini lib. 4. de Trinit. cap. 20. dicentis, quod Filius praeter generationem aeternam, duobus modis missus est, scilicet visibiliter in carnem, & invisibiliter in illibatas mentes; sed missio in carnem semel operata est; missio vero in mentem plurius: ergo est Filius solum semel in carne sit missus a tota Trinitate, nihilominus in castas mentes passim mitti, negari non valet.

21. Secundò, ferè innumeri homines modo agnoscunt Filium Dei, ipsumque diligunt; necnon praedecessores nostri agnoverunt, & dilexerunt; successoresque Christiani cognoscent, ac diligent; sed hoc est, Filium Dei invisibiliter missum in illibatas mentes ostendere: ergo Filium Dei frequenter missum in puras mentes fore, a nemine inficiari valet.

22. Quod autem Filius missus sit a tota Trinitate, probatur. Et primò, quod sit missus a Patre & Spiritu Sancto, constat ex illo Isaiae cap. 48. *Nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius.* Sed hic textus exponitur a Divo Ambroso lib. 3. de Spirit. Sanct. cap. 1. de Patre & Spiritu Sancto Filium mittentibus: ergo Filius missus est a tota Trinitate.

23. Deinde, quod Filius sit missus a seipso, etiam sic ostenditur a Magistro ex Ambroso vbi supra cap. 2. Hactenùs per Prophetam non est definitum a quo datus sit Filius: ergo necessariò erit datus, & missus gratia, & beneficio Trinitatis; sed eo ipso quod sit missus, & datus gratia, & beneficio Trinitatis, est datus, & missus a seipso: igitur Filius a seipso missus est, & a seipso processit.

24. Ecce nunc Augustini testimonium lib. 2. de Trinit. cap. 5. *For-
tasse aliquis cogat, ut dicamus etiam a seipso missum esse Filium, quia ille
Mariae conceptus, & partus, operatio Trinitatis est.* Ergo Filius non solum a Patre & Spiritu Sancto est datus, & missus, sed etiam a seipso datus, & a seipso processit.

25. Oppones primò: missio temporalis Filii ad hunc non spectat tractatum: ergo male a Magistro hic eius discussio adducitur. Antecedens probatur: missio temporalis Filii est eius Incarnatio; sed de Verbi divini Incarnatione agitur in tertio libro: ergo missio temporalis Filii ad hunc non pertinet locum; sicque non recte processit Magister de illâ hic differendo.

26. Respondeatur, Magistrum solum obiter hic de missione Filii induisse tractatum, ob Spiritus Sancti, quippe missionis explanationem; ex professo tamen de illâ in tertio duntaxat agit. Vel aliter potest a censurâ liberari Magister, dicendo, quod hic edidisset de missione Filii in mentem, principaliter; de missione vero Filii in carnem, per accidens,

vt innotescat discriumen inter vnam & aliam missionem. De illâ autem missione, quæ est in carnem, specialiter determinat in Tertio; & ideo aliter ibi, quam hic.

27. Oppones secundò: Filius est missus à Patre: ergo non à se. Consequentia probatur: ipse Filius ait de se, apud Ioan. cap. 8. *A me ipso non veni.* Ergo à seipso Filius non mittitur.

28. Responderet Augustinus lib. 2. de Trinit. cap. 5. Filium non venisse à seipso, quâ homo, secùs verò quâ Deus, sive secundum divinitatem. Vnde rectè compatitur, Filium esse missum à Patre, & simul à se, cùm vna, & eadem voluntas communis sit vtrique; quemadmodum Filium esse sanctificatum, & traditum à Patre, & simul à se, vt ipsa sacra pagina Ioan. 17. testatur.

29. Oppones tertio: omne quod mittitur, debet habere locum, in quem mittatur; sed Filius & Spiritus Sanctus non habent locum, in quē mittantur, eo quod ubique sint, iuxta illud Hieremiæ 23. *Cœlum & terram ego impleo.* Ergo Filius & Spiritus Sanctus mittuntur ad locum, vbi erant, quod repugnat.

30. Respondetur negando maiorem, & consequentiam. Näm mis-
sio non exigit necessariò novam loci acquisitionem, sed novum modum
operandi, sive novam operationem in loco; & cùm Filius & Spiritus
Sanctus nostram de novo operentur iustificationem, Filiusque novo mo-
do sit in mundo, cùm sit homo, quod anteà non erat, meritò mitti &
donari perhibetur, quin novum acquirant locum. Et hæc de secundâ
parte sufficient.

31. PRO TERTIÆ partis perspicuâ expositione, en tertium theo-
rema: *Pater convenienter non potest dici missus.* Quod in hunc suadetur
modum: qui nunquam ab alio procedit, sed omnis processionis est prin-
cipium, convenienter non potest dici missus; sed Pater à nullo procedit,
iñ omnigenæ processionis est caput, & principium: ergo Pater conve-
nienter non potest dici missus.

32. Hanc expendens rationem Magister, inquirit sedulò, quare Pa-
ter non dicatur missus? Et respondet, quod propter principij authorita-
rem, secundum quam Pater non habet de quo sit; sed missio & donatio,
quæ est temporalis processio, necessariò importat processionem aeter-
nam: ergo si Pater à nullâ personâ aeternaliter procedit, eo quod sit fons
totius Trinitatis, non poterit dici missus, aut datus.

33. Secundò, Magistri ratio amplius roboratur ex Augustino lib. 4.
de Trinit. cap. 21. dicente, nullibi se in sacro textu legisse, Patrem mis-
sum, aut datum suisse; sed solum id de Filio & Spiritu Sancto passim in
fa-

sacrâ paginâ legitur, vt nupèr expendimus: ergo quia Pater non est missus, aut datus à se, vel ab aliâ personâ.

34. Tertiò ratione ostenditur: omne mobile reducitur ad immobile: ergo & missibile ad immissibile; sed in divinis sunt personæ missibiles, utpote Filius & Spiritus Sanctus: ergo & persona immissibilis; sed non alia, nisi Pater: ergo Pater convenienter nequit dici missus.

35. His rationibus, errore in quorundam hæreticorum impiè dicentium, Filium & Spiritum Sanctum esse minores Patre, eò quod illi duo mittuntur, & Pater non mittitur, penitus exterminat Magister. Primò, expresso Augustini testimonio lib. 4. de Trinit. cap. 21. assertis: Non idè dicitur Pater virumque missus, quod ille esset maior, & isti minores; sed maximè propter principij auctoritatem commendandam. Et quia in visibili creaturâ, non sicut ille, apparuit. Ergo.

36. Secundò ex Athanasio in Symb. fid. dicente: Quod in hac Trinitate nihil datur maius, aut minus; sed totæ tres personæ coæternæ sunt, & æquales: ergo licet Pater non sit à se, vel ab aliâ personâ missus, aut datus; Filius vero & Spiritus Sanctus à se, & à Patre donentur, aut mittantur, non licet arguere, Patrem superiorem fore Filio & Spiritu Sancto.

37. Sed oppones primò: non minus mente percipitur Pater ac Filius; sed quia Filius mente creatâ percipitur, missione, saltem in visibili, mittitur: ergo cum Pater mente percipiatur creatâ, debet missione invisibili mitti.

38. Respondetur negando minorem, & consequentiam. Filius enim non solum missione invisibili mittitur, quia mente nostrâ percipitur; sed etiàm quia procedens ab alio supponitur: Cum ergo Pater à nullâ personâ procedat, impositius omnis processionis sit principium; quânis percipiatur mente creatâ, nec à se, nec ab aliâ personâ mittitur, aut donatur.

39. Oppones secundò: Pater est mittens, & non mittitur; sed quod mittit, & non mittitur, maiori pollet auctoritate, quâ illud quod mittit, & mittitur: igitur Pater maior est Filio & Spiritu Sancto.

40. Respondetur negando maiorem, & consequentiam. Näm mittere, & non mitti non denotat in Patre auctoritatem, & præstantiam, sed tantum proprietatem personalem, quâ origo est totius Trinitatis, nullam præsupponens personam priorem, à quâ procedat, & mittatur; sive Pater estò mittat, & non mittatur, non erit maior Filio, & Spiritu Sancto.

41. Oppones tertio: cum quis mittitur, revertere vñà cum eo mittitur, quod

quod inseparabiliter est ipsi coniunctum ; sed Pater est inseparabiliter coniunctus Filio: ergo dum Filius mittitur, simul & Pater mittitur.

42. Respondeatur , maiorem discursū esse veram de illā missione, quæ importat inseparationem , & simul indistinctionem ; secūs de illā, quæ solum inseparationem , & non indistinctionem dicit: Cūque Pater distinguitur à Filio ; & missio in divinis importet distinctionem , non sequitur, quid cum mittatur Filius, simul & mittatur Pater, quāvis verè ambo inseparabilitatem exprimant.

43. Oppones quartò: mittere & mitti, aut sunt æqualis nobilitatis, & præstantiæ, aut non? Si æqualis: ergo sicut de Patre enuntiatur mittere, eādem ratione poterit verificari & mitti. Si est inæqualis: ergo mittere erit maior missio; & consequenter Filius inæqualis Patri.

44. Respondeatur, eiusdem fore nobilitatis, & præstantiæ mittere & mitti. Et quāvis mitti arceatur à Patre , non quia inducat ignobilitem, sed emanationem, & subauthoritatem , quæ licet non sit ignobilis nota, tamen Patri non accommodatur ; sicut & plura alia ipsi non congruunt , vt arcana Trinitatis Mysterium intimè lustrantibus constabit; & nos suprà satis superquè diximus. Et hæc de tertiâ, & vltimâ distinctionis parte sufficiant.

Q V Æ S T I O N E S.

45. QVÆST. 1. An culibet personæ in divinis conveniat mittere, & mitti ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 15. q. 3. art. 1. & 1. p. q. 43. art. 4. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 98. à p. 740. Gonetius tom. 2. tract. 6. disp. 13. art. 1. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 19. dub. 2. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 43. disp. 17. art. 1. Lumbier de Trinit. q. 14. art. 2. & 3. Ferre de Trinit. q. 20. §. 1. & 4. Contenson tom. 2. dissert. 6. cap. 2. specul. 1.

46. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 15. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 10. sett. 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 3. q. append. Cordova in quæst. Theolog. q. 41. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. vlt. art. 3. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. vlt. & in Comment. tom. 1. dist. 14. q. vnic. Merlin. tom. 1. disp. 8. q. 5. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 13. q. vnic. Aquila in 1. dist. 15. q. 1. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 3. q. 7.

47. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 12. de Trinit. cap. 2. Amicus tom. 1. disp. 28. sett. 3. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 9. q. 2. Herrera de Trinit. q. 15. sett. 2. Mart. Perez disp. 19. sett. 1. Carleton tom. 1. disp. 62. sett. 1. Rhôdes disp. 6. de Deo, q. 4. sett. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 15. q. 3. & 4. Gaudent. tract. 2. de Trinit. disp. 15. q. 1. Abelly de Deo, tract.

3. cap. 2. sect. 7. Fulienf. lib. 2. cap. 8. resol. 2. Blasco tom. 2. dist. 127.

q. 2. art. 1.

48. QVÆST. 2. An effectus invisibilis Missionis sit semper gratia habitualis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thom. in 1. dist. 14. q. 1. art. 2. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 99. à p. 789. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 13. art. 2. Salmant. tom. 2. tract. 2. disp. 19. dub. 4. Ioan. à S. Thomâ disp. 17. art. 3. nu. 8. Lumbier de Trinit. q. 14. art. 6. Ferre de Trinit. q. 20. §. 11. Contenson tom. 2. dissert. 6. cap. 2. specul. 3. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. vlt.

49. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 14. 15. & 16. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 10. sect. 3. Cordova in quaest. Theolog. lib. 1. q. 41. Vulpes tom. 3. 1. p. disp. vlt. art. vlt. Carriere tract. de Spirit. S. q. 6. Smifing de Deo Trino. disp. 5. q. 1. Baron tom. 1. tract. de Trinit. apolog. 7. act. vlt. Felix de Trinit. cap. 9. diff. 5. dub. 2. Berming. q. 43. art. 3. Berulle tom. 2. p. 3. disp. 2. q. 1..

50. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 12. de Trinit. cap. 5. Carleton tom. 1. disp. 62. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 20. sect. 2. nu. 31. Mart. Perez de Trinit. disp. 19. sect. 6. Rhodès disp. 6. de Deo. q. 4. sect. 1. Arriaga tract. de Trinit. disp. 55. sect. 4. & 5. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 15. art. 1. q. 1. 2. & 3. Gaudent. tom. 2. de Trinit. disp. 15. q. 4 Morand. q. 38. Fulienf. lib. 2. cap. 8. resol. 3.

51. QVÆST. 3. An Spiritui Sancto conveniat visibiliter mitti? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 16. q. 1. art. 1. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 99. à p. 788. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 19. dub. 3. & q. 43. art. 7. Portugal tom. 2. lib. 6. cap. 6. Gonetus tom. 4. disp. 10. art. 3. digres. 5.

52. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 16. q. vnic. Poncius in Comment. tom. 1. dist. 16. q. 1. Herrera in 1. disp. 11. q. 19. Sosa tom. 2. dist. 16. q. vnic. Carriere tract. de Trinit. q. 40. Vulpes tom. 2. p. 1. disp. vlt. art. 6. Aquila in 1. dist. 15. q. 2. Giner in 1. dist. 16. art. vnic.

53. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 12. de Trinit. cap. 6. Carleton tom. 1. disp. 62. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 20. sect. 2. Mart. Perez de Trinit. disp. 19. sect. 5. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 14. art. 2. q. 1. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. d sp. 15.

54. QVÆST. 4. An Missio visibilis sine invisibili sit vera missio? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 16. q. 1. art. 3. Godoy 1. p. tom. 3. tract. 14. q. 43. disp. 98. §. vlt. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 19. dub. 3. Gonetus tom. 2. disp. 13. art. 2. Lumbier de Trinit. q. 14. art. 3.

55. Ex Subtili Scholâ Scotus in Report. in 1. dist. 15. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 2. de Trinit. disp. 10. sect. 3. Frassen in 1. tract. 3. disp.

3. art. 3. Cordova in quæst. Theolog. q. 41. Similing de Deo Trino, disp. 5.
q. 1. Felix de Trinit. cap. 9. diff. 5. dub. 1.

56. Ex Scholâ Eximia Suarez lib. 12. de Trinit. cap. 4. Beccan. tom. 1. tract. 2. cap. 9. q. 4. Arriaga disp. 55. sect. 5. Borrull de Trinit. disp. 20. sect. 2. nu. 28. Mart. Perez disp. 19. sect. 5. Montoya disp. 109. sect. 5. Rhôdes disp. 6. de Deo, q. 4. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 15. art. 1. q. 1. 2. & 3. Calpens. disp. 9. sect. 2. Baud. q. 43. disp. 1. art. 1. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 15. q. 4. Fuliensis lib. 2. cap. 8. resol. 3. Blasco tom. 2. dist. 127. q. 2. art. 4.

57. QVÆST. 5. An Missio in divinis sit æterna, aut temporalis?
De quo, distinctione 14. quæst. 1.

DE PROCESSIONE TEMPORALI, ET VISIBILI SPIRITVS SANCTI.

DISTINCTIONIS DECIMÆ-SEXTÆ

Synopsis.

*Quò nos diligimus, flamen putat esse Magister,
Hoc magis augeri, quò magis ardet homo.*

Sic incipit: *Nunc de Spiritu Sancto videndum est.*

Sic terminat: *Diligenter nota, piequè intellige.*

1. **C**ONNECTITVR hæc decima sexta distinctio cum superiori. In illâ inquirit, & resolvit Magister, an Spiritus Sanctus à seipso mittatur & detur; sed in præsenti de ipsius visibili missione agit: ergo hæc cum antecedenti coheret distinctione.

2. Consequentia probatur: priùs est inquirere, & resolvere, an Spiritus Sanctus à Patre & Filio, imò & à seipso mittatur & detur, quam agere de ipsius apparitionis qualitate, ac modo, nempè visibili, aut invisibili: ergo cùm in superiori distinctione inquirat, & determinet Magister, Spiritum Sanctum non solum à Patre & Filio, verùm à seipso mitti & donari; in præsenti verò modum præfatæ apparitionis statuat, scilicet visibilem, & non invisibilem, reverà rectum disputationis erit servare ordinem.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In primâ ostendit Magister, Spiritum Sanctum esse visibiliter missum, & miti quotidie invisibiliter. In secundâ vero subdit, qualiter visibiles missiones Filij & Spiritus Sancti se habeant adinvicem. In tertiam declarat, quomodo Pater dicatur maior ipso Filio, qui essentialiter est Patri æqualis.

4. PRO PRIMÆ igitur partis expositione, hæc proponitur conclusio: *Spiritus Sanctus instar Filij missus est dupliciter, scilicet visibiliter & invisibiliter.* Quia in hunc probatur modum: temporalis missio Spiritus Sancti est sanctificatio creaturæ; sed creatura sanctificatio dupliciter expeditur; aliquando cum ostensione alicuius visibilis signi, quandoque effectu solum interiori, sine visibili signo: ergo temporalis missio Spiritus Sancti est duplex, nempe visibilis, & invisibilis.

5. Hanc in litterâ sic venustè confirmat Magister rationem: sicut Filius missus est dupliciter, videlicet in carnem visibiliter, & in illibatas mentes invisibiliter; sic Spiritus Sanctus visibiliter apparuit in die Pentecostes in specie linguarum ignearum, & iteratis vicibus in Columbae specie; invisibiliter vero crebro illabitur mentibus fidelium ergo quemadmodum Filius missus est dupliciter, nempe visibiliter, & invisibiliter; sic Spiritus Sanctus visibilis, & invisibilis mittitur.

6. Vnde subdit Magister, quod missio visibilis Spiritus Sancti non efficit eius substantiam visibilem; sed quadam ipsius ostensione, significante tantum externis, aut operationibus cordi hominum internis illam demonstrat. Et liquet; nam Spiritus Sanctus naturâ invisibilis, & immutabilis est: ergo eius missio visibilis non reddit eius substantiam visibilem, quanquam novis signis externis, operationibusque cordi hominum internis, absque viro sui motu, illam demonstrat, & ostendat.

7. Oppones primò: Spiritus Sanctus est æquè perfecta, & nobilis persona, ac Filius: ergo in æquè nobili, & perfecta creaturâ debet manifestari, ac Filius; sed hic in creaturâ rationali visibiliter est missus; Spiritus Sanctus vero in irrationali, scilicet in Columbi, igne, & flatu: ergo visibilis missio Spiritus Sancti parum de eius, decoraque cœsetur.

8. Respondetur, quod licet æquè nobilis, & perfecta sit persona Filij, ac Spiritus Sancti persona; tamen ibi non attendunt nobilitas & perfectio apparentis, sed finis apparitionis; quia ille ut Mediator, iste ut Præceptor, sive Doctor appetet; ideoquæ æquè decorum, congruumque videtur, quod visibilis missio Filij operetur in homine assumptione; sicut Spiritus Sancti missio in Columba, igne, aut flatu.

9. Oppones secundò. Filius quia visibiliter apparuit in formâ servi,

non solum dicitur minor Patre, sed etiam Angelis; sed Spiritus Sanctus apparuit visibiliter in forma ignis, Columba, & flatus: ergo non tantum minor Patre, Filio, & seipso; verum & homine debet dici; sed hoc Spiritui Sancto non congruit: ergo & quod sic visibiliter apparuerit.

10. Respondeatur cum Seraphico Doctore negando consequentiam; quia Filius etiam dicatur minor Patre, seipso, & Angelo; non tamen ratione divinitatis, sed unionis, & communicationis idiomatum, eò quod factus sit homo passibilis: At Spiritus Sanctus non est factus Columba, ignis, aut flatus, quoniam in his apparuerit signis; & haec est ratio, cur Spiritus Sanctus non dicatur minor homine, tametsi Filius Patre, seipso, & Angelis minor dicatur.

11. Oppones tertio: uno duntaxat modo, vnamque in creaturam Filius visibiliter apparuit; sed Spiritus Sanctus multifariam apparuit, quippe in Columbam, igne, & flatu: ergo aut Filius insufficienter est visibiliter missus, aut Spiritus Sanctus inutiliter ingeminatis signis apparuit.

12. Respondeatur, quod et si Filius uno duntaxat modo visibiliter apparuerit, & Spiritus Sanctus tot modis sit visibili missione datus; nec ille est insufficienter missus, nec iste inutiliter; sed uterque debito ac congruo modo datus; Filius enim tantum semel visibiliter apparuit, quia semel est incarnatus, non amplius. Spiritus Sanctus vero non tantum semel apparuit, sed plurius, quia Columba, ignis, & flatus illico post apparitionem esse desierunt, non autem homo. Et haec de primâ parte litteræ textus sufficiant.

13. PRO SECUNDÆ vero partis ostensione, haec alia ponitur conclusio: *Spiritus Sanctus ratione sua visibilis missionis, non dicitur realiter minor totâ Trinitate, tametsi Filius ob suam dicatur.* Quam ut probet Magister, inquirit in littera: Quare Spiritus Sanctus ratione sua visibilis missionis non dicatur minor Patre, sicut Filius ratione sua Incarnationis, seu visibilis missionis dicitur minor totâ Trinitate?

14. Cui interrogationi sic satisfacit Magister: ideo Spiritus Sanctus ex vi visibilis missionis non dicitur minor Patre; secus Filius ratione Incarnationis; quia Spiritus Sanctus non assumptis Columbam, ut esset Columba, sed ut in ea appareret, & ut per eam designaretur invisibilis missio; Filius autem assumpsit humanam naturam, non solum ut in ea appareret, sed etiam ut realiter esset homo: ergo ideo Filius secundum illam suam visibilem missionem dicitur minor Patre, seipso, & Angelis, iuxta illud Psalm. 8. *Ministi cum paulo minus ab Angelis;* non vero Spiritus Sanctus ob suam missionem visibilem.

15. Quod Divus Augustinus lib. 2. de Trinit. cap. 6. ita suo divino con-

confirmat iudicio: *Non ergo sic est assumpta creatura, in quā appareret Spiritus Sanctus, sicut assumpta est caro illa, & humana illa forma ex Virgine Mariā. Neque enim Columbam beatificavit Spiritus, vel illum flatum, vel illum ignem, sibique & persona suā in unitatem habitumque coniunxit in aeternum.* Ergo ex diversitate apparitionis visibilis, sive creature assumptionis, duntaxat desumitur, quod Filius dicatur minor Patre, seipso, & Angelis, non autem Spiritus Sanctus.

16. Nunc ex autoritate, & ratione appositis perficitur probatio: Filius missus est in naturā creatā sibi realiter unita; sed Spiritus Sanctus non est missus in naturā creatā sibi realiter unita: ergo aptum praestant fundamentum visibles missiones Filii & Spiritus Sancti, ut Filius dicatur minor Patre, non vero Spiritus Sanctus.

17. Consequentia probatur: ex vi missionis visibilis Filii, haec tenent prædicationes: Filius Dei est homo: Homo est Filius Dei; sed ob visibilem missionem Spiritus Sancti, non valent iste: Spiritus Sanctus est Columbia, ignis, aut flatus: Ignis, flatus aut Columbia est Spiritus Sanctus: ergo ex variā eorum missione visibili, sufficiens oritur discriminē, ut asserere possimus, Filium esse Patre minorem, non vero Spiritum Sanctum.

18. Sed obijcies primò: dum quis de æquali sit minor, mutatur; sed Filius ante visibilem missionem erat æqualis Patri; post illam vero ostenditur inæqualis: ergo mutatur.

19. Respondeatur cum Magistro, quod suppositā unitione divini Verbi ad naturam humanam, haec omnia recte consonant. Nam essentialiter loquendo, Filius nullo modo est minor Patre, nec ipsius æqualitatem deperdit: Ast per unionem hypostaticam, cum ea quæ dicuntur de homine, enuntiari valeant de Filio Dei, hic dicitur minor Patre, extrinsecèque mutatus.

20. Obijcies secundò: maior diversitas importatur per hoc, quod est maior, & minor, quam per hoc quod est alius, & alius, quia primum Christo Domino convenit, non secundum; sed de Filio est verum dicere, quod sit minor seipso: ergo & quod sit alius, & alius; proindeque duplex persona, quod repugnat.

21. Respondeatur concessā maiori, & minori, negando consequentiam. Christus Dominus vere dicitur maior, & minor, non vero alius, & alius, quamvis prima sit maior diversitas, quam secunda; quia alius, & alius personarum diversitatem denotat; minor autem, & maior solum naturarum. Unde, cum duplex sit in Christo Domino natura, quippe divina, & humana, valet dici maior, & minor, non vero alius, & alius,

eo quod vna sit tantum persona. Et haec de secundâ distinctionis parte sufficienter.

22. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ partis declaratione, haec alia ponitur conclusio: *Pater auctoritate donationis dicitur maior Filio sibi essentialiter aequali.* Quam solum testimonio Divi Hilarij sic alloquenter lib. 9. de Trinit. probat Magister: *Donantis auctoritate Pater maior est. Nunquid per confessionem doni Filius est minor? Major itaque donans est, sed minor iam non est, cui unum esse donatur.* Ergo Pater solum auctoritate donantis est maior Filio, non vero Filius est minor Patre.

23. Hic tamen discursus sic ratione instauratur: Vbi auctoritas generationis, & donationis viget, ibi earum ratione maioritas elucet; sed generationis, & donationis auctoritas viget in Patre, & non in Filio; ergo ex vi auctoritatis generationis, & donationis Pater maior dicitur Filio; sed Pater & Filius habent eandem naturam divinam: ergo propter identitatem naturæ Filius non est minor Patre: ergo quanvis Hilarius vere concedat, Patrem esse maiorem Filio, tamen aptè ac venuste negat, Filium esse minorem Patre.

24. Sed dices primò: Hilarij effatum, cui conclusio innititur, contradictionem videtur involvere: ergo omnino labitur assertum. Antecedens probatur: esse & non esse respectu eiusdem semper contradictionem importat; sed Patrem esse maiorem Filio, & Filium non esse minorem Patre, est simul esse & non esse respectu eiusdem: ergo si ex Hilario Pater est maior Filio, & Filius non est minor Patre, illius dictum revera magnam præfert contradictionem, assertique probationem illi innitentem perius coruere est manifestum.

25. Respondeatur, Magistrum iam admonere, Hilarij auctoritatem vbiunque occurrit, diligenter esse notandam, pièque expendendam. Quamobrem benignè venit interpretandus Hilarius, nè ipsius testimonium in legentium mentes contradictionem ingerat. Primò, quod Pater est maior Filio, solum quā homo; & Filius non est minor Patre, quā Deus.

26. Secundò intendit dicere, Patrem esse principium Filij, non è contrà, Filium principium Patris; atque adeò Patrem impropriè dici maiorem Filio, & Filium propriè dici non minorem Patre: Nam Filius & Spiritus Sanctus cùm eiusdem sint naturæ individuae, nequit Filius dici minor Patre; ac Filius cùm sit à Patre, impropriè dicitur maior Filio absque vllâ contradictione.

27. Dices secundò: quovis modo accipiatur maior, dicitur relativè ad minorem: ergo si Pater ponitur maior Filio, Filius debet poni minor

Patre. Confirmatur : Pater dicitur maior, quia habet autoritatem supra Filium : ergo cum Filius habeat subauthoritatem respectu Patris, debet dici minor: ergo aut non bene Pater dicitur maior Filio, aut consimili ratione Filius debet dici minor Patre.

28. Respondetur ad instantiam, illiusque confirmationem cum Seraphico Doctore hic, quod nihil aliud impedit, ut Filius dicatur minor Patre ratione subauthoritatis, sicut Pater major Filio ratione authoritatis, nisi quod nomina indecora in Deo non debeat ad usum trahi. Vel quia Sancti Patres, quantum possunt se elongant & abstrahunt ab occultis haeticorum nomen, & fraudibus.

29. Quamobrem Hilarius, cum Patrem nominavit maiorem, noluit quod Filius diceretur minor, ne videretur majoritas illa, non tantum authoritatis, sed etiam inaequalitatis. Ceterum non legitur apud Hilarius, se de Filio enuntiasse subauthoritatem, quemadmodum de Patre authoritatem retulit; sed Verbum hoc fore additum a Magistris in usum, & luxum disputantium.

30. Dices tertio: in Deo idem sunt sapientia, potentia, bonitas, & magnitudo; sed Pater dicitur maior filio: ergo & potentior, sapientior, & melior illo. Consequentia probatur: in Deo non est magnitudo molis, sed virtutis: ergo si Pater est maior Filio, necessario erit sapientior, melior, & potentior, quod sustineri non potest.

31. Respondetur negando consequentiam. In Patre respectu Filij & Spiritus Sancti est authoritas; etiamque in Filio respectu Spiritus Sancti; & ideo in Patre maior authoritas, & maior fecunditas. Cum ergo nullum sit nomen ita conveniens ad ostendendam authoritatem, sicut hoc nomen *magnus*, ideo dicimus, Patrem esse maiorem Filio, non potentiores, aut meliores. Quia etsi uterque habeat notionem in ratione principij, Pater tamen in ratione principij tantum; atque adeo plus habet de ratione authoritatis, quam Filius.

32. Dices quartum: Pater non dicitur maior Spiritu Sancto: ergo nec Filio. Consequentia probatur: non minus Spiritus Sanctus a Patre & Filio, ac Filius ab ipso Patre procedit; sed Pater non dicitur maior Spiritu Sancto, quanvis ab ipso procedat: ergo nec maior Filio poterit appellari.

33. Respondeo negando primam, & ultimam consequentiam. Diximus iam in superioris instantiae solutione, authoritatem in divinis solum vendicari ex ratione principij, sicut subauthoritatem ex ratione emanantis; ideoque Patrem dici maiorem Filio; quia etsi ambo habeant notionem in ratione principij, Pater tamen in ratione principij tan-

tantum; Filius vero in ratione principij, & emanantis; atque adeo plus de authoritatis ratione habet Pater, quam Filius: At Spiritus Sanctus cum nullius personae sit principium, non comparatur Patri & Filio secundum authoritatem; proindeque est Pater dicatur maior Filio, non autem Spiritu Sancto.

QVÆSTIONES.

34. IN hanc Distinctionem possunt moveri omnes Quæstiones superioris Distinctionis. Videantur Authores ibi adducti in earum tutamen.

DE PROCESSIONE SPIRITVS SANCTI INVISIBILI.

DISTINCTIONIS DECIMÆ-SEPTIMÆ Synopsis.

*Spiritus in varijs apparuit ante figuris.
Imbuit & tacito pectora sacra modo.*

Sic incipit: *Iam nunc accedamus, &c.*
Sic terminat: *Per donum dona donari.*

1. CONNECTITVR hæc decima septima distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de missione visibili Spiritus Sancti sub speciebus creatis; sed in præsenti determinat de eiusdem invisibili missione per infusionem charitatis: ergo præsens distinctio rectè consonat superiori.

2. Consequentia probatur: iuxta probatissimam Theologorum sententiam, ita connectitur missio visibilis Spiritus Sancti sub speciebus creatis cum invisibili missione per infusionem gratiarum, ut non valeat dari visibilis missio sine invisibili: ergo postquam Magister de missione visibili Spiritus Sancti sub speciebus creatis egit; de eiusdem invisibili missione per infusionem gratiarum immediate disputare, rectam servasse methodum revera censetur.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum pri-

primā Magister ostendit, qualiter Spiritus Sanctus sit charitas, & mit-
tatur nobis invisibiliter. In secundā verò subdit, quomodò in nobis
augeatur. In tertīā autem, & vltimā resolvit, quā ratione actum dilec-
tionis in nobis operetur.

4. PRO PRIM. E igitur textū partis declaratione, hæc ponitur
thesis: *Spiritus Sanctus existens charitas, quā Deum, & proximum dili-
gimus, (h̄ic tamen Magister paſſim non tenet ab omnibus) tunc nobis
invisibilis mittitur, & datur, dūm talem dilectionem in nobis efficit, vel
operatur. Quæ sic probatur: donum Dei, quod nos in Deo, & Deum
in nobis efficit manere, est charitas; sed Spiritus Sanctus est maximum
donum Dei, faciens nos in Deo, & Deum in nobis manere: ergo Spir-
itus Sanctus est charitas, quā Deum, & proximum diligimus.*

5. Nunc sic; sed charitas facit nos diligere Deum, & proximum:
igitur Spiritus Sanctus est charitas, quā Deum, & proximum diligimus:
ergo tunc datur nobis, sive invisibiliter mittitur, dūm facit nos diligere
Deum, & proximum.

6. Hanc sententiam dūm Magister ponit in litterā, sustinet, quòd
Spiritus Sanctus, qui temporaliter missione invisibili datur, est charitas,
quā Deum, & proximum diligimus; & tunc invisibiliter mittitur, vel
datur, cùm huiusmodi dilectionem Dei, & proximi in nobis occulte
operatur.

7. Quod primò probat Magister autoritate Divi Augustini lib. 8.
de Trinit. cap. 7. dicentis: *Qui proximum diligit, consequens est, ut ipsam
principiū dilectionem diligit. Deus autem dilectio est: consequens ergo est,
ut Deum principiū diligit.* Ergo ex his Augustini verbis satis colligitur,
quòd dilectio ipsa quā diligimus Deum, vel proximum, Deus est: ergo
Spiritus Sanctus, qui temporaliter missione invisibili datur, est charitas,
quā Deum, & proximum diligimus.

8. Sed contrā: Hæc illatio non valet: Qui diligit dilectionem, con-
sequens est ut Deum diligit: ergo. Antecedens probatur: Magister aut
hīc loquitur de dilectione increatā, aut creatā. Si de creatā, non valet:
diligit quid creatūm: ergo increatum. Si de increatā, nihil probat, cūm
sit consequentia nugatoria, probansque idem per idem, nempē, qui dili-
git dilectionem increatam, consequens est ut diligit increatam dilectionem,
sive Deum, qui est dilectio increata.

9. Respondetur cum Magistro, præfatum discursum valere secun-
dūm Divum Augustinum, modò de creatā, modò de increatā intelliga-
tur dilectione. Si enim loquitur de creatā, tenet; quia charitas, sive dilec-
tio proximi est dilectio exemplata, sive cum acceptatione; & dilectio
divi-

divina est exemplar omnis rectæ dilectionis, sive prima, & summa acceptatio: Cum ergo in dilectione exemplante, aut divinâ inveniatur prima, & summa ratio omnis acceptationis, sequitur, quod qui diligit dilectionem, diligit Deum.

10. Si autem de dilectione increatâ intelligatur, adhuc discursus non censetur futile, cum definitum per definitionem aptè expendatur, sic arguendo: Deus caritas est, sive dilectio: ergo qui diligit dilectionem, consequens est ut Deum diligit. Consimiliter: homo est animal rationale: ergo qui intelligit animal rationale, consequens est ut hominem intelligat. Vbi sub hac argumentandi formâ nulla revera delitescit nugatio.

11. Secundò, sic ratio in conclusionis subsidium, ex authoritatibus in litterâ à Magistro adductis, perficitur: Augustinus vocat Deum dilectionem, quâ ex charitate diligimus proximum; sed Deus, qui est dilectio, non est Pater, neque Filius, quibus propria dilectionis attributa propriè non aptantur: ergo charitas, quâ Deum, & proximum diligimus, erit Spiritus Sanctus.

12. Tertiò ex eodem Augustino lib. 15. de Trinit. cap. 19. dicente, inter dona Dei nullum esse maius charitate; sed Spiritus Sanctus est donum Dei, quod nihil est maius: ergo Spiritus Sanctus est ipsa charitas, quâ Deum, & proximum diligimus; aliter charitas foret donum perfectius Spiritu Sancto.

13. Quartò, iuxta illud Ioan. 1. cap. 2. dilectio nostra, quâ manemus in Deo, & Deus in nobis, dicitur esse Deum ex Deo; sed dilectio, quæ est Deus ex Deo, est ipse Spiritus Sanctus, ut idem testatur Ioannes ibi, dicens: Quia de suo Spiritu dedit nobis. Ergo dilectio sive charitas nostra, quâ Deum, & proximum diligimus, est ipse Spiritus Sanctus.

14. Ulterius Magister hanc proponit, & solvit instantiam: non minus Deus dicitur patientia nostra, spes nostra, ac dicatur charitas nostra; sed Deus solum est patientia nostra, & spes nostra, quia patientiam, & spem in nobis operatur, & causat: ergo solum Deus erit charitas nostra, quatenus charitatem in nobis operatur, & causat.

15. Respondet Magister in litterâ negando maiorem, & consequentiam. Nam hoc nomen *charitas*, sacra consonat Scripturæ, in quâ bene, & frequenter legitur: Deus patientia mea, spes mea; nullibi tamen invenitur, Deus charitas mea; sed simpliciter, & absolute dicitur: Deus charitas est, quod non foret, nisi Deus essentialiter charitas esset.

16. Sed contrà: Si Deus æquè efficit homines diligentes, sicut patientes, quarè non dicitur Deus charitas nostra, sicut patientia nostra?

17. Respondeatur, ideò esse, quia Deus est charitas essentialiter, & causaliter. Est etiam liter, quia in se amor est. Causaliter, quia in nobis amorem efficit. At Deus non est patientia essentialiter, sed solum causaliter, ideoque Scriptura hunc diversum modum contemplans, dicit, Deum esse patientiam nostram, & Deum esse charitatem sine additione. Et haec de prima parte sufficiat.

18. PRO SECVNDÆ verò distin^tionis partis estensio, hæc alia ponitur conclusio: *Spiritum Sanctum in nobis augeri, vel minui, secundum quod in ipso proficimus, aut deficimus, catholicè est affirmandum.* Quæ sic ostenditur: quod confessum similitudine, in factâ paginâ concessum repetitur, catholicè est affirmandum; sed *Spiritum Sanctum in nobis augeri, vel minui, secundum quod in ipso proficimus, aut deficimus, cuiusmodi se habet:* igitur *Spiritum Sanctum in nobis augeri, vel minui, secundum quod in ipso proficimus, aut deficimus, catholicè est tenendum.*

19. Maior ex ipsis terminis claret. Miratis probationem adducit Magister in textu, ubi obiectit contra primum affectum, quod assertebat, *Spiritum Sanctum formaliter, & essentialiter ipsam esse charitatem.* En argumentum: charitas augetur in homine, & illam non habenti datur, ut eam possidat habenti verò etiam confertur, ut abundantius eam habeat; sed *Spiritus Sanctus est charitas: ergo Spiritus Sanctus augetur, & minuitur in homine, daturque non habenti; ac prius dicitur Deus erit mutabilis, & non ubique, quod fidei, & statuti valet disserunt censerunt.*

20. Respondet obiectioni Magister, dicens, quod *Spiritus Sanctus non augetur, & minuitur secundum se;* quia in se est etiam liter non suscipit magis, & minus, sed in homine, à quo magis, vel minus habetur: sicut etiam dicitur in nobis magnificari, vel exaltari, licet tamen in se, nec magnificetur, nec exaltetur. Dicitur etiam donari non habenti, non quod alicubi veniat ubi prius non fuit, quod sane implicat, cum sit ubique, sed quia alio modo alicubi esse incipit, qualiter prius ibi non fuit: ergo *Spiritum Sanctum in nobis augeri, vel minui, secundum quod in ipso proficimus, aut deficimus, catholicè est affirmandum.*

21. Ceterum, assumptum probat Magister pluribus autoritatibus in distin^tionis litterâ contentis, ubi *Spiritum Sanctum ab aliquibus magis, & ab aliquibus minus haberi, ostendit.* Exemplificat illud per Heliensem, qui a Sancto Heliâ geminum persit Spiritum: ergo si *Spiritus Sanctus ab alio minus, & ab alio plus non haberetur, Heliensis Heliæ non postulasset, Spiritus qui est in te, fiat duplex in me.*

22. Insuper, quia Christo Domino, qui est Dei Filius, non ad mensuram

ram datus est Spiritus : ergo si homo dicitur proficere , & deficere in charitate, & tamen charitas illa nec proficit, nec deficit in se, quia Deus est, recte & catholice affirmatur, Spiritum Sanctum non suscipere magis, aut minus in se, sed in homine, à quo magis, vel minus habetur.

23. Sed contrà: omne finitum habet mensura n: ergo si Christo Domino datus est Spiritus non ad mensuram, datus est ipsi Spiritus infinitus; sed cuncta cœpta sunt finitæ capacitatib: ergo Christo Domino est datus Spiritus ad mensuram.

24. Respondet cum Divo Bonaventura hic, gratiam Christi Domini esse finitam, quanquam dicatur, datam fuisse ipsi absque mensurâ. Nam id solum hoc fundamento profertur ; vel quia in Christo Domino est gratia Capitis, sive non arcta ad determinatos actus, sed ad omnes, quemadmodum in capite vigent omnes sensus. Vel quia Christi Domini Animæ data fuit gratia in magnâ copiâ, plenâque vertate, ut Sancti Patres passim expendunt. Et hæc de secundâ parte sufficiant.

25. PRO TERTIÆ , & vitiæ partis distinctionis clarâ indagine, ponit hæc conclusio: *Spiritus Sanctus per seipsum in mediâ actu diligendi in nobis operatur.* Hic non tenetur Magister. Verum, quia illius modo agimus partes, opera pretium duximus conclusionem proponere, & rationibus ab ipso adductis eam summationi fulcire. Assertum duntaxat probat Magister arguendo contra prius dicta, nempe quod Spiritus Sanctus sit charitas ; & simul instantijs solutionem adhibendo.

26. Sic primò discursat Magister: dilectio, quâ nos diligimus Deum, non est dilectio, quâ Deus diligit nos: ergo charitas, quâ nos diligimus Deum, non est Spiritus Sanctus. Consequentia liquet ; quia dilectio, quâ nos diligit Deus, est Spiritus Sanctus: ergo si illa dilectio, quâ nos diligimus Deum, non est illa, quâ Deus diligit nos, aptè consequitur, nostram charitatem non esse Spiritum Sanctum.

27. Assumptum firmat autoritate Divi Augustini lib. de Spirit. & litt. cap. 23 his verbis: *Charitas Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non quâ ipse nos diligit, sed quâ nos diligere facit.* Ergo cum dilectio, quâ nos diligimus Deum, non sit dilectio, quâ Deus diligit nos, & hæc sit Spiritus Sanctus, recte consequitur, nostram charitatem non esse Spiritum Sanctum.

28. Respondet Magister negando antecedens, quod tota instantiæ habitur vis, nempe quod dilectio, quâ nos diligimus Deum, non sit eadem dilectio, quâ Deus diligit nos. Ad Augustinum responderet, propriam illius mentem non fore, aliam esse charitatem, quâ Deus diligit nos, & aliam, quâ nos diligimus Deum; sed optavit dicere, quod nomen charitatis

tatis congruit Deo, non solum quia eā ipse diligit nos, sed etiā quia per ipsam nos sui dilectores facit.

29. Secundò, sub hāc formā in suam arguit conclusionem Magister: nihil est à seipso; sed charitas est ab ipso Spiritu Sancto: igitur charitas non est ipse Spiritus Sanctus. Maior ex philosophiā constat. Minorēm verò probat Magister hoc Augustini egregio testimonio *lib. de spirit. & litt. cap. 23.* Vnde est dilectio, nisi vnde est ipsa fides? Ergo dilectio, quā Deum diligimus, est à Spiritu Sancto; sicut fides, quā in Deum credimus: ergo si nihil est à seipso, & charitas est ab ipso Spiritu Sancto, bene deducitur, nostram charitatem ipsum non fore Spiritum Sanctum.

30. Respondet Magister negando maiorem syllogismi, cùm nullum sit inconveniens, idem esse à seipso, non simpliciter, sed quatenus à seipso nobis donatur. Vnde Augustinus solutioni suffragatur, dūm dicit, quod charitas à Spiritu Sancto est, & ipsa charitas est Spiritus Sanctus. Nām secundūm diversas considerationes dicitur Spiritus Sanctus charitas, quā Deus diligit nos; & charitas, quā nos diligimus Deum. Vni enim, & eidem charitati possunt munia convenire diversa, tūm reddendi Deum diligentem nos, tūm nos diligentes Deum. Fides autem, quia non est Deus dans, sed aliquid à Deo datum, non sic se habet, ac charitas.

31. Tertiō obiicit Magister: nulla affectio est essentialiter Spiritus Sanctus; sed charitas, quā nos diligimus Deum, est affectio animi: ergo charitas, quā nos diligimus Deum, non est Spiritus Sanctus. Maior claret. Minor est Divi Augustini *lib. 3. de Doct. Christ. cap. 1.* dicentis: *Charitatem voco motum animi ad fruendum Deo.* Sed motus animi sive affectio non est Spiritus Sanctus: igitur charitas nostra non est ipse Spiritus Sanctus.

32. Respondeat Magister, quod charitas idēo dicitur motus animi, quia nos ad diligendum effectivè movet; quarè sublati imperfectionibus, sic Spiritui Sancto congruit. Et quidem, quia Spiritus Sanctus dicitur affectus, & motus Animæ, quia operatur affectum, & motum, quò Anima diligit Deum; sicut eā ratione Deus dicitur patientia mea, & spes mea.

33. His autem solutionibus sic in sententiā Magistri tutamen sedulò perpensis, duas excitat Magister quæstiones, & solvit. Quarum prima sumitur ex responsione vltimò datâ. Itā proponitur à Magistro: si charitas æquè bene mentem movet ad credendum, & ad sperandum, sicut ad diligendum, quarè non itā bene dicitur affectio mentis ad credendum, & ad sperandum, sicut ad diligendum?

34. Huic primæ dubitationi respondet Magister, dicens, hoc fieri

non posse, nec vnum esse simile; quia charitas sive Spiritus Sanctus alios actus, & motus virtutum operatur medianibus virtutibus infusis, ut potè credere medio habitu fidei; sperare mediante habitu spei; at actum diligendi per seipsum, sine ullo habitu, operatur immediate.

35. Secunda questio ita à Magistro proponitur: Vtrum per donum, quod est Spiritus Sanctus, dentur omnia alia dona? Et respondet Magister affirmativè. Primo cum Divo Augustino lib. 13. de Trinit. cap. 19. dicente: *Per donum, quod est Spiritus Sanctus, in communi omnibus membris Christi multa dona dividuntur.* Ergo per donum, quod est Spiritus Sanctus, omnia alia dona donantur.

36. Secundò, per Spiritum Sanctum dona nobis cōferuntur; sed Spiritus Sanctus est donum: ergo per donum, nobis dona alia conceduntur, & donantur. Vnde concludit Magister, dum pro distinctionis calce addidit, quod non omnes, qui habent Spiritum Sanctum, habent omnia dona, sed hi illa, alijs alia, & sic de cæteris, pro elargientis libito.

37. Grave, super appositis in hâc distinctione à Magistro, iudicium ferunt Authores. Seraphicus Doctor in 1. dist. 17. q. 1. sic partes Magistri agit: *Quod Spiritus Sanctus sit charitas, quâ diligitus Deum; aut dictum est per appropriationem, aut per unionem, aut certè per exemplaritatem, & sic intelliguntur omnes authoritates, quas Magister adducit pro se. Formaliter autem loquendo, non intelliguntur vera, nec credo, quod Magister intellexerit sic. Et per hoc patet illud, quod Magister, non dicit, quod creatum sit increatum; sed quod sufficiat donum increatum, sine creato, & in hoc non fuit error, sed defectus tantum.* Hactenus Divus Bonaventura.

38. RR. P. M. Ripalda hic imminunem reddit ab omni censurâ Magistrum, eo quod gratiam sive charitatem indistinctam ab ipso Spiritu Sancto posuisse in nobis videatur. Duo circa litteram, in gratiam Magistri, venustè resolvit dubia. Primum, quod Magister in præsenti distinctione agit indiscriminatim de charitate actuali, & habituali, seu de charitate, prout ab actuali, & habituali præscindit: ergo cum non sit certum, Magistrum loqui de gratiâ habituali determiniat; neque compertrum erit, charitatem habitualem indistinctam à Spiritu Sancto posuisse.

39. Secundum, Magistrum non negare, charitatem habitualem creatam esse donum nobis inhærens; sed tantum velle, eam esse Spiritum Sanctum per formalem participationem, alijs virtutibus minime convenientem; prout modò à pluribus Theologis docetur, afferentibus, charitatem esse præ alijs virtutibus sanctificantem, divinitatisque participem. Sic à rigido Contrariorum iudicio immunem adducit Ripalda Magistrum.

40. Paulus Franzolus Benacensis in litterâ Magistri Vît apprime de-
cantatus, cuius Expositio sic haec tenus Doctoribus gratior, & utilior præ
omnibus se exhibet, ut Opus nostrum nè casum plausu, sed valde accep-
tum appareat, eam summoperè æmulari ferè in cunctis præoptamus.
Ità suum aperit sensum super hanc distinctionem: *Prædicta autem Ma-
gistri Opinio non tenetur, nec debitè solvit obiectiones.*

41. Arnoldus Vesaliensis etiàm celebris Magistri Expositor, id ipsum
censet, his verbis: *Sed notandum quod in hoc ultimo non tenetur Magister,
quia præter hæc Doctores ponunt habitum charitatis, quod altius diligendi
eliciatur, licet Deus sit charitas nostra effæctiva.*

42. Consentaneè ijs affatur Claudio Spinæus Rothomagensis, litter-
æ Magistri ingeniosissimus Commentator: *Magister hic affirms, chari-
tatem, quæ diligimus Deum, & proximum, esse formaliter, & essentialiter
Spiritum Sanctum, quod reprobatur Theologorum Parisiensium facultas.*

43. Demùm, vterque Doctor Angelicus, & Subtilis. Ille 2.2. q.23.
art.2. ad 1. Iste in 1. dist. 17. q.3. §. *Quantum ad tertium articulum,*
nu. 30. omnes à Magistro authoritates adductas mirificè, ac catholice ex-
ponunt, & Magistrum ipsum comitè interpretantur. Nos tamen tanto-
rum Vitorum iudicio, & infallibili Sanctæ Romanæ Ecclesiæ decisioni
sententiam nostram lubenter subscribimus. Et hæc de tertia parte litter-
æ textus satis sint dicta.

Q VÆ S T I O N E S.

44. **VÆST.** 1. An habitus charitatis, sive lumen gloriae sit tota ra-
tio agendi? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 3. p. q.62.art.4.
& q.27. de Verit. art.4. & 1. 2. q.109. art.1. Godoy 1.p. tom.1. disp.
16. à p.404. Gonetus tom.1. tract. 2. disp. 3. art. 5. Salmant. de Vis.
disp.5. dub.2. Ioan. à S. Thomâ 1. p. q.12. disp. 14. art. 2. Contenson
tom.1. lib.1. dissert. 6. cap. 2. specul. 2. Ferre tom. 1. tract. 3. de Vis.
q.6. §. 11. Lumbier de Vis. q.9. art.4. Carrasco 1. p. de Vis. dub.3. La-
bat tom.1. tract.1. disp.4. dub.4. Ildephon. Michael 1. p. tom.1. tract.6.
art.1. dub.3.

45. Ex Subtili Scholâ Scotus in 3. dist. 13. q.4. & in 1. dist. 17.
q.2. Perez Lopez in 1. dist. 7. q.3. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art.7.
q.3. Felix de Vis. cap. 3. diff. 5. Briceñus tom.1. Controv. 9. art. 2. Vul-
pes tom.1. disp. 23. art. 14. & tom.2. p.2. disp. 108. art. 5. Durand tom.
1. tract. de Vis. disp. 3. q.4. Lanterius de Incarn. disp. 13. Sannig tom.1.
tract. 1. dist. 4. q.5. & tom.2. tract. 9. dist. 1. q.3. Et in Nostro Athenæo
sub Schol. Nomin. q.2. art. vnic. Berulle tom.12. disp. 4. q.5.

46. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 9. de Grat. cap. 5. & lib. 2. de Attrib. cap. 10. & 14. Ripalda tom. 1. disp. 30. sect. 2. Quirós de Deo, disp. 28. sect. 3. Beccan. 1. p. tract. 1. cap. 9. q. 4. Oviedus de Beat. Controv. 8. punct. 1. & seqq. Hurtad. de Charit. disp. 124. Aldrete tom. 1. tract. de Vis. disp. 10. sect. 1. Borrull de Attrib. disp. 21. sect. 1. Maurus tract. 3. de Vis. q. 27. Ex alijs Blasco tom. 1. dist. 94. q. 1. art. 2.

47. QVÆST. 2. An, & quomodo gratia habitualis possit augeri, & minui? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 17. q. 2. art. 1. 2. & seqq. Gonet tom. 4. tract. 10. de Grat. disp. 10. art. 6. 7. & 8. Contentor tom. 4. lib. 7. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. & seqq. Ferre tract. 9. de Grat. q. 13. §. 8. & tract. 4. de Charit. q. 15. §. 1. & seqq. Ioan. de Neapol. q. 4. punct. 1. p. 28. Labat tom. 4. disp. 3. de Charit. dub. 2.

48. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 17. q. 6. Brancat. tom. 4. disp. 7. de Charit. art. 3. & seqq. Frassen in 3. tract. 2. disp. 2. art. 1. q. 3. Macedo in 1. Collat. 7. diff. 3. sect. 1. Poncius in Comment. tom. 1. dist. 17. q. 4. 5. & 6. Mastrius in 2. disp. 7. art. 1. q. 11. Rada tom. 1. Controv. 18. art. 1. Castillo tom. 2. tract. de Charit. disp. 3. q. 7. Durand tom. 3. tract. de Viriuit. disp. 6. q. 4. Pichon de Charit. disp. 1. cap. 3. sect. 6. Cordova in quest. Theolog. lib. 1. q. 9. Sannig tom. 1. tract. 4. dist. 1. q. 3. Berulle tom. 5. disp. 4. q. 1. & 4.

49. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 9. de Grat. cap. 5. & seqq. Amicus de Grat. disp. 35. sect. 7. & 8. Carleton tom. 2. disp. 38. à sect. 1. Muniesca de Grat. disp. 21. sect. 3. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 17. q. 1. 2. & 3. Abelly de Deo, tract. 6. cap. 4. sect. 6. Gaudent. tom. 5. disp. 8. de Charit. q. 11. & 12. Fuliensis lib. 6. cap. 8. resol. 3. & 4.

50. QVÆST. 3. An Charitas habitualis sit donum aliquod creatum Anima inhærens, & à Spiritu Sancto distinctum? De quo, distinctione 14. quest. 2.

51. QVÆST. 4. An Sententia Magistri de hac re sustineri possit? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 5. de Creat. Spirit. art. 1. Gonetus tom. 4. tract. 8. de Grat. disp. 2. art. 2. & tract. 10. disp. 10. art. 2. Ferre tract. 4. de Charit. q. 5. §. 1. & 3. Ioan. de Neapol. q. 1. punct. 1. p. 1.

52. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 17. q. 1. & in 2. dist. 27. q. vnic. Poncius in Comment. tom. 1. dist. 17. q. 1. Frassen in 3. tract. 2. disp. 2. art. 1. q. 1. Felix de Grat. cap. 6. diff. 1. Castillo tom. 2. tract. de Charit. disp. 3. q. 1. Pitygian. in 3. tom. 2. dist. 17. q. vnic. art. 1. Pichon de Charit. disp. 1. cap. 3. sect. 1. diff. 1. Aquila in 1. dist. 17. q. 1.

53. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. proleg. 3. de Grat. cap. 3. & 3. p. disp. 3. de Charit. sect. 1. Oviedus de Charit. Controv. 1. punct. 3. Arria-

Arriaga tom. 5. disp. 3. sect. 1. subsect. 1. Amicus de Grat. disp. 29. sect. 1.
 Carleton tom. 2. disp. 3. sect. 1. & tom. 1. disp. 121. sect. 1. & 2. Mau-
 rus tract. de Grat. q. 29. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 17. art. 1. q. 1.
 Gaudent. tom. 4. tract. 5. de Grat. disp. 3. q. 2. & tom. 5. disp. 8. de Cha-
 rit. q. 4.

54. QVÆST. 5. An gratia, & alij habitus superni creentur, aut
 educantur? De quo, distinctione 14. quest. 3.

55. QVÆST. 6. An gratia, & charitas realiter distinguantur? De
 quo, distinctione 14. quest. 4.

56. QVÆST. 7. An gratia, & peccatum possint esse simul de po-
 tentiâ absolutâ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 5. de Creat. Spirit.
 art. 6. Gonetus tom. 4. tract. 9. de Iustific. disp. 1. art. 5. Ferre tract. 10.
 de Iustific. q. 4. §. 1. & 7. Embun tract. 11. dist. 55. q. 2. art. 5. Conten-
 son tom. 5. lib. 8. dissert. 4. cap. 1. specul. 2. corol. 2. Carrasco p. 5. de
 Iustific. dub. 1. resol. 1.

57. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 27. & in 3. dist. 28. & in
 4. dist. 16. q. 2. Mastrius in 2. disp. 7. q. 2. art. 1. Frassen in 3. tract. 2.
 disp. 3. art. 2. q. 3. Poncius in Curs. Theolog. disp. 34. de Grat. q. 3. Du-
 rand tom. 3. tract. de Grat. disp. 1. q. 5. Felix de Grat. cap. 8. diff. 12.
 Sannig tom. 2. tract. 4. dist. 3. q. 4. Berulle tom. 5. disp. 1. q. 2.

58. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 7. de Grat. cap. 19. & 20.
 Amicus de Charit. disp. 25. sect. 2. & de Grat. disp. 32. sect. 1. Aranda
 lib. 12. de Aetib. hum. disp. vlt. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 123. sect. 1.
 & 2. Thyrsus tom. 3. disp. 10. sect. 1. & seqq. Martinon disp. 41. sect. 5.
 Muniesa de Grat. disp. 16. sect. 1. & 2. Ex alijs D. Bonaventura in 3.
 dist. 31. art. 1. q. 1. Fuliensis lib. 4. cap. 10. resol. 5.

59. QVÆST. 8. An ad iustificationem aliquæ requirantur dispo-
 sitiones? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. q. 112. art. 2. Gonetus
 tom. 4. tract. 8. de Grat. disp. 4. art. 3. Contenson tract. 5 lib. 6. dissert 4.
 cap. 1. specul. 2. Embun tract. 11. dist. 54. q. 3. Labat tom. 4. tract. 2.
 disp. 5. dub. 3. & disp. 4. de Charit. dub. 2.

60. Ex Subtili Scholâ Brancat. tom. 4. disp. 18. de Grat. art. 6. & 7.
 Mastrius in 2. disp. 7. q. 7. art. 1. & 2. Frassen in 3. tract. 2. disp. 3.
 art. 1. q. 3. Carriere tom. 2. tract. de Iustific. q. 3. Felix de Grat. cap. 7.
 diff. 1. Durand tom. 3. tract. de Grat. disp. 4. q. 3. Poncius in Curs. Theo-
 log. disp. 35. de Grat. q. 1. Sannig tom. 2. tract. 1. dist. 2. q. 1. & 2. An-
 gles in 2. dist. 26. q. 3. diff. 2. Berulle tom. 5. disp. 4. q. 2.

61. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 8. de Grat. cap. 5. & seqq.
 Amicus de Grat. disp. 30. num. 29. Oviedus de Grat. Controv. 2. punct. 9.

Muniesa de Grat. disp. 20. sect. 1. Ex alijs Abelly de Deo, cap. 4. sect. 5.
Petrus à S. Ioseph in Idea Theolog. lib. 6. cap. 9. resol. 3.

62. QVÆST. 9. An sit de fide, sanctificationis formam esse habitum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 27. de Verit. art. 1. Gonetus tom. 4. disp. 2. de Grat. art. 2. Ferre tract. 10. de Iustific. q. 2. §. 6. & tract. 4. de Charit. q. 6. §. 5. & 6. Ioan. de Neapol. q. 1. punct. 2.

63. Ex Subtili Scholâ Scotus in 3. dist. 23. & 27. & in 4. dist. 49. Brancat. tom. 4. disp. 6. de Charit. art. 2. Frassen in 3. tract. 2. disp. 2. art. 1. q. 1. Felix de Grat. cap. 6. diff. 5. Pichon de Charit. disp. 1. cap. 3. sect. 1. diff. 3. Durand tom. 3. tract. de Grat. disp. 2. q. 2. Llamazares in quaest. Theolog. q. 5. Herinx tom. 2. tract. de Grat. disp. 4. q. 3.

64. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 6. de Grat. cap. 3. num. 4. Amicus tract. de Grat. disp. 29. sect. 2. Oviedus de Grat Controv. 2. punct. 2. Muniesa de Grat. disp. 14. sect. 1. Anton. Perez disp. 6. cap. 4. Gaspar Hurtad. tract. de Pœnit. disp. 2. diff. 3. Rhodes disp. 3. de Grat. q. 1. sect. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 17. & in 2. dist. 26. Morand. tract. 4. q. 24. Boverius Exam. 2. art. 18. error. 2. Gaudent. tom. 5. disp. 8. de Charit. q. 4. & tom. 4. tract. 5. de Grat. disp. 3. q. 2. Fuliens. lib. 4. cap. 8. resol. 1.

65. QVÆST. 10. An aliquis posuit certò scire, se esse in gratiâ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 17. q. 1. art. 4. & 1. 2. q. 11. art. 5. Gonetus tom. 4. tract. 8. de Grat. disp. 5. art. 1. & 2. Ferre tract. 11. de Grat. q. 14. §. 1. Embun tract. 11. dist. 57 q. 2. Labat tom. 4. tract. 2. disp. 4. dub. vlt.

66. Ex Subtili Scholâ Scotus in 3. dist. 24. & in 4. dist. 5. Frassen in 3. tract. 2. disp. 3. art. 3. q. 3. Brancat. tom. 4. disp. 18 art. 10. Poncios in Curs. Theolog. disp. 35. de Grat. q. 3. Angles in 2. dist. 26. q. 4. Carriere tom. 2. tract. de Iustific. q. 6. Durand tom. 3. tract. de Grat. disp. 4. q. 1. & 2. Sannig tom. 2. tract. 4. dist. 3. q. 5. Felix de Grat. cap. 6. diff. 5. dub. 1. Herinx tom. 2. tract. de Grat. disp. 5. q. 6.

67. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. lib. 9. de Grat. cap. 10. & seqq. Beccan. p. 2. tract. 4. cap. 3. q. 11. Amicus tract. de Grat. disp. 34. sect. vlt. Arriaga hic sect. 3. Muniesa disp. 21. de Grat. sect. 3. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 17. q. 3. Gaudent. tom. 4. tract. 5. de Grat. disp. 2. q. 7. Abelly de Deo, tract. 6. cap. 4. sect. 7. Boverius in Exam. 1. Athaism. 21. Morand. q. 18. Fuliens. lib. 6. cap. 9. resol. 5.

DE PROPRIETATE SPIRITVS SANCTI, SECVN
DVM QVAM PROCEDIT TEMPORALITER.

DISTINCTIONIS DECIMÆ-OCTAVÆ
Synopsis.

*Spiritus aeternâ donum est ab origine, quanquam,
Temporis elapsu dicitur esse datus.*

Sic incipit: *Prætereà diligenter considerandum est.*

Sic terminat: *Continentur.*

1. **C**ONNECTITVR hæc decima octava distinctione cum superiori. In illâ egit Magister de processione Spiritus Sancti temporali, tam visibili, quam invisibili; sed in præsenti determinat de proprietate, secundum quam convenit Spiritui Sancto temporaliter procedere; ergo rectè cum superiori connectitur hæc distinctio.

2. Consequentia probatur: prius est determinare essentiam processionis temporalis, tûm visibilis, tûm invisibilis, quam agere de proprietate, secundum quam convenit Spiritui Sancto temporaliter procedere. Et quidem, cùm scientia de processione temporali Spiritus Sancti supponat cognitionem de proprietate, secundum quam temporaliter mittitur: ergo cùm in antecedenti distinctione, de Spiritus Sancti processione temporali, tam visibili, quam invisibili determinet Magister; in præsenti verò de proprietate, secundum quam mittitur temporaliter, agat, genuinum differendi ordinem suminoperè servare videtur.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ ostendit Magister, quomodo Spiritus Sanctus dicatur Donum, & Datum. In secundâ verò demonstrat, Spiritum Sanctum dici Donum solum ex aeternâ processione. In tertiat autem, & ultimâ parte expendit, quâ ratione Spiritus Sanctus, secundum quod est Donum, & Datum, diversimodè referatur.

4. PRO PRIMÆ ergò partis exactâ declaratione, hoc ponitur assertum: *Spiritus Sanctus dicitur Donum ex sua aeterna processione, & Datum ex temporali.* Quod hinc in modum suadetur: Illud propriè de Spiritu

Sancto dicitur ex æternâ processione , quod sibi convenit ante omnem creaturam; illudque ex temporali processione enunciatur, quod connotat creaturam; sed esse Donum, convenit sibi ante omnium creaturarum essentiam ; & Datum, connotat creaturam : ergo Spiritus Sanctus propriè dicitur Donum ex æternâ processione, & Datum ex temporali.

5. Hanc promovet rationem in textu Magister , inquirendo , an Spiritus Sanctus eādem ratione dicatur Donum, & Datum? Et pro parte affirmante sic arguit : illa dicuntur eiusdem rationis , qua ab eādem formâ , vel quasi formâ accipiunt denominationem , & nomen; sed Donum, & Datum ab eādem formâ , vel quasi formâ accipiunt denominationem , & nomen: ergo Donum, & Datum eiusdem censentur rationis. Minor probatur: Donum, & Datum dicuntur à datione: ergo ab eādem formâ , vel quasi formâ accipiunt denominationem ; proindeque eiusdem erunt rationis.

6. Respondet tamen Magister, Spiritum Sanctum aliâ ratione dici Donum, & aliâ Datum. Dicitur Donum, eo quod ab æterno processit ut donabilis nobis , qui futuri eramus in tempore. Dicitur Datum ab actuali datione, quia temporaliter nobis datur: ergo non eiusdem, sed diversæ rationis sunt Donum, & Datum. His ergo respondetur parti nuper adversanti.

7. Cæterū, ex dictis hanc movet dubitationem Magister: si Filius ab æterno processit ut donabilis nobis , eo quod temporaliter sit nobis datus, iuxta illud Isaiae cap. 9. *Filius datus est nobis;* cur non dicitur Donum, vel Datum, sicut de Spiritu Sancto enunciatur, ob similem processionem?

8. Huic dubitationi venustè satisfacit Magister, sustinens, quod etsi Filius temporaliter , & æternaliter processerit ut donabilis nobis , non tamen ob id dicitur Donum; quia Filius non solum processit ut donabilis, sed etiā ut genitus, sive ut natus ; Spiritus Sanctus vero processit ut donabilis, sed non ut genitus, & natus, sed ut datus; ideoque quantumque uterque temporaliter, & æternaliter procedat ut donabilis nobis, tamen sufficiens capimus discrimen, ut Spiritus Sanctus dicatur Donum, & Datum; secùs Filius.

10. Sed oppones prīmò: Donum non solum refertur ad dantem, sed etiā ad eum cui donatur: ergo posito dono, necessariò ponitur dans, & recipiens, eo quod relatio indispensabiliter presupponat extrema; sed recipiens est sola creatura : ergo Spiritus Sanctus non dicitur Donum ex sua æternâ processione, sed ex temporali missione tantum.

11. Respondetur , solam relationem actualem ponere extrema in actu,

actu, non habitualem relationem; quemadmodum Deus aeternaliter dicitur Creator, sive exemplar creaturae temporalis absque eodem quod ponat extrema in actu. Vnde Spiritus Sanctus recte dicitur Donum ex sua aeternâ processione, quia donabilis; & Datum ab actuali datione, vi temporalis processionis.

12. Oppones secundò: sicut est proprium Filij generari, ita est proprium doni donari; sed non est Filius antequam generetur: ergo nec Donum antequam donetur: ergo cum Spiritus Sanctus tantum donetur ex tempore, non erit Donum ex sua aeternâ processione, sed solum ex temporali.

13. Respondeatur cum Divo Bonaventura negando paritatem; quia generari dicit emanationem Filij, quae secundum rationem intelligendi praecepsit Filium, licet impossibile censeatur Filium esse, nisi generetur. Donari autem non solum dicit Doni emanationem, sed etiam illius communicationem; ex quo revera consequitur esse Doni, quod non dicitur ex tempore, sed ab aeterno, quamvis ex tempore detur. Et haec de primâ parte litteræ distinctionis sufficiant.

14. PRO SECUNDÆ vero partis expositione, hoc aliud proponitur assertum: *Spiritus Sanctus non ex quaunque processione habet ut sit Donum. sed solum à processione aeterna, quā propriè à Patre & Filio procedit.* Quod sic probatur: sicut Filius se habet ad nativitatem, ita Spiritus Sanctus ad processionem; sed Filius aeternaliter nascendo à Patre, habet quod sit Filius: igitur Spiritus Sanctus aeternaliter procedendo à Patre & Filio, habet quod sit Spiritus Sanctus. Modò sic; sed Spiritus Sanctus exinde habet quod sit Donum, vnde habet quod sit Spiritus Sanctus: ergo cum hoc non habeat ex quaunque processione, sed tantum ex aeterna, quā processit à Patre & Filio; aptè colligitur quod ex eadem habeat etiam quod sit Donum.

15. Confirmatur: nihil procedit aeternaliter in divinis per modum liberalitatis, quin sit Donum; sed in divinis per modum liberalitatis solum aeternaliter procedit Spiritus Sanctus à Patre & Filio: ergo solum à processione aeterna, quā propriè procedit à Patre & Filio, habet quod sit Donum Spiritus Sanctus.

16. Confirmatur iterum. Donum Dei dicitur relativè ad donatorem; sed in divinis non tantum est Pater donans, sed Filius, quia uterque est mittens: ergo Spiritus Sanctus solum in divinis erit Donum procedens à Patre & Filio; ac proinde à processione aeterna, quā à Patre & Filio aeternaliter procedit, duntaxat erit Donum.

17. Sed oppones: Donum dicit respectum ad dantem, & ad eum

cui donatur: ergo Spiritus Sanctus aut est Donum propter respectum ad dantem, aut recipientem; sed non propter respectum ad recipientem, alioquin Filius Donum foret, cum sit datus nobis, & magis datus, quam Spiritus Sanctus: ergo solum est Donum propter respectum ad dantem. Nunc sic; sed Filius procedit a dante, scilicet a Patre: ergo ex vi suæ processionis est Donum: ergo a processione aeternâ, quâ propriè procedit a Patre & Filio Spiritus Sanctus, non habet solitariè quod sit Donum.

18. Respondetur, Donum propriè dici, ob respectum ad dantem, sicut Datum, ob respectum ad recipientem; non ratione cuiusvis respectus, sed talis, nempe, quia procedit per modum donabilitatis sive liberalitatis, quod propriè, & solitariè convenit Spiritui Sancto ex vi suæ processionis. Filius enim non procedit per modum liberalitatis, sed naturalitatis, idest, non procedit ut datus, sed ut natus: Ideoque quanvis ipsi in generatione aeternâ communicetur donabilitas sive liberalitas, cum tamen non sit ratio emanandi, non procedit ut Donum, sed solum Spiritus Sanctus. Et haec de secundâ parte sufficient.

19. PRO TERTIÆ, & ultimæ partis expositione, haec tertia ponitur thesis: *Spiritus Sanctus secundum quod est Datum, refertur tam ad Patrem, quam ad Filium, quam etiam ad Nos; secundum verò quod est Donum, refertur ad Patrem, & Filium.* Hanc conclusionem statuit Magister in litterâ, dum ait, quod Spiritus Sanctus secundum hoc quod sempernè Donum est, refertur ad Patrem & Filium; secundum id verò quod dicitur Datum, sive Donatum, refertur ad eum qui dedit, & ad eos quibus datur.

20. Ex ijs Magistri verbis sic conficitur probatio: Spiritus Sanctus non solum est Donum Patris & Filij, sed etiam donatur nobis a Patre & Filio; sed quatenus Spiritus Sanctus est donum Patris & Filij, refertur ad ipsos; & quatenus ab utroque nobis donatur, dicit ordinem ad personas ipsum donantes, & ad eos quibus datur: ergo cum ordo sit respectus unius ad aliud, Spiritus Sanctus secundum quod est Donum, solum poterit referri ad Patrem & Filium; & secundum quod est Datum, tam ad Patrem, quam ad Filium, etiamque ad Nos referri poterit.

21. Assertum fulcitur a Magistro in litterâ autoritate Divi Augustini lib. 5. de Trinit. cap. 14. dicentis: *Quod datum est, & ad eum qui dedit refertur, & ad eos quibus dedit. Itaque Spiritus Sanctus non tantum Patris & Filij, qui dederunt, sed etiam noster dicitur, qui accepimus.* Ergo Spiritus Sanctus, ut sempiternè Donum est, solum ad Patrem & Filium refertur; ut Datum verò, ad Nos, & ad eum qui dedit, nempe Filium & Patrem, refertur.

22. Pro distinctionis calce, hoc excitat dubium Magister, neimpè, an *Spiritus Sanctus* pos sit dici noster? Cui appositi sub distinctione respondet ipse. Si pronomen *noster*, referat tantum *Spiritum*, dicetur noster. Si verò totum hoc referat, quippè *Spiritum Sanctum*, tunc non potest dici noster.

23. Primam distinctionis partem ostendit Magister ex illo Lucæ cap. 1. *Ipse præcedet in Spiritu, & virtute Heliæ.* Et ex Numer. cap. 11. *Auferam de spiritu tuo, tradamque eis.* Sed in his locis expressè loquitur de Spiritu Sancto: ergo si *Spiritus* dicitur Heliæ & Moysis, poterit consimiliter dici *Spiritus noster*, quia reverà datur nobis. Nunc sic; sed non dicitur *spiritus*, quò sumus, & vivimus, cùm hic *Spiritus Anima rationalis* sit: ergo dicitur *Spiritus*, quò iusti sumus, eò quòd *Spiritus Sanctus* donet nobis per gratiam sanctificantem; ac proindè *Spiritus Sanctus* potest dici noster, si tantum *Spiritum* referat hoc pronomen *noster*.

24. Sed contrà: sicut sine Spiritu Dei non possumus sancti esse, ità nec absolutè esse: ergo *Spiritum Sanctum* non tantum accepimus, vt essemus sancti, sed vt absolutè essemus: ergo *Spiritus Sanctus* æquè bene dicitur *Spiritus noster*, quò sumus, & vivimus; ac dicitur quò iusti sumus.

25. Respondetur, quòd et si à *Spiritu Sancto* habeamus esse, & sanctum esse, tamen solùm appropriativè habemus sanctum esse; ideoque non sic accipi dicitur *Spiritus Sanctus* in nostri esse productione, sicut in iustificatione nostri usurpatur. Vndè non dicitur *Spiritus noster*, quò sumus, & vivimus, sed solùm *Spiritus*, quò iusti sumus, eò quòd *Spiritus Sanctus* nobis donet per gratiam sanctificantem.

26. Vrges iterùm: *Spiritus Sanctus* dicitur noster ratione donabilitatis: ergo cùm sit nobis magis donabilis in quantum *Sanctus*, quam in quantum *Spiritus*; melius debet dici *Spiritus Sanctus noster* absolute, quam *Spiritus noster* cum limitatione.

27. Respondetur negando consequentiam; nám nomina relativa in divinis duplē important habitudinem. Quædam dicunt respectum personæ ad personam; quædam autem respectum ad creaturam. De his quæ dicunt respectum ad personam, non dicitur *meus*, vel *noster*. De his autem quæ ad nos important respectum, vt Dominus, Magister, &c. rectè dicitur *noster*. Cum ergo *Spiritus Sanctus* solùm referatur ad eos, sive dicatur esse illorum, à quibus procedit; procedatque vt *Spiritus Sanctus* à Patre & Filio, & non à nobis; non poterit appellari *Spiritus Sanctus noster* absolute, sed cum termino minuente.

28. Aliam distinctionis partem sic probat Magister: Spiritus Sanctus solum dicitur esse illorum a quibus procedit; sed non procedit a nobis, sed a Patre & Filio: ergo Spiritus Sanctus, prout Spiritus Sanctus est, non dicitur noster, quanquam in primâ acceptione noster dicatur.

29. Sed oppones: Spiritus Sanctus dicitur noster: ergo suppari iure Filius poterit dici noster. Consequentia probatur: non minus Filius datus est nobis ad sanctè esse, ac Spiritus Sanctus donetur nobis per gratiam sanctificantem, ut iusti simus; sed quia Spiritus Sanctus donatur nobis, dicitur noster: ergo & Filius ob similem rationem noster debet nuncupari.

30. Respondet Magister, quod Filius nunquam dicitur Filius noster, quanvis dici valeat Panis noster, Redemptor noster, &c. quia sub his rationibus Panis, Redemptoris, aliorumque huiusmodi, ad nos referuntur: At Filius noster non dicitur, cum sub hac ratione solum referatur ad Patrem.

31. Instabis: Filius datus est nobis: ergo Filius dicitur noster. Consequentia probatur: quod donatur alicui, dicitur illius cui datur: ergo si Filius datus est nobis, necessariò debet dici noster.

32. Respondetur cum Magistro, quod licet donatum referatur ad donantem, & ad eum cui donatur, Filiusque datus sit nobis; tamen noster non dicitur, quia Filius tantum referatur ad eum, qui genuit, & a quo procedit. Vnde solum Patris dicitur Filius, non vero noster. Et hac de tertia, & ultima distinctionis parte satis sint dicta.

Q V A E S T I O N E S.

33. IN hanc Distinctionem venient expendenda, Distinctionis undecimæ Quæstiones. Videantur Authores ibi producti in earum subsidium.



DE AEQUALITATE PERSONARVM.

DISTINCTIONIS DECIMÆ-NONÆ

Synopsis.

*Pernegat æquales personas Arrius excors.**Quamlibet & cunctis pernegat esse parem.**Sic incipit: Nunc postquam coæternitatem, &c.**Sic terminat: Non superet magnitudine.*

1. **C**ONNECTITVR hæc decima nona distinctio cum superiori. Postquam Magister superius egit de divinarum personarum distinctione, processione, & origine; necnon in antecedenti determinavit de proprietate, secundum quam convenit Spiritui Sancto temporaliiter procedere: Hic modò ordinatè incipit agere de earundem æqualitate: ergo rectè hæc consonant distinctiones.

2. Consequentia probatur: prius est divinarum personarum distinctionem, originem, & processionem statuere, quam de illarum æqualitate differere, cum æqualitas sit de genere relativorum, supponatque extrema inter quæ versatur: ergo agere Magistrum de æqualitate divinarum personarum, postquam totam illarum de distinctione, origine, & processione lineam texuit, rectum revera erit servare ordinem.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ ostendit Magister divinarum personarum æqualitatem in communione. In secundâ vero declarat, nullam inter illas fore differentiam sive diversitatem essentialiem. In tertâ autem, & ultimâ statuit, omnes personas divinas æqualis esse deitatis.

4. PRO PRIMÆ igitur partis distinctionis declaratione, en primum assertum: *Personæ divine in æternitate, magnitudine, & potentia sunt æquales.* Quod sic expenditur primo: in his divinæ personæ sunt æquales, in quibus seinvicem nullatenus sunt excedentes; sed personæ divinae in æternitate, magnitudine, & potentia non sunt seinvicem excedentes: igitur in æternitate, magnitudine, & potentia sunt æquales.

5. Major est certa. Minorem in litterâ ita probat Magister: hæc tria, scilicet, æternitas, magnitudo, & potentia sunt in divinis personis una
essen-

essentia, vnaque natura, estò diversimodè nominentur; sed quo pacto æternitas, magnitudo, & potentia sunt in divinis personis vna essentia, & natura, personæ divinæ non sunt seinvicem excedentes in æternitate, magnitudine, & potentia: ergo in his non sunt seinvicem excedentes perfectionibus; ac proindè in æternitate, magnitudine, & potentia omnino erunt æquales.

6. Secundò probatur: veritas essentiæ divinæ non est maior in vnâ personâ, quâm in aliâ: ergo nec vna persona verius est Deus, quâm alia; sed si divinæ personæ in æternitate, magnitudine, & potentia non forent æquales, veritas essentiæ divinae esset maior in vnâ personâ, quâm in aliâ; necnon vna persona verius esset Deus, quâm alia, vt ex se liquet: igitur personæ divinæ sunt æquales in æternitate, magnitudine, & potentia.

7. Tertiò suadetur: Pater est perfectus Deus, Filius etiàm, & Spiritus Sanctus: ergo si vna persona perfectione aliquâ foret maior aliâ, vna ex illis necessariò foret imperfecta; sed si divinæ personæ in æternitate, magnitudine, & potentia non essent æquales, vna necessariò foret maior aliâ in perfectione aliquâ, necnon vna ex illis imperfecta evaderet: ergo cùm hoc maximè detrahatur perfectioni divinæ, tenendum est, divinas personas æquales fore in æternitate, magnitudine, & potentia.

8. Quartò probatur: sicut omnis multitudo reducitur ad unitatem; sic omnis inæqualitas ad æqualitatem; sed unitas à quâ est omnis multitudo, est unitas increata: ergo & æqualitas ad quam reducitur omnis inæqualitas, est æqualitas increata; sed æqualitas increata non compatitur cum inæqualitate æternitatis, magnitudinis, & potentiae: ergo cùm personæ divinæ polleant æqualitatem increatam, erunt in æternitate, magnitudine, & potentia omnino æquales.

9. Quintò, duplici Damasceni, & Augustini expresso testimonio corroboratur assertum. Et primò Damasceni lib.de Orthodox. fid. cap. 5. sic allocuentis: *Confitemur, deitatis naturam omnem perfectissimè esse in singula suarum hypostaseon, idest, personarum, omnem in Patre, omnem in Filio, omnem in Spiritu Sancto. Idcōque perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus Sanctus.* Ergo perfectione essendi non est vna persona maior aliâ; sed æternitas, magnitudo, & potentia sunt in divinis personis vna essentia, & natura: ergo cùm in his perfectionibus vna non sit maior aliâ, necessariò erunt æquales.

10. Secundò, ijs Augustini verbis lib.de Fid.ad Petrum, cap. 1. idipsum robatur: Nullus horum alium, aut præcedit æternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate. Sed ubi nullus viget excessus, ibi elutet

cet omnimoda æqualitas: ergo cum una persona divina aliam non præcedat æternitate, aut excédat magnitudine, aut superet potestate, reverta in his perfectionibus erunt omnino æquales.

11. Sed oppones primò: ubi est æqualitas, ibi est divisibilitas, & diversitas, quoniam nihil est sibi æquale; nec simplex simplici æquatur; sed in divinis nec est divisibilitas, nec diversitas: ergo nec æqualitas in æternitate, magnitudine, & potentia.

12. Respondetur, quod ubi est æqualitas, quæ consequitur quantitatem molis, verum est, ibi esse divisibilitatem, ut appareat in creatis; secus in divinis ubi quantitas molis minime adest. Ad illud quod ubi est æqualitas, ibi diversitas, dicimus, solum probare diversitatem suppositorum, non formæ, aut essentiæ. Vnde propriè loquendo, in suppositis divinis non est diversitas, sed distinctio.

13. Oppones secundò ex Augusti 10 l. b. Ologint. trium quest. q. 21. dicente: *Si omnia essent aequalia, non essent omnia.* Ergo omnimoda æqualitas tollit perfectionem in divinis; sed nihil est ponendum in Deo, quod detrahatur divinæ perfectioni: ergo ibi non erit astraenda summa æqualitas, sive in æternitate, magnitudine, & potentia.

14. Responderetur cum Seraphico Doctore, quod æqualitas solum pugnat cum Universi perfectione; quia cum haec perficiatur ex rerum diversitate, opus est, ut omnia non sint aequalia, alias perfectio Universi stare non posset: At perfectio divina, non in aggregato diversatum perfectionum consistit, sed in summâ unitate, cum qua nullam compatiatur inæqualitas; impotius summa, & infinita æqualitas in divinis ab omnibus commendatur. Et haec de primâ distinctionis parte sufficient.

15. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, en secundum assertum: *Nulla inter divinas personas adest essentialis diversitas.* Quod sic probatur: persona divinæ non differunt in divinâ essentiâ: ergo personæ divinæ erunt idem in divinâ essentiâ. Antecedens probatur: divinæ persona non differunt simuliter, ut partes integrales in toto integrali; nec localiter, ut partes subjectivæ in toto universaliter; nec convenient materialiter, sicut diversæ aquæ in unâ convenientia materia; nec formaliter, sicut quæ convenient in formâ; sed solum in his aliqua adest differentia, seu diversitas: ergo personæ divinæ non differunt in divinâ essentiâ.

16. Antecedens in textu suum per ordinem suadet Magister. Et primò, quod in divinis nulla sit diversitas partium, sicut in toto integrali. Sic probat: ubi est summa naturæ unitas, ibi repugnat qualisunque partium diversitas; sed in divinis est summa naturæ unitas: ergo in divinis non est diversitas partium, sicut in toto integrali. Præmissæ

sunt veræ, & consequentia legitimè deducitur: ergo.

17. Sed contrà: vbi est pluralitas, ibi est integritas, quia omnis pluralitas ex vnitatibus constat; sed in Deo est pluralitas, cùm sit Trinitas: ergo in Deo est integritas, sive diversitas partium, sicut in toto integrali.

18. Respondetur negando maiorem, & consequentiam. Licet enim in Deo sit personarum pluralitas, tamen pluralitas illa non integratur, eò quod nihil amplius sit in tribus suppositis divinis, quam in uno; quod necessariò exigitur ad integratem, sive partium diversitatem, sicut in toto integrali.

19. Instabis: tantum est in una personâ, quantum in duabus; & tantum in duabus, quantum in tribus: ergo tantum credit, & aquè plenè credit, qui credit unum solum esse suppositum divinum, quam qui credit tres esse personas; sed hoc est falso: ergo & quod nihil amplius sit in tribus suppositis divinis, quam in uno.

20. Respondetur negando consequentiam. Nam fides non tantum est respectu essentiae divinae, vel magnitudinis, sed etiam respectu modi essendi in divinis personis; sive non tantum credit, qui unam divinam personam credit, quantum qui tria divina supposita credit, quamvis nihil amplius sit in tribus, quam in una personâ divinâ.

21. Secundò, quod ibi non sit diversitas partium, sicut in toto aliquo universalis, sic suadetur: si talis partium diversitas foret in divinis, essentia divina esset quoddam totum universale respectu personarum; sed implicat quod divina essentia sit totum quoddam universale respectu personarum: igitur & quod in divinis sit diversitas partium, sicut in aliquo toto universalis.

22. Minorem probat: univiale est unum in multis cùm sui multiplicitate; sed essentia divina quamvis sit una in multis, sive in tribus divinis personis, tamen non est in illis cùm sui multiplicitate: ergo implicat quod essentia divina sit totum quoddam univiale respectu personarum. Maior est definitio universi logici tradita ab Aristotele 7. Metaph. text. 45. & i. Poster. cap. 8. Minor est de fide; quia essentia divina non prædicatur de personis divinis pluraliter, sive cum sui multiplicitate: ergo in divinis non est diversitas partium, sicut in toto aliquo universalis.

23. Tertiò: quod tres personæ divinae non convenient in una essentiâ, sicut in toto quoddam materiali, ita quod una essentia sit materia trium personarum, quemadmodum de auro dicitur, quod sit plurimum vasorum materia, in hunc probat modum Magister: illa qua in una materia

teria convenient, plus est de materia in pluribus eorum, quam in uno; sed non plus de essentia divina est in tribus personis, quam in una: ergo personae divinae non convenient in una essentia, sicut in toto materiali, eodem quod essentia non habeat ad personas, ut quoddam materiale totum. Maior claret; quia plus est auri in quinque annulis, saltem si fuerint in pondere coequalis, quam in uno. Minor consimiliter est de fide. Consequentia sequitur: ergo.

24. Quartò, quod divinae personae non convenient in essentia, sicut in proprietate formalis, quemadmodum plures homines convenient in una complexione, qui etiam propter hoc dicuntur unius naturae, sic ostendit: quia homines convenient in essentia, sicut in proprietate formalis, duo homines sunt aliquid maius, quam unus homo; & tres, quam duo; sed tres divinae personae in essentia convenientes, non sunt aliquid maius, quam duae; & duas non maius aliquid, quam una: ergo personae divinae non convenient in essentia, sicut in proprietate formalis: ergo nullam inter divinas personas haec tenus diversitatem essentialem capimus.

25. Sed oppones Damascenum lib. 3. de Orthodox. fid. cap. 6. dicentem: Deum esse speciem communem, & universalem, sicut homo; & tres personas esse tria individua numero, non natura differentia, sicut Socrates & Plato: ergo ratio universi logiei habet locum in divinis.

26. Respondet Magister, verba Damasceni non propriè, sed similitudinariè esse capienda, videlicet, quod in divinis sint aliqua, quæ similitudinem tenent rei communis, & aliqua rei particularis; similitudinem quidem rei particularis tenent personae; rei vero communis similitudinem sibi vindicat essentia.

27. Unde, sicut species homo, prædicatur de pluribus; ita & Deus, quanquam non multiplicetur in illis, sicut species homo. Et sicut individua sunt plura logicè subiectibilia, quæ alia sub se inferiora non continent; ita & personae divinae, tametsi earum pluralitas non sit quoad naturam, sicut individuum pluralitas.

28. Pro cuius captu observandum est, aliqua numero differre dupliciter. Uno modo sic, quod unum non sit id quod aliud, ut Socrates & Plato dicuntur numero differre, quia Socrates non est illud quod Plato. Et hoc modo personae divinae non dicuntur differre numero, quia una est illud quod alia.

29. Alio modo enunciatur differre numero, quæ in enumeratione a se invicem discernuntur; ut dum aliquas numeramus res, dicimus, una, duas, tres. Et iuxta hunc modum divinae personae dicuntur differre numero,

mero, quia possumus catholicè dicere: Pater est unus; & Pater & Filius sunt duo; & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres. His sic expostis, Damasceni loquendi modus nec refragatur Augustino, nec præfert aliquid dissolutū fidei. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

30. PRO TERTIÆ, & ultimæ partis declaratione, en vltimum assertum: *Omnes personæ divinæ simul, non sunt maioris deitatis, quam una; & una non maioris, nec minoris, quam omnes.* Quod sic primò à Magistro probatur: omnes personæ divinæ sunt æqualis magnitudinis, & veritatis: ergo sunt æqualis deitatis. Antecedens liquet. Consequentia probatur: magnitudo, & veritas in divinis idem sunt; sed veritas est ipsa essentia; & essentia ipsa deitas: ergo sicut personæ divinæ sunt æqualis magnitudinis, & veritatis; ita etiā sunt æqualis deitatis.

31. Secundò probatur: non potest maior æqualitas excogitari, quam vbi unum æquatur uni, & unum pluribus, & unum omnibus; sed in divinis tantus est Filius, quantus est Pater; & tantus est Filius, quantus Pater & Spiritus Sanctus; tantus etiā Filius, quantus omnes tres: ergo omnes divinæ personæ simul, non erunt maioris deitatis, quam una; & una non maioris, nec minoris, quam omnes.

32. Tertiò, idipsum confirmat Magister authoritate Divi Augustini afferentis, quod etsi Deus sit Trinus, non tamen potest dici triplex, eò quod triplicitas inæqualitatem evincat. Hæc sunt Augustini verba lib. 5. de Trinit. cap. 9. *Non quoniam Deus Trinitas, ideo triplex putandus est. Alioquin minor esset Pater solus, vel solus Filius, quam simul Pater & Filius.* Sed vbi est triplicitas, ibi tria sunt aliquid maius, quam duo; & duo aliquid maius, quam unum; ergo esto Deus sit Trinus, non tamen potest dici triplex, cum ibi sit summa unitas; ac proindè omnes personæ divinæ simul, non sint maioris deitatis, quam una; & una non maioris, nec minoris, quam omnes.

33. Sed oppones: æquè bene è unitas in linea unitatis excludit multiplicitatem, ac Trinitatem; quia ita cohærent multiplicitas, & Trinitas, quod vbi est Trinitas, ibi inveniatur multiplicitas; sed Deus verè dicitur Trinus: ego & triplex.

34. Responder Magister, quod hæc nomina *trinus*, & *triplex*, non pro eadem, sed pro diversâ usurpantur significacione. *Trinus* accipitur, quatenus significat pluralitatem in suppositis cum unitate formæ. *Triplex* verò quatenus dicit distinctionem simpliciter in termino, cui additur, vel quantum ad formam, vel quantum ad partium multiplicationem. Cum ergo in Deum non cadat multiplicatio, nec quantum ad formam, nec quantum ad partes, ideo nullo modo potest dici triplex, sed scilicet Trinus.

nus. Et hæc de tertia, & ultimâ distinctionis parte dicta sint satis.

QVÆSTIONES.

35. QVÆST. 1. An & quomodo una persona sit in alia? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 19. q. 3. art. 2. & 1. p. q. 42. art. 5. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 97. nu. 245. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 42. disp. 16. art. 4. Portugal tom. 2. lib. 6. cap. 2. p. 1. & 2. Ferre de Trinit. q. 19. §. 7. Contenson tom. 2. dissert. 6. cap. 1. specul. 3. Lumbier de Trinit. q. 13. art. 4.

36. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 19. q. 4. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 10. sect. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 9. q. 8. Et in Comment. tom. 1. dist. 19. q. 2. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 69. art. 1. & seqq. Merin. tom. 1. disp. 8. q. 4. Felix de Trinit. cap. 9. diff. 4. Carriere de Trinit. q. 42. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. vlt. q. 3. Faber in 1. dist. 18. disp. 44. Rada tom. 1. Controv. 20. art. 1. Smiling de Deo Trino. disp. 3. q. 1. Berulle tom. 2. disp. 1. q. 6. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 2. q. 5.

37. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Attrib. cap. 16. Amicus disp. 19. sect. 8. Carleton tom. 1. disp. 61. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 20. sect. 3. Mart. Perez disp. 18. sect. vlt. nu. 6. Mauritius tract. 7. de Trinit. q. 94. Rhodes disp. 6. de Deo. q. 4. sect. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 19. q. 4. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 14. q. 6. Coriolan. q. 42. art. 6. Forestus fol. 612. Morand. q. 37. Blasco tom. 2. dist. 127. q. 2.

38. QVÆST. 2. An à personis divinis possit abstrahi ratio aliqua communis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 23. q. 1. art. 2. & 1. p. q. 30. art. 4. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 81. num. 1. & disp. 69. nu. 312. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 32. disp. 32. disp. 14. art. 1. Salmant. tom. 2. disp. 10. dub. 5. Lumbier de Trinit. q. 5. art. 5. num. 366. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 3. dub. 5.

39. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 23. q. vnic. Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 1. q. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 7. Marius tom. 1. disp. 5. q. 2. Merinerus tom. 1. disp. 3. q. 3. Felix de Trinit. cap. 4. diff. 3. Sola tom. 2. dist. 23. q. vnic. Smiling de Deo Trino. disp. 2. q. 1. Berming. q. 30. art. 4.

40. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 3. Carleton tom. 1. disp. 57. sect. 1. Mart. Perez de Trinit. disp. 10. sect. 3. Borrull de Trinit. disp. 14. sect. 7. Ex alijs Seraphicus Doctor in 1. dist. 25. a 1. 2. q. 1. & 2. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 6. q. 3. Blasco tom. 2. dist. 125. q. 3.

41. QVÆST. 3. An personæ divinæ sint æquales secundum potentiam,

tiam, & magnitudinem? De quo, distinctione 4. quest. 4.

42. QVÆST. 4. An terminus formalis divinarum processionum sit essentia divina? De quo, distinctione 4. quest. 5.

43. QVÆST. 5. An relationes identitatis, similitudinis, & aequalitatis sint reales, aut rationis? De quo, distinctione 9. quest. 6.

44. QVÆST. 6. An Deus in aliquo collogetur praedicamento? De quo, distinctione 8. quest. 2.

45. QVÆST. 7. An inter divinas personas detur verus, & realis ordo prioris, & posterioris? De quo, distinctione 2. quest. 5.

46. QVÆST. 8. An in Deo possit admitti compostio? De quo, distinctione 8. quest. 1.

DE PERSONARVM ÆQUALITATE IN

OPERANDI POTENTIA.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ

Synopsis.

*Nequaquam est alijs persona potentior una,
Quod ratio perhibet, quod pia scripta docent.*

Sic incipit: Nunc ostendere restat, &c.

Sic terminat: Nec potentia excellat.

1. CONNECTITVR hæc vigesima distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister æqualitatem magnitudinis divinarum personarum in essendo; sed in præsentî æqualitatem potestatis earundem in operando detegit: ergo rectè connectitur hæc distinctio cum antecedenti.

2. Consequentia probatur: priùs est ostendere ea, quæ spectant ad esse, quam quæ ad operari pertinent, eo quod operari sequatur esse: ergo à magnitudinis æqualitate divinarum personarum in essendo, ad æqualitatem potestatis earundem in operando, immediate procedere, sanè rectam erit servare methodum; sed Magister in antecedenti distinctione à magnitudinis æqualitate divinarum personarum in essendo, ad earundem potestatis æqualitatem in operando procedit: ergo.

3. Dividitur hæc præsens distinctio in tres præcipuas partes, iuxta totidem rationes, quibus Magister probat, divinas personas esse in Omnipotentiâ coæquales. In qua si primâ Magister assumit authoritatem evangelicam ad hoc suadendum. In secundâ vero utitur divisione immediata. In tertiat autem, & ultimâ utitur argumento desumpto ex similitudine generationis humanae.

4. PRO PRÆSENTIS igitur distinctionis declaratione, hæc unica apponitur conclusio: *Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum in Omnipotentiâ esse coæquales, triplici ratione probari potest.* Quarum prima fundatur super autoritate evangelicâ Ioan. cap. 16. *Omnia, quæ habet Pater, mea sunt.* Id est, quicquid Pater habet, dedit mihi; sed Pater habet Omnipotentiam: igitur Filio eam communicavit. Modo sic; sed Filius nascendo, & Spiritus Sanctus procedendo, Omnipotentiam accipiunt: ergo personæ divinæ ita sunt æqualis potentiarum, quod omnes tres non sint plus, quam quælibet eorum per se.

5. Confirmatur: quæcunque participant eandem naturam, reverâ eandem potentiam naturalem habent; sed quæcunque eandem omnino potentiam habent, quicquid potest unum, potest & alterum: ergo cum Pater, Filius, & Spiritus Sanctus eandem numero naturam divinam, eandemque omnino potentiam habeant, erunt in Omnipotentiâ coæquales.

6. Confirmatur iterum: quæcunque habent omnino idem operandi principium, nihil unum sine alio operari valet; sed Pater, Filius, & Spiritus Sanctus idem operandi principium habent: ergo nihil potest una persona operari, quod non possit alia. Major est certa. Minor similiter claret; quia eadem est voluntas in tribus divinis personis, quæ passim ponitur principium productivum ad extra. Consequentia legitime infertur: ergo iure optimo divinæ personæ in Omnipotentiâ censemur æquales, cum nihil una persona operari valeat, quod & alia non possit.

7. Sed contraria: hæc ratio à Magistro adducta, nempe: *Omnia quæ habet Pater, Filius habet;* ergo quantam potentiam habet Pater, habet Filius, non videtur subsistere: ergo insufficienter probat conclusionem Magister. Antecedens probatur: illa ratio nihil evincere videtur, in quâ mutatur quid in quantum; sed in hæc ratione adductâ à Magistro mutatur quid in quantum: ergo hæc ratio nihil valere videtur. Minor probatur: in hæc ratione Magister ly omnia, distribuit pro substantiâ, & ly quantum, pro quantitate: ergo mutatur quid in quantum; ac proinde præfatum Magistri ratiocinium non subsistit.

8. Respondetur, prædictam rationem, ad probandum intentum in divi-

divinis, aptissimam fore; tametsi forma, sive arguendi modus non valeat, si quantitas a substantia differat. Cum ergo sint idem in Deo, argumentum in qualibet materia est bonum, etiam si quid in quantum mutetur. Vnde, cum non dicatur de aliquo solum habere substantia, sed etiam proprietates; si ly omnia, distribuatur pro omnibus habitibus, sequitur, & habere pariter proprietates omnes. Quamobrem, cum Pater nullam polleat potentiam, quae Filio non congruat, nihil poterit unus, quod & alter non possit.

9. Insuper, Magister refutat responsonem cuiusdam haeretici affirmantis, Patrem esse maiorem Filio, quanvis in Filio eluceat aequalis potestas cum Patre; quia Pater a nullo habet potestatem; Filius vero illam a Patre habet.

10. Sic urget primus: non est idem, Filium habere omnem potestatem a Patre; ac illam habere eodem ordine, quod Pater; sed ut Filius sit per omnia aequalis Patri, sufficit habere omnem potestatem a Patre, quanvis eam non habeat eodem ordine, quod Pater: ergo Pater non est maior Filio, et si Filius a Patre potestatem habeat.

11. Secundus urget: quod Filius a Patre habeat potestatem, non probat, Patrem esse maiorem Filio, sed solum Filium procedere a Patre; sed stat bene Filium procedere a Patre, & Patrem non esse maiorem Filio: ergo quod Filius potestatem habeat a Patre, non probat, Patrem esse maiorem Filio. Maior est evidens; nam origo respicit unum esse ab alio; aequalitas vero perfectionem aequalitatis respicit. Minor consimiliter liquet. Consequentia deducitur: ergo.

12. Sed contra insurget haereticus: potentia Dei Patris exercetur in Filio & Spiritu Sancti productionem; sed potentia Dei Filii solum exercetur in productionem Spiritus Sancti: ergo potentia Dei Patris in plura potest, quam Filii Dei potentia: ergo aut non est eadem potentia in Patre & Filio, aut Pater est maior Filio.

13. Respondeatur negando ultimam consequentiam. Licet enim Pater simul generet, & spiraret; & Filius solum spiraret, & non generet, nihilominus non sequitur, Patrem esse maiorem Filio, sive ambo non fore coæquales; quia aequalitas, aut inæqualitas ex hoc non desumitur capite; sed aliunde, eò quod generare solum hypostasi Patris, spirareque suppositis Patris & Filii conveniat: Cum ergo hoc non sit quid commune, sive absolutum in divinis, ex quo dantur at aequalitas, aut inæqualitas arguitur, haereticorum instantia nullius est roboris.

14. SECUNDA ratio, quæ super divisione immediata fundatur, hunc in modum proponitur: si Pater non genuisset Filium sibi aequali-

in Omnipotentiā, aut ergo hoc esset, quia potuit, sed noluit; aut quia voluit, sed non potuit; sed utrumque horum est falsum: igitur & quod tres divinæ personæ non sint in Omnipotentiā coæquales.

15. Major ex terminis claret. Minorem verò sic in litterā probat Magister: si Deus Pater potuit Filium sibi æqualem generare, & noluit, tunc invidus fuit, non præstando Filio, quod naturalis proprietas expostulat. Si autem voluit, & non potuit, tunc Pater ipse infirmus fuit, & non Omnipotens; sed hoc manifestè repugnat: ergo Pater voluit, & potuit, inquit Filium æqualem in Omnipotentiā generavit: ergo tres divinas personas esse in Omnipotentiā coæquales, catholicè est tenendum.

16. Contrà primò: hæc prima pars rationis secundæ adductæ à Magistro, nempè: si Pater non potuit gignere Filium æqualem: ergo Pater non est Omnipotens, nihil revera probat: ergo in asserti probatione diminutè processit. Antecedens probatur: id ipsum de Filio valet dici, scilicet, Filius non potest gignere Filium æqualem ergo Filius non est Omnipotens: ergo cum hic sit futilis arguendi modus, & primus erit omnino inanis.

17. Respondetur negando antecedens, & illius probationem. Nam argumentum est efficax in divinis, vbi generare solum convenit Patri, non vero Filio & Spiritui Sancto; ideoque tener illatio, quod Pater non foret Omnipotens, si Filium æqualem non generaret; non tamen sequitur, Filium non esse Omnipotentem, et si Filium æqualem non generet, quia generare non convenit ipsi, sed generari.

18. Contrà secundò: hæc itidem secunda ratiocinij pars appositi à Magistro, videlicet, Pater potuit Filium sibi æqualem generare, & non genuit, ergo invidus fuit; etiam est insufficiens: ergo Antecedens ostenditur, quia potest huiusmodi ratiocinari: Deus potuit creaturam hanc facere meliorem, & non fecit: ergo invidit; sed hic arguendi modus nihil concludit: ergo nec primus, quod vitetur Magister.

19. Respondetur negando antecedens cum probatione. Invidia enim artificis producentis, non attenditur in productione rei inæqualis, vel minus bona; sed vbi res ex natura sua exigit tale esse; tunc enim necessariò concluditur, quod aut producens non potuit, aut invidit. Si potuit, & noluit producere, fuit invidus, quia non fecit, quod debuit. Si voluit, & non potuit producere, fuit impotens. Quoniam autem Filius divinus eò ipso quod Filius est, natus sit perfectè imitari, necessariò que generari à Patre, rectè infert Magister, quod si non generaret Filium sibi æqualem, aut foret invidus, aut infirmus. Instantia de creatura non tenet, quia Deus ad extra liberè contingenter operatur.

20. TERTIA ratio, quæ solùm in humanae generationis similitudine innititur, sic aptè perficitur: Deus Pater non minus communicativus est generando Filium Deum, quam homo filium hominem generando; sed homo Pater, si potuisset, æqualem sibi Filium genuisset: igitur Deus Pater, qui summe potuit, æqualem sibi Filium genuit: ergo Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum in Omnipotentiâ esse coæquales, his tribus rationibus appositis sufficienter ostenditur.

21. Ex quibus etiâm consequitur æqualitas Spiritus Sancti cum Patre & Filio; siquidem eodem modo comparatur Spiritus Sanctus cum Patre & Filio, à quibus procedit, quo Filius comparatur cum Patre, à quo gignitur: ergo ratiocinia adducta à Magistro, æquè benè probant coæqualitatem Patris cum Filio; ac Spiritus Sancti cum Patre & Filio. Et hæc de totâ distinctionis litterâ satis sint dicta.

Q VÆST I O N E S.

22. **Q**VÆST. 1. An, & quomodo Omnipotentia sit distincta à voluntate, & essentiâ; sive requiratur potentia alia à voluntate discretâ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 19. art. 4. & in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 32. à p. 820. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 3. art. 4. Prudent. tract. 2. de Scient. disp. 2. dub. 5. sett. 1. Ferre tom. 2. tract. 13. de Potent. q. 4. §. 1. Lezana tract. 4. disp. 23. q. 2. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 5. cap. 2. specul. 2. Biescas tom. 2. q. 25. art. 1. dub. 3. & q. 14. art. 8. dub. 10. Ioan. à S. Thomâ 1. p. q. 26. disp. 11. art. 2.

23. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 37. q. vnic. Brancas m. 1. disp. 14. q. 5. Mastrius tom. 1. disp. 4. de Vol. q. 6. art. 1. Hernandez in 1. tract. 1. disp. 6. sett. 2. subsett. 1. & seqq. Poncius in Curs. Theolog. disp. 8. de Potent. q. vnic. Herrera in 1. disp. 23. Berulle tom. 1. disp. 22. q. 1. Baron tom. 4. tract. de Potent. apolog. vlt. art. 2. Samig tom. 1. tract. 2. dist. 3. q. vlt. Durand tom. 1. tract. de Scient. disp. 3. q. 3. Carrière tract. de Deo Vno, q. 25. Vulpes tom. 2. disp. 42. art. 1. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 7. q. 2. Herinx tom. 1. tract. de Omnipot. disp. 9. q. 1.

24. Ex Scholâ Exiuniâ Suarez 1. p. tom. 1. lib. 3. cap. 9. & disp. 3. Metaph. sett. vlt. Aldrete disp. 26. de Incarn. sett. 4. Arriaga tom. 1. disp. 40. Amicas tom. 1. disp. 17. sett. 1. Quiròs disp. 62. sett. 2. Muniesa de Attrib. disp. 9. sett. 2. Borrull disp. 8. de Attrib. sett. 4. Hemelman tract. 2. de Vol. tit. 10. Alòs in Select. disp. 2. cap. 10. Beccan. tract. 1. cap. 17. q. 2. Martinon disp. 22. de Deo, sett. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist.

dist. 45. art. 2. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 24. q. 1. Blasco tom. 1.
dist. 92. q. 5. art. 2. §. 1.

25. QVÆST. 2. An potentia Dei sit infinita? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 25. art. 2. & in 1. dist. 43. q. 1. art. 1. Ferre tom. 2. tract. 13. q. 2. §. 4. Contenson tom. 1. lib. 2. differt. 5. cap. 2. specul. 1. Lumbier disp. 16. art. 6. Biescas tom. 2. q. 25. art. 3. dub. 1. & seqq.

26. Ex Subtili Scholâ Scotus lib. 12. Metaph. q. 13. Vulpes tom. 2. disp. 42. art. 3. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 7. Faber in Phis. Theor.

54. Herinx tom. 1. tract. de Omnipot. disp. 9. q. 1. Aquila in 1. dist. 42. q. 1.

27. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. lib. 3. de Attrib. cap. 9. Beccan. tom. 1. cap. 17. q. 3. Amicus tom. 1. disp. 17. sect. 2. Carleton tom. 1. disp. 47. sect. 2. Ex alijs Seraphicus Doctor in 1. dist. 43. art. 1. q. 1. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 24. q. 2.

28. QVÆST. 3. An in Deo sit Omnipotentia, & quomodo constituantur? De quo, distinctione 7. quest. 6.

29. QVÆST. 4. An personæ divinæ sint æquales secundum potentiam, & magnitudinem? De quo, distinctione 4. quest. 4.

54. QVÆST. 5. An relationes divinæ aliquam formaliter perfectionem, aut infinitatem importent? De quo, distinctione 7. quest. 2.

DE MODO LOQVENDI DE PERSONIS CVM EXCLVSIVA DICTIONE.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-PRIMÆ Synopsis.

*Esse Deum, solum Patrem, non dicimus apie,
Sed Patrem, solum dicimus esse Deum.*

Sic incipit: *Hic oritur quæstio, &c.*

Sic terminat: *Quod in pluribus Scripturæ locis occurrit.*

1. **C**ONNECTITVR hæc præsens distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de æqualitate potestatis divinarum personarum in operando; sed in præsenti declarat, quomodo dictiones exclusivæ

dicantur de Deo: ergo rectè præsens distinctio consonat superiori.

2. Consequentia probatur: priùs est ostendere, divinas personas esse coæquales in magnitudine, aeternitate, & potentia, tūm in essendo, tūm in operando, quām perpendere, quomodo dictiones exclusivæ dicantur de Deo, cūm hoc summoperè conducat ad earundem aequalitatem instaurandam: ergo si Magister postquam divinarum personarum aequalitatem in aeternitate, magnitudine, & potentia in essendo, & operando ostendit, immediatè detegit, quonam modo dictiones exclusivæ enuncientur de Deo, quæ maxime spectant ad præfatam aequalitatem ex pendendam, congruentissimè processit.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister determinat, an termini personales de personalibus cum dictione exclusivâ dicantur. In secundâ verò inquirit, an termini essentiales de personalibus cum exclusione verè dicantur. In tertiat autem, & ultimâ Magister ostendit, qualiter sùb vnâ personâ omnes intelligantur.

4. PRO PRIMÆ igitur distinctionis partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Propositiones, in quibus termini personales de personalibus terminis cum dictione exclusivâ praedicantur, sunt concedendæ.* Quam probans Magister, inquirit, cūm dictum sit, cuòd tantus sit solus Pater, vel solus Filius, quantum fuit illi tres, quomodo est intelligendum, dūm dicitur, solus Pater, vel solus Filius, si nunquam est Pater sine Filio, nec Filius sine Patre?

5. Ad hæc responder Magister, dicendo, quòd per hoc non excluditur vna persona ab aliâ, sed proprietas relativa intelligitur itâ ibi convenire vni, quòd alteri non conveniat. Vnde hic loquendi modus vertit hunc sensum: Solus Pater, idest, qui itâ est Pater, quòd non Filius. Similiter, solus Filius, idest, qui itâ est Filius, quòd nulli alteri conveniat filatio divina. Idipsum tenendum est de Spiritu Sancto: ergo propositiones, in quibus termini personales de personalibus terminis cum dictione exclusivâ praedicantur, sunt concedendæ.

6. Quod Divus Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 8. venustè his expendit verbis: *Solum Deum Patrem dicimus, non quia separatur à Filio, vel Spiritu Sancto; sed quia illi simul cum eo non sunt Pater. Solus enim Pater, Pater est. Quod non dicitur, quia ipse sit solus, idest, sine Filio, vel Spiritu Sancto.* Ergo dūm dicitur *solus*, non significat Patrem esse solitarium, & seicutum à Filio; sed esse à Filio distinctum proprietate Patris, quæ Filio non convenit: ergo hæc propositiones: Solus Pater generat: Solus Pater est tantus, quantus Pater & Filius simul, reverâ sub

afir-

affirmatione comprehenduntur, dūm exclusivā dictione proferuntur.

7. Sed oppones primō: hic terminus *situs*, idem sonat, quod non cum alio, sive exclusio alterius; sed impossibile est, Patrem non esse cum alio: ergo dūm huic termino *Pater*, vel cuilibet alijs personali termino additur particula *situs*, reddit propositionem falsam: ergo propositiones, in quibus termini personales de personalibus terminis cum dictione exclusivā prædicantur, non sunt concedendæ, impotius negandæ.

8. Respondetur, quod ly *situs*, sive negatio illa non excludit simpliciter aliud in eo existendo; sed tantum excludit aliud respectu formæ subiecti, vel prædicati in comparticipando. Quamobrem, estō *Pater* cum alijs existat personis, repugnetque ipsi sine illis esse, quia tamen proprietatem paternitatis, sive generandi actum, cum alio non communicat, ideo hæ loquutiones sunt veræ, & concedenda: Solus Pater generat: Solus Pater est Pater.

9. Oppones secundō: dictio *situs*, excludit hoc relativum *alius*; sed *alius*, ita est relativum diversitatis, quod omnem excludat identitatem: ergo in hac propositione: *Solus Pater est Pater*, excludit aliud ab eo quod sit Pater: ergo aut aliud Patrem, aut aliud Deum; sed quocunque modo dicatur, est propositio falsa, & implicatoria: ergo non est concedenda. Minor probatur: non excludit aliud Patrem, cum in divinis non duo, sed unus sit Pater; nec aliud Deum, cum unus, & idem sit Deus: ergo quomodolibet proferatur, est propositio falsa, & implicatoria, ab omnibusque firmiter neganda.

10. Respondetur negando minorem. Ad probationem nego consequiam. Dūm enim asseritur, solus Pater est Pater, non dicitur, quod est Pater & non aliud Pater; sed Pater, & non aliud à Patre. Ideoque solum excludit, quod alia persona sit in divinis Pater, ad quod sufficit, aliam esse personam præter Patrem. Cunque in divinis sint Filius & Spiritus Sanctus realiter distincti à Patre; dūm dicitur, solus Pater est Pater, non solum non est propositio falsa, & implicatoria, sed supra modum vera, & ab omnibus concedenda. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficient.

11. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hæc alia propinatur conclusio: *Propositiones, in quibus termini essentiales de personalibus terminis cum exclusione prædicantur, sunt negandæ*. Quam vt clare ostendat Magister, inquirit, an huiusmodi propositiones sunt concedendæ: *Solus Pater est Deus*; aut *Pater est solus Deus*?

12. Et respondet, p̄fatas propositiones penitus fore negandas.

Cuius ratio est; quia esse solum Deum, toti convenit Trinitati, & non tantum vni persona; cùm ergo hæ propositiones: *Solus Pater est Deus;* aut *Pater est solus Deus*, excludant prædicata essentialia à personis distinctis ab eâ, de quâ prædicantur; & necesse sit prædicata essentialia omnibus divinis personis indiscriminatim convenire, huiusmodi propositiones sunt negandæ.

13. Confirmatur primò: persona Patris in divinis est Deus, & Pater; sed quia nulla alia persona in divinis est Pater, hæc prædicatio est vera: *Solus Pater est Pater*: ergo cùm alia persona distincta à Patre sit Deus, hæc erit falsa: *Solus Pater est Deus*: ergo propositiones, in quibus termini essentiales de personalibus terminis cum exclusione prædicantur, reverà sunt negandæ.

14. Confirmatur secundò: omnis proposicio, in quâ prædicatum communius est subiecto, additâ exclusione ad subiectum, redditur falsa, quia nullum tale præcisè convenit subiecto; sed talis est hæc propositionis: *Solus Pater est Deus*, & aliae huic consimiles: ergo sunt negandæ. Minor probatur: prædicatum huius propositionis: *Solus Pater est Deus*, communius est subiecto, vt ex se liquet: ergo dum additur dictio exclusiva ad subiectum, redditur omnino falsa.

15. Confirmatur tertio: dictio exclusiva excludit omne illud, & maximè oppositum; sed relativa sunt opposita, & præsertim in divinis: ergo dictio exclusiva addita vni relativo excludit aliud; sed divina supposita sunt opposita, & relativa: ergo dictio exclusiva addita Patri excludit Filium: ergo cùm in hâc propositione: *Solus Pater est Deus*, dictio exclusiva addita Patri excludat Filium, erit omnino falsa, & ab omnibus improbanda.

16. Sed contrà primò: nihil est magis proprium alicui, quam quod est idem sibi re, & ratione; sed Deus Pater est idem sibi re, & ratione: ergo propriissimè dicitur de Deo Patre, est Deus, & Pater; sed quod propriè convenit alicui, convenit soli: ergo Pater in divinis æquè dicitur, *solus Deus*, ac *solus Pater*.

17. Respondetur, quod licet Pater in divinis sit Deus, & Pater; non tamen sicut dicitur Pater, dicitur Deus. Nam Pater dicitur *solus Pater* in divinis cum omnimoda exclusione, eo quod alia persona non sit Pater; non verò dicitur *solus Deus*, cùm aliae personæ in divinis sint Deus. Vnde, estò hæc sit vera: *Solus Pater est Pater*; non autem illa: *Solus Pater est Deus*.

18. Sed contrà secundò ex Matthæi cap. 11. dicentis: *Nemo norit Filium nisi Pater*; sed nemo nisi Pater, & *solus Pater*, convertuntur:

ergo solus Pater novit; sed hoc est prædicatum essentialis: ergo iam propositio, in quâ terminus essentialis de personali termino cum exclusione prædicatur, est concedenda. Minor probatur: sicut *solus*, est dictio exclusiva, sic & *nemo*: ergo idem sohat, *nemo nisi Pater*; ac *solus Pater*: ergo ab invicem convertuntur; sed prima propositio est vera, nempè: *Nemo novit Filium nisi Pater*: ergo & secunda, scilicet: *Solus Pater novit Filium*.

19. Respondetur negando minorem. Ad probationem nego antecedens, & consequentias omnes inde deductas. Nam propositiones istæ: *Nemo nisi Pater*; & *solus Pater*, non convertuntur; quia *nemo*, distribuit pro naturâ, non pro personâ: *Solus* autem additur termino personali, ideoque excludit per sonam. Vnde propriè loquendo, hæc est falsa: *Solus Pater novit Filium*, quanvis hæc sit vera: *Nemo novit Filium nisi Pater*, quia sensus est: *Nemo*, idest, nulla creatura, nisi ille qui est eiusdem naturæ cum Patre, novit Filium. Et hæc de secundâ parte distinctionis sufficient.

20. PRO TERTIÆ, & ultimæ distinctionis partis ostensione, hæc tertia statuitur conclusio: *Personæ divinæ tantæ possunt coherentia, quod una earum non valeat exprimi, nisi etiam aliae simul intelligantur*. Quare sic primò suadere tentat Magister: in divinis ita personarum omnium quoad essentialia est communicatio, ut quicquid de vnâ asseritur, nisi relativum sit, de omnibus intelligatur: ergo personæ divinæ tantæ possunt coherentia, quod una earum non valeat exprimi, quin etiam aliae simul intelligantur. Antecedens constat ex illo fatis trito Theologorum proverbio, apud Anselmum lib. de Process. Spirit. S. cap. 3. *In divinis omnia sunt unum, &c.* Consequentia legitime deducitur: ergo.

21. Secundò probat authoritate D. Augustini lib. 3. contra Maxim. cap. 13. dicentis: *Verum tamen, et si de solo Patre prædicta dicerentur, non tamen excluderetur Filius, aut Spiritus Sanctus, quia hi tres unum sunt*. Ergo licet essentialia solum de Patre, aut solum de Filio, aut Spiritu Sancto, aut solum de duabus personis proferantur; non ideo aliae sunt excludendæ personæ, sed vnius nomine omnes sunt comprehendendæ: ergo dum una exprimitur persona in divinis, etiam aliae simul intelliguntur.

22. Tertiò, duplici sacræ paginæ testimonio totam perficit probationem Magister. Primò ex Apocalypsi cap. 19. vbi legitur de Filio: *Habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse*. Et ex Matthæi cap. 11. *Et nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, &c.* ergo licet in his, & alijs Scripturæ locis non fiat expressæ mentio

tio de Spiritu Sancto, tamen consequens est, vt vbiunque nominatur unus, reliqui intelligantur. Et hæc de tertia, & ultima distinctionis parte satis sint dicta.

QVÆSTIONES.

23. QVÆST. 1. An Principium metaphysicum: Quæ sunt idem in tertio, &c. sit verum in divinis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q.8. de Potent. art. 2. ad 1. & 10. arg. Et ad Annibal. dist. 33. q. vnic. art. 1. Godoy 1. p. 10m. 3. disp. 82. q. 30. §. 7. & 9. à nu. 99. Joan. à S. Thomâ tom. 2. q. 27. disp. 12. art. 3. Lumbier de Trinit. q. 1. art. 1. nu. 12. Lerma in Summul. lib. 3. cap. 10. §. 1. Dominicus Linze 1. p. Philos. lib. 3. cap. 6.

24. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 10. q. 2. §. Dico ergo. Et lib. 1. Prior. q. 9. Perez Lopez tom. 1. Philos. lib. 7. q. 7. dist. vnic. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 4. sect. 4. Poncius in Curs. Philos. disp. 20. in lib. Prior. q. 5. Simising. tract. 2. de Deo Vno, disp. 1. Et de Deo Trino, disp. 1. nu. 54. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 58. art. 7. Baron tom. 1. tract. de Trinit. Apol. 4. act. 2. Felix de Trinit. cap. 3. diff. 5. Merin. tom. 1. disp. 2. q. 5. Sola tom. 2. diff. 57. Et in Nostro Athenæo sub Schol. Subtili, q. 6. art. 1.

25. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Trinit. cap. 3. Aldrete de Volunt. disp. 3. sect. 4. Borrull de Trinit. disp. 2. sect. 1. 2. & 3. Arriaga disp. 43. sect. 1. & seqq. Rhodès disp. 6. de Deo, q. 1. sect. 3. §. 2. Averdañus tom. 2. sect. 22. problem. 1. à §. 1. Ex alijs Blasco in Curs. lib. 7. dist. 25. art. 2. §. 3. & tom. 1. Theolog. dist. 69. q. 2. art. 1. & seqq.

26. QVÆST. 2. An & quomodo prædicata essentialia, & notionalia, sive essentia, & relationes distinguuntur? De quo, distinctione 2. quast. 4.

27. QVÆST. 3. An personæ divinæ constituantur proprietatibus absolutis, aut relativis? De quo, distinctione 7. quast. 1.

28. QVÆST. 4. An, si Spiritus Sanctus à solo Patre procederet, distingueretur à Filio? De quo, distinctione 11. quast. 1.



DE MVLTIPLICI NOMINVM , AC PRÆDI-
CATORVM DIFFERENTIA IN DIVINIS.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-SECVNDÆ
Synopsis.

*Nomina multa Dei communia, propria quædam,
Sunt nonnulla tropis nomina clausa suis.*

Sic incipit: *Post prædicta, &c.*

Sic terminat: *Manifestum est.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distin&io cum superiori. In illâ ostendit Magister, quomodò dictiones exclusivæ dicantur de Deo; vel potius, in superioribus distinctionibus egit de divinis rebus; sed in præsenti de divinis nominibus incipit pertractare: ergo hæc cum antecedenti distinctione connexionem servat.

2. Consequentia probatur: priùs de rebus, quâm de nominibus est agendum, eò quòd nomina necessariò supponant res, quibus nomina ipsa imponuntur; sed Magister de divinis rebus in superioribus distinctionibus hactenùs egit: ergo à divinis nominibus modò disputationem ordiri, propriam, ac genuinam erit æmulari methodum.

3. Dividitur hæc præsens distin&io in duas præcipuas partes. In quarum primâ Magister divinorum nominum differentiam refert. In secundâ verò regulas prædicationis eorum subdit.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Differentiae nominum, quæ de Deo dicuntur, sub senario comprehenduntur numero.* Quam sic ostendit exemplariter Magister: Primo ex Augustino lib. 5. de Trinit. cap. 16. & Ambrosio lib. 2. de Trinit. in Prolog. assertibus, quædam esse nomina proprietates personales exprimentia, quippè: *Generatio, Verbum, Donum, Pater, Filius & Spiritus Sanctus.* Näm solùm illa nomina proprietates personales exprimunt, quæ non sunt personis communia; sed præfata nomina personis divinis non sunt communia, vt ex se liquet: ergo erunt nomina proprietates personales exprimentia.

5. Secundò , quædam etià sunt nomina essentiæ vnitatem significantia, *vt Deus, Dætas, Sapientia, Potentia, Bonitas, Magnitudo, Virius, & Substantia*. Et quidem , quia illa nomina essentiæ vnitatem significant, quæ in divinis sunt communia; sed præfata nomina sunt in divinis communia, *vt ex eorum naturâ constat: ergo sunt nomina essentiæ di-*
vinæ vnitatem significantia.

6. Sed contra: prima causa , ex Philosopho lib. de Causis propos. 6. superior est omni narratione ; sed quod est superius omni narratione, est inenarrabile : ergo cùm omne inenarrabile sit innominabile, Deus, sive prima causa erit innominabilis: ergo perperam sex nominum differentiæ de Deo affirmantur.

7. Respondeatur, quod licet Deus, sive causa prima sit innominabilis secundum perfectam expressionem ; tamen secundum semiplenam nominationem est nominabilis;congruenterque sex illæ nominum differentiæ ei aptantur. Vndè , quemadmodum Deus est à nobis cognoscibilis, ita & effabilis, & nominabilis ; & qui melius cognoscit , melius effatur, & aptius nominat , & expressius : ergo cùm possit verbo , sive voce exprimi, quod mente concipitur, poterit Deus nominari, eo quod à nobis percipiatur mente.

8. Instabis: sicut nomen dicit proportionem ad nominatum; sic vox ad significatum; sed Deus est omnino infinitus, & vox omnis finita: ergo cùm nulla sit proportio finiti ad infinitum ; nulla per vocem erit expressio, sive nominatio Dei;congruenterque tanta nominum Dei differentia erit penitus inanis.

9. Respondeatur negando consequentiam; quia inter nomen, & nominatum non requiritur simpliciter proportio arithmeticæ , sed sufficit geometrica proportio , sive cognoscentis & cognoscibilis. Et quævis Deus secundum perfectam expressionem non sit à nobis nominabilis; tamen secundum proportionem cognoscibilis, est nominabilis. Si enim infinitas Dei non impedit , *vt à nobis finitè cognoscatur*; neque retardare poterit ipsius infinitas, *vt à nobis sit finitè nominabilis.*

10. Tertiò, alia sunt nomina translativè dicta, sive secundum similitudinem de Deo prædicata, *vt Splendor, Candor, Lux, Speculum, Leo, Agnus*, pleraque alia huiusmodi. Patet ; nam nomina illa similitudinaliter, sive translativè dicuntur, dum similitudinem aliquam habent cum subiecto , *de quo prædicantur* ; sed hæc nomina quandam præferunt similitudinem cum Deo , *vt pâsim habetur ex sacrâ Scripturâ*, & expressius lustranti constabit: igitur translativè , sive secundum aliquam similitudinem de Deo hæc nomina prædicantur.

11. Quartò, quædam sunt nomina temporalia; & hec in duplice differentiâ. Alia, quæ relativè dicuntur ad creaturas, scilicet relationes extrinsecæ, ut *Dominus, Creator, Refugium, Redemptor, Salvator*, & huiusmodi. Alia verò sunt, quæ relativè non dicuntur, ut *Incarnatus, & Humanatus*, nisi forsè dicerentur per relationem intrinsecam.

12. Quintò tandem, aliud est nomen, quod solum de omnibus personis collectivè, & de nullâ singulatim dicitur, ut hoc nomen *Trinitas*. Siquidem non valet seorsim: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus est Trinitas; benè verò collectivè, ut canit Ecclesia in Officio Sanctissimæ Trinitatis, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus una substantia est, o beata Trinitas: ergo istæ sex nominum differentiæ aptè de Deo dicuntur.

13. Sed oppones primò: divisiones nominum à Magistro additæ in litterâ, ex Augustino & Ambrosio, aut sunt sufficietes, aut non? Si primum: ergo Magister superflue addit alias nominum differentias. Si secundum: ergo divisio Augustini & Ambrosij est diminuta; sed vtrunque repugnat: ergo.

14. Respondetur, quod nec divisio Augustini & Ambrosij est diminuta, nec additio Magistri superflua. Nam membra divisionis Magistri reverè includuntur in membris divisionis Augustini & Ambrosij. Hi etenim Sanctissimi Doctores afferunt, omne nomen Dei, aut esse proprium, aut translativum. Si proprium, aut spectat ad substantiam, aut ad personas. Magister autem hæc membra magis specificat, quia nomen aliquod potest spectare ad unitatem substantiæ, vel ab aeterno, vel ex tempore. Et ad personas dupliciter, vel divisim, ut hoc nomen, *Pater*; vel simul & coniunctim, ut hoc nomen, *Trinitas*, & ita congruè sex recensentur membra.

15. Oppones secundò: unitas collectiva, ut sustinet Divus Bernardus lib. 5. de Consider. post medium, est minima unitas; sed unitas Trinitatis arcem tenet supremam inter omnes unitates: ergo non benè loquitur Magister, dum ait, hoc nomen *Trinitas*, esse collectivum, sive collectivè prædicari de tribus divinis personis.

16. Respondetur, Magistrum id dixisse per quandam similitudinem, sive analogiam inter unitatem collectivam, & Trinitatem; quia sicut nomen collectivum plura simul dicit, & de nullo per se prædicatur; ita hoc nomen *Trinitas*, et si omnes simul importet personas, nihilominus de nullâ singulatim profertur. Cæterum Magister non dicit, Trinitatem esse nomen collectivum, sed quasi collectivum; siveque instantia non vrget. Et hæc de prima distinctionis parte sufficient.

17. PRO SECUNDÆ partis textus ostensione, duæ ponuntur regu-

1æ. Quarum prima est, quod nomina propria ad singulas personas pertinentia, non substantialiter, sed relativè dicuntur. Quod sic expendit Magister. Hæc prædicatio non tenet: Pater est Filius, aut Filius est Pater, aut Pater & Filius sunt Spiritus Sanctus, & è contrà; sed hæc alia tenet: Pater est Filij Pater; Filius est Patris Filius: ergo cùm prima sit prædicatio essentialis, & secunda relativa, rectè colligitur, nomina propria ad singulas personas pertinentia, non substantialiter, sed solum relativè prædicari.

18. Sed oppones: omne quod prædicatur, aut dicitur secundum substantiam, aut secundum accidentem, quia substantia, & accidentem sufficienter dividunt ens; sed in divinis nihil prædicatur secundum accidentem: ergo omne quod dicitur de Deo, prædicatur secundum substantiam: ergo cùm nomina dicantur de Deo, nullum dicitur relativè, sed omnia substantialiter enunciantur.

19. Respondetur negando ultimam consequentiam. Quia estò omne quod dicitur, prædicetur semper secundum substantiam, aut accidentem; consequenterque nullum de Deo secundum accidentem dicitur nomen; non tamen omnia secundum substantiam dicuntur de illo. Näm in divinis hæc non urget instantia, vbi relatio non est accidentem, sed substantia; sive nomina propria personarum, nec dicuntur substantialiter, nec accidentaliter, sed tantum relativè.

20. Vbi observandum venit, quod terminus *substantialiter*, non sumitur hic prout contraponitur termino *accidentaliter*, sed quatenus est communis, sive termino relativo contrariatur. Cùm ergò nomina propria personarum non sint in divinis communia, non substantialiter, sed relativè dicuntur.

21. Secunda regula est, quod nomina essentialia, sive ad unitatem essentiæ spectantia, ut *Sapientia*, *Bonitas*, *Potentia*, *Virtus*, *Magnitudo*, & huiusmodi, de singulis personis, & de omnibus simul, non relativè, sed substantialiter in singulare, & non in plurali affirmantur.

22. Sic omnes regulæ partes summatis ostendit Magister. Näm bene dicitur: Pater est Deus, Sapientia, potentia, bonitas, & huiusmodi. Similiter, & quæ bene idem enunciatur de Filio & Spiritu Sancto, ac de omnibus simul personis; sed hæc nomina sunt essentialia, sive ad essentiæ unitatem spectantia: ergo non relativè, sed substantialiter de omnibus, & singulis personis affirmantur.

23. Quod enim præfata nomina non in plurali, sed in singulari dicantur, etiam liquet: nam bene singulariter profertur: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt Deus, Sapientia, Bonitas, &c. non vero plurilater

liter dici potest: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres Dij, sive tres Sapientes, tres Potentes, & tres Eterni; imo nec tres Sapientiae, nec tres Potentiae; sicut nec tres Essentiae, aut Deitates: ergo quanvis nomina essentialia de divinis personis possint essentialiter in singulari enunciari, non tamen in plurali. Et haec de secundâ & ultimâ distinctionis parte dicta sint satis.

QVÆSTIONES.

24. QVÆST. 1. An Imago sit proprium nomen Filij? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 18. q. 2. art. 2. & 3. & 1. p. q. 35. art. 2. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 9. art. 4. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 13. dub. 2. Contenson tom. 2. dissert. 4. cap. 2. specul. 1. Lumbier de Trinit. q. 10. art. 7. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 12. §. 10. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 4.
25. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 10. §. Ad primum principale. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 7. sect. 5. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 2. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. 2. Felix de Trinit. cap. 6. diff. 5. Merinerus tom. 1. disp. 5. q. 4. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 9. q. 4. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 66. art. 8. Marius tom. 1. disp. 7. q. 25. Baron tom. 1. tract. de Trinit. Apol. 6. act. 2. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 3. q. 3.
26. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 9. de Trinit. cap. 8. Amicus tom. 1. disp. 26. sect. 7. & 8. Carleton tom. 1. disp. 64. sect. 2. Borrull de Trinit. disp. 16. sect. 5. Mart. Perez de Trinit. disp. 15. sect. 1. & 2. Maurus tom. 7. q. 96. Ex alijs Seraphicus Doctor in 1. dist. 31. q. 2. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 9. q. 2. Blasco tom. 2. dist. 126. q. 2. art. 4.
27. QVÆST. 2. An nomen Ingenitum, sit proprium Patris? De quo, distinctione 13. quest. 3.
28. QVÆST. 3. An Verbum sit proprium nomen Filij? De quo, distinctione 7. quest. 5.
29. QVÆST. 4. An Amor sit nomen proprium Spiritus Sancti? De quo, distinctione 10. quest. 5.
30. QVÆST. 5. An nomen, & ratio entis possint univocè prædicari de divinis suppositis? De quo, distinctione 8. quest. 5.
31. QVÆST. 6. An nomen, & ratio doni propriè Spiritui Sancto conveniat? De quo, distinctione 11. quest. 6.

DE HOC NOMINE PERSONA.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-TERTIÆ
Synopsis.

*Commoda personæ vox est, si quæstio fiat,
Quo natura modo sit tribus una Dei.*

Sic incipit: *Prædictis adjiciendum est, &c.*

Sic terminat: *Multiplex itaque Deus non est.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctione cum superiori. In illâ egit Magister de divinis nominibus generaliter; sed in præsenti differit de hoc nomine *persona* specialiter: ergo rectum inter se ordinem servant.

2. Consequentia probatur: ab universalioribus ad particularia procedere, aptior inter cunctos disputandi reputatur modus; sed Magister in antecedenti distinctione egit de divinis nominibus universaliter; & in præsenti de illis particulariter; & primò de hoc nomine *persona* differit: ergo satis bene hæc cum superiori distinctione connectitur.

3. Dividitur præsens distinctione in tres præcipuas partes. In quantum primâ Magister excipit hoc nomen *persona*, à regulâ in superiori distinctione positâ, ostendens, substantialiter dici de divinis. In secundâ verò determinat, hoc nomen *persona*, non singulariter, sed pluraliter de omnibus personis prædicari. In tertîâ autem, & ultimâ parte concludit, qualiter in divinis, nec diversitas essentialis, nec personalitas singularis propriè dicatur.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Hoc nomen persona, non personaliter, sed substantialiter dicitur in divinis.* Quæ sic probatur: omne nomen, quod de divinis prædicatur, non relative, sed absolute, reverâ illud non personaliter, sed substantialiter prædicari dicitur; sed hoc nomen *persona*, non prædicatur de divinis relative, sed absolute: igitur hoc nomen *persona*, non personaliter, sed substantialiter de divinis profertur.

5. Maior est evidens. Minorem probat Magister in litterâ, excipiens hoc nomen *persona*, à regulâ priùs dictâ, nempè, nomina propria

pria ad singulas personas pertinentia, non substantialiter, sed relativè dici. Probat, inquit, minorem Magister: Hæc est vera prædicatione: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ, non autem sunt una persona; sed si nomen *persona* relativè, & non substantialiter de divinis prædicaretur, foret vera prædicatio illa: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt una persona: ergo hoc nomen *persona*, non substantialiter, sive relativè, sed substantialiter dicitur in divinis.

6. Confirmat assumptum Magister ex Augustino lib. 7. de Trinit. cap. 6. asserente: *Cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus, quam substantiam Patris, ad se quippe persona dicitur, non ad Filium, nec ad Spiritum Sanctum; sicut ad se Deus dicitur, & magnus, & iustus, & bonus.* Sed esse iustum, magnum, & bonum, non dicitur relativè, sed substantialiter de divinis: ergo nec nomen *persona* poterit de divinis dici relativè, sed substantialiter. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficient.

7. PRO SECVNDÆ verò partis ostensione, hæc alia ponitur conclusio: *Hoc nomen persona, de omnibus divinis personis simul, non singulariter, sed pluraliter prædicatur.* Quam ut proberet Magister, animadvertisit, quod hoc nomen *persona*, eximitur ab illâ regulâ superiori datâ in præcedenti distinctione de nominibus, quæ substantialiter dicuntur in divinis.

8. Ibi enim expendimus, quod nomina, quæ substantialiter dicuntur in divinis, vel quæ expectant ad unitatem essentiarum, de qualibet personâ singulatim, & de omnibus simul dicuntur in singulari; sed hoc nomen *persona*, substantialiter dicitur de omnibus personis divinis simul, non singulariter, sed pluraliter: ergo hoc nomen *persona*, necessariò excipitur à regulâ superiori datâ, ut Magistri effatum incolume subsistat.

9. Quod expressius probat Magister: hæc prædicatio non tenet: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt una persona; sed hæc alia est vera: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ: ergo quia hoc nomen *persona*, prædicatur in primâ simul de omnibus divinis personis singulariter; & in secundâ de ipsis pluraliter prædicatur: ergo nomen *persona*, de omnibus divinis personis simul, non singulariter, sed pluraliter prædicatur.

10. Sic huius doctrinæ reddit Magister rationem ex Augustino nuper adducto. *Cum enim propter vocum inopiam non sit una vox, quæ simul Pater, Filius, & Spiritus Sanctus relativè significantur; idcirco ut uno verbo, quid tres illi sint, exprimamus, utimur personæ nomine,* quod

quod licet ex modo significandi sonet absolute; nihilominus quoad rem significat relativè, nempe incomunicabilitatem vnius cum alio, omnibus personis ex singulis relationibus communem.

11. Quā necessitate non solum latinus sermo, sed etiam græcus, eadē penē super hāc re laborans, nominum penuriā coarctatur. Nām eadē ratione, quā à nobis *tres personae*, à Græcis *tres substantiae*, & *tres hypostases* dicuntur; quanquam vox, *substantia*, aut *hypostasis* ad se, & absolute significet: ergo æquè Græcis, ac Nobis deest vox vna, quā simul ea, quæ in Deo sunt tria, quid ea sint, pluraliter manifestentur.

12. Vndē rectè subinfert Magister, quod hoc nomen *persona*, ab alijs divinis nominibus in superiori distinctione relatis, excipi oportuit, vt non deesset quidquam hæreticis respondendum, instanter quærentibus, quid tres in divinis secundūm Scripturas dicamus? Respondendum est enim, tres personas. Quod tamen magis dicitur ex penuriā nominum, quibus hæ tam altissimæ res exprimuntur, quam vocabuli propriā significatione.

13. Sed oppones primò Divum Hieronymum tom. 3. in Epist ad Damasum dicentem: *Taceamus tres hypostases, non bona suspicioneis nomen est.* Ergo non licet dicere, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum esse tres personas, sed vnam.

14. Respondeatur, Hieronymum nullatenus dixisse, tres non esse hypostases in divinis, cùm hoc sit falsum, & erroneum. Sed quia nomen erat non vulgare, & videbatur sonare idem quod substantia; & substantia, secundūm communem acceptiōnem, non dicitur pluraliter de personis; ideo reverā optabat tunc taceri, ne hæretici ansam acciperent malignandi. Nunc autem nomen illud est receptum inter Theologos, vertitque rectum, ac catholicum sensum.

15. Oppones secundò: sicut est commune tribus personis divinis esse Deum, sic & esse personam; sed rectè dicimus in divinis tres personas: ergo eadē ratione possumus tres Deos nuncupare.

16. Respondeatur negando consequentiam; nām in sacrâ Paginâ vox *Dei*, tantum imposita est ad significandam solam vnitatem Dei seorsim à pluralitate; ideoque semper prædicat facer Textus, Deum esse vnum; nullibi autem affirmat, personam esse vnam; impotius tres esse, non contradicit; contradicit autem tres Deos esse.

17. Instabis: ergo pro nutu nostro possumus affirmare tres esse in divinis essentias. Consequentia probatur: nullibi sacra Pagina affirmat, essentiam divinam esse vnam; nec tres esse affirmare ei contradicit: ergo liberum erit nobis prædicare tres essentias, sicut tres personas.

18. Respondetur negando consequentiam, & illius probationem; quia voce *essentiæ* semper vtimur ad exprimendam vnitatem, & voce *personæ* ad exprimendam pluralitatem. Et quidem, nám arcanum Trinitatis Mysterium duntaxat clauditur sub vnitate essentiæ, & personarum pluralitate; sicque non possumus tres in divinis prædicare essentias, & personam vnam; sed è contrà personas tres, & essentiam vnam, sive naturam, iuxta illud Deuter. cap. 6. *andi Israel, Deus tuus Deus unus es.* Et alibi sèpè.

19. Oppones tertio: sicut est idem persona, quòd habens personalitatem; sic est idem Deus, quòd habens deitatem; sed catholicè dicimus, plures esse in divinis habentes personalitatem, & deitatem: ergo si fas est dicere in divinis, tres esse personas; & licitum erit prædicare, tres esse Deos.

20. Respondetur negando consequentiam, & paritatem. Nám *Deus* non significat habentem deitatem, sed significat deitatem ipsam in comparatione ad habentem, sive personam; & idèo non multiplicatur: Ast persona non solum significat personalitatem in comparatione ad habentem, sed etiàm significat habentem personalitatem; & cùm sint plures habentes personalitatem, necessariò multiplicatur. Et ratio desumitur ex horum nominum acceptione; nám nomen *Deus*, est impossibile ad significandam solum vnitatem essentiæ; persona vero nomen ad significandam pluralitatem personarum. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

21. PRO TERTIÆ, & vltimæ partis declaratione, hæc proponitur conclusio: *In divinis nec diversitas substancialis, nec singularitas personalis est ponenda, & concedenda.* Quæ sic ostenditur: illa, quibus concessis corrueret vnitas essentiæ, & personarum pluralitas, sive distinctione, in divinis non sunt concedenda; sed diversitas substancialis, & singularitas personalis eliminant vnitatem essentiæ, & personarum pluralitatem: igitur diversitas essentialis, & singularitas personalis in divinis nec est ponenda, nec concedenda.

22. Maior ex terminis claret. Minorem vero sic probat Magister in litterâ: illa, quorum vnum cum alio cohædere non valet, ita inter se pugnant, vt vnum aliud necessariò destruat; sed solitudo, sive singularitas personalis cum pluralitate; & vnitas essentialis cum diversitate cohædere non valent, vt ex ipsis liquet: ergo diversitas substancialis vnitatem essentiæ; & solitudo, sive singularitas personalis personarum pluralitatem eliminant: ergo in divinis nec est concedenda diversitas substancialis, nec singularitas personalis. Et hæc de tertia, & vltima parte distinctionis textus satis sint dicta. Aa QVÆ-

QVÆSTIONES.

23. QVÆST. 1. An subsistentia constituantur formaliter aliquo positivo, aut negativo? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 3. art. 3. & 4. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 8. à p. 216. Prudent. de Incarn. tom. 1. disp. 1. dub. vnic. sect. 4. & seqq. Complut. tom. 3. disp. 15. q. 1. §. 3. Ioan. à S. Thomâ tom. 1. p. 1. disp. 4. dub. 4. Biescas tom. 1. q. 3. art. 3. dub. 10. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 3. dub. 1. Portugal tom. 1. lib. 4. cap. 18. Cipullus tom. 1. 3. p. q. 2. art. 2. dub. 2. Parra lib. 1. This. disp. 7. §. 1. Palanco in Metaph. q. 24. Ortiz in This. tract. 2. confer. 4. Bayona in Phys. q. 7. art. 1. §. 4.

24. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 23. q. vnic. & in 3. dist. 5. q. 2. Perez Lopez tom. 2. Philos. dist. 5. q. 3. art. 2. subart. 3. Hernandez Curs. Philos. tom. 2. tract. 4. disp. 3. sect. 3. Mastrius tom. 5. Philos. disp. 11. q. 4. art. 1. & seqq. & in 3. disp. 1. q. 3. art. 1. 2. & 3. Macedus in 3. Collat. 1. de Incarn. diff. 1. sect. 1. & 2. Poncius Curs. Philos. disp. 69. Metaph. q. 6. Gavatius de Incarn. Opuscul. 3. q. 2. Merin. tom. 1. disp. 3. q. 2. Felix de Trinit. cap. 4. diff. 2. & Tract. de Incarn. cap. 6. diff. 5. Mearis lib. 3. Metaph. q. 4.

25. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 34. Metaph. sect. 2. Arriaga tom. 6. disp. 25. Delugo de Incarn. disp. 12. sect. 2. Aldrete tom. 1. de Incarn. disp. 40. sect. 3. Thysius de Trinit. disp. 27. sect. 3. Peynado lib. 1. Phys. disp. 6. sect. 2. num. 20. Linze in This. tract. 10. cap. 2. & 3. & lib. 3. Metaph. tract. 3. cap. 3. Curs. Trinit. tom. 3. tract. 3. disp. 3. q. 6. Hennao Exercit. 8. sect. 4. Vvading. de Incarn. disp. 4. dub. 3. §. 1. Borrull de Trinit. disp. 14. sect. 3. Aranda de Incarn. lib. 1. disp. 1. sect. 2. §. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 25. art. 1. q. 1. & 2. & art. 2. q. 1. Ferchius de Ang. q. 8. Morand. tract. 6. q. 13. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 5. q. 3. Torrecilla lib. 1. This. q. 2. sect. 2.

26. QVÆST. 2. An subsistentia realiter distinguitur à naturâ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 3. art. 3. & 4. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 80. à p. 241. Prudent. de Incarn. tom. 1. disp. 1. dub. vnic. sect. 8. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 4. dub. 1. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 2. q. 3. art. 3. dub. 1. Complutenſ. tom. 3. disp. 15. q. 1. Greg. Cipullus 3. p. q. 2. art. 2. dub. 2. Portugal tom. 1. lib. 4. cap. 16. Parra lib. 1. This. disp. 7. §. 1. & 2. dub. 3. Palanco tom. 3. Metaph. q. 25.

27. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 23. q. vnic. & in 3. dist. 5. q. 2. Perez Lopez tom. 2. Philos. dist. 5. q. 3. art. 1. Hernandez Curs. Philos. tom. 2. tract. 4. disp. 3. sect. 2. Poncius disp. 69. Metaph. q. 6.

Lanterius de *Incarn.* disp. 3. n. 79. Pitygian. in 3. tom. 1. q. 1. art. 10.
 Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 63. art. 4. Briceñus tom. 1. *Controv.* 1. art. 3.
 memb. 1. Et in nostro Athenæo sub Schol. Subt. q. 6. art. 3.

28. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 24. *Metaph.* sect. 2. & 3. Ovidius
 in *Metaph.* *Controv.* 6. punt. 3. Aranda de *Incarn.* lib. 1. disp. 5.
 sect. 2. §. 1. Ex alijs Dionysius Blasco in *Curs.* lib. 5. dist. 15. q. 5. art. 2.
 Torrecilla lib. 1. *Phis.* q. 2. sect. 2. Et omnes Authores nuper adducti pro
 superiori distinctione.

29. QVÆST. 3. An detur subsistentia absoluta, & communis tribus
 divinis personis? De quo, distinctione 5. quæst. 2.

30. QVÆST. 4. An subsistentiae divinæ ab essentiâ formaliter ex
 naturâ rei distinguantur? De quo, distinctione 2. quæst. 4.

31. QVÆST. 5. An à personis divinis possit abstrahi ratio aliqua
 communis? De quo, distinctione 19. quæst. 2.

32. QVÆST. 6. An in divinis, ultra subsistentiam absolutam, tres
 subsistentiae relativæ assignentur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p.
 q. 28. art. 3. & q. 29. & 39. art. 4. ad 3. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 84.
 à p. 340. Gonet tom. 2. tract. 6. disp. 5. art. 1. Salmant. disp. 9. dub. 4.
 & 5. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 32. disp. 14. art. 2. Contenson tom. 2.
 dissent. 3. cap. 2. specul. 2. Ferre tract. 14. q. 5. §. 10. Labat tom. 2. tract.
 2. disp. 3. dub. 3.

33. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 28. q. 3. §. Sed tunc. Hernan-
 dinez in 1. tract. 2. disp. 5. sect. 3. Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 1.
 q. 3. Poncius in *Curs.* *Theolog.* disp. 9. de Trinit. q. 8. Herrera in 1. disp.
 8. q. 12. Rada tom. 3. *Controv.* 2. art. 2. Faber in 1. dist. 2. disp. 26. cap.
 3. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 5. q. 2. Merinerus tom. 1. disp. 3.
 q. 5. Felix de Trinit. cap. 4. diff. 6. Berulle tom. 2. q. 3. Vulpes tom. 3.
 p. 1. disp. 63. art. 10. Baron tom. 1. tract. de Trinit. *Apol.* 3. act. 2. Ovan-
 dus in 3. dist. 1. q. 1. art. 2. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 2.

34. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. disp. 11. sect. 4. & lib. 3. de
 Trinit. cap. 3. & 4. Amicus tom. 1. disp. 21. Beccan. tom. 1. tract. 2.
 cap. 3. q. 7. Lugo de *Incarn.* disp. 12. sect. 3. Carleton tom. 1. disp. 57.
 sect. 2. & 3. Herrera de Trinit. disp. 6. sect. 6. Arriaga disp. 51. sect. 2.
 Rhodès disp. 6. de *Deo*, q. 2. sect. 7. §. 2. Avendañus tom. 2. sect. 19. pro-
 blem. 3. §. 2. Mart. Perez disp. 12. sect. 1. Borrull de *Attrib.* disp. 3.
 sect. 2. & 3. & disp. 13. de Trinit. sect. 1. Maurus tract. 7. de Trinit.
 q. 108.

35. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 23. art. 2. q. 1. Caspensis
 tract. de Trinit. disp. 3. sect. 4. & 5. Abelly de *Deo*, tract. 3. cap. 1. sect. 6.

Baudunius q. 28. art. 1. dub. 1. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 6. q. 5. Coriolanus q. 28. art. 2. Petrus à S. Ioseph Idea Theolog. lib. 2. cap. 3. rejol. 8.

36. QVÆST. 7. An possit esse vna existentia absoluta in divinis, & tres existentiae relativæ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 3. p. q. 17. art. 2. ad 3. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 79. à p. 183. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 3. art. 6. Salmant. tom. 2. disp. 7. q. 28. dub. vnic. Ioan. à S. Thomâ disp. 13. nu. 20. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 5. §. 1. Biescas tom. 1. q. 3. art. 4. dub. 4. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 2. dub. 5.

37. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 11. q. 2. §. Ad rationes. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 5. sett. 4. Poncius in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 8. Felix de Trinit. cap. 4. diff. 7. Sosa tom. 2. diff. 55. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 3. q. 5. Smisung de Deo Trino, disp. 1. q. 4. Baron tom. 1. tract. de Trinit. Apol. 4. Et. 4. Marius tom. 1. disp. 4. q. 11. Carriere tract. de Trinit. q. 11. Berulle tom. 2. disp. 1. q. 3. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 63. art. vii. Faber in 1. dist. 26. cap. 1. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 2. q. 7.

38. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 3. p. disp. 11. Et. 2. & lib. 3. de Trinit. cap. 5. Amicus disp. 19. sett. 7. Herrera de Trinit. q. 9. sett. 2. Mart. Perez de Trinit. disp. 6. sett. 7. & disp. 12. sett. 2. Borrull de Trinit. disp. 12. sett. 1. Beccan. tract. 2. cap. 3. q. 8. Avendaño tom. 2. sett. 19. problem. 5. à §. 1. Ex alijs Seraphicus Doctor in 1. dist. 23. q. 2. Caspens. disp. 3. sett. 7. Morand. q. 16. Baudun. q. 30. art. 1. Coriolan. q. 29. art. 2. Gudent. tom. 2. tract. 2. disp. 6. q. 6. Fuliens. lib. 2 cap. 3. rejol. 4.



DE NOMINIBVS NVMERALIBVS, ET
DISTINCTIONIBVS.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-QVARTÆ
Synopsis.

*Ponere nihil, imò tantum removere Magistro,
Nomina que numeros in deitate notant.
Sed res ista parùm deinceps laudata Magistris
A nostris, hodie nullius est precij.*

Sic incipit: *Hic diligenter inquire oportet, &c.*
Sic terminat: *Sicut dicunt Trinum.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de significatione huius nominis *persona*, prout sumitur per se; sed in praesenti determinat de significatione eiusdem nominis, prout accipitur vñā cum terminis numeralibus sibi adiunctis: ergo praefatae distinctiones mutuò cohærent.

2. Consequentia probatur: prius est cuiuscunque rei significatum ostendere, quatenus sumitur secundum se, quam̄ eiusdem rei significatum exprimere, in quantum sumitur in ordine ad aliud; & praesertim in rebus absolutis; sed nomina s̄apēs prius rerum naturam emulantur: ergo prius agendum erit de significatione nominum in se, quam̄ de eorum significatione in ordine ad aliud; sed Magister in superiori distinctione determinat de significatione huius nominis *persona*, prout sumitur per se; & in praesenti de eiusdem nominis significatione, prout accipitur vñā cum terminis numeralibus sibi adiunctis: ergo congruè copulantur.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, quod per terminos numerales in divinis excluditur multiplicitas substancialis. In secundâ vero subdit, quod per eosdem removetur solitudo personalis. In tertiam autem, & ultimâ resolvit, quod per distinctionem personarum secluditur confusio personalis.

4. PRO PRIMÆ igitur distinctionis partis declaratione, ponitur
hæc

hæc conclusio : *In divinis per nomina numeralia significantia unitatem essentiae, solam multiplicitatem excludimus. Quam conclusionem, ut probet Magister, querit, quid per terminos numerales, & nomina pertinentia ad pluralitatem, seu multitudinem, aut distinctionem, in divinis significetur ? Näm si verè de Deo enunciantur, necesse est, suum in ipso Deo ponere significatum.*

5. Cui summatim respondens Magister, ait, quod talium nominum, sive terminorum significatio non habet locum in divinis ad aliquid ibi ponendum, hæc tamen opinio Magistri passim grata omnibus non censetur) sed potius removendum.

6. Quod sic primò expendit : dum enim dicitur, *Vnus Deus, vel una essentia divina tantum, tunc per terminum illum numeralem vnum, nulla quantitas, vel numerus in Deo ponitur, sed tantum pluralitas aliorum Deorum excluditur : ergo nomina numeralia non admittuntur in divinis ad aliquid ibi ponendum, sed potius ad removendum.*

7. Secundò probat : *vnum positivè dictum, est principium quantitatis, & numeri; sed Deus in se nec habet quantitatem, nec in se est numerabilis, nec alij connumerabilis: ergo vnum, quod est nomen numerabile, non positivè dicitur in Deo, sive nihil positivum addit, sed solum multiplicitatem excludit.*

8. Confirmatur : si nomina numeralia aliquid in divinis ponerent, reverà numerum ponerent ; sed numerum non fore ponendum in divinis, & ratio dictat, & Sanctorum Patrum authoritas firmat : ergo. Minor probatur primò testimonio Divi Ambrosij lib. 1. de fide, cap. 2. sic alloquentis: *Cum vnum dicimus, dicimus Deum, unitas excludit numerum Deum; nec quantitatem in Deo ponit, quia nec numerus, nec quantitas ibi est.* Ergo authoritas Sanctorum Patrum expresse statuit, numerum non esse in Deo ponendum.

9. Secundò ratione, eadem probatur minor : in divinis non bene audit divisio, nec separatio, nec aggregatio, nec mensuratio; sed si numerus foret ponendus in Deo, hæc omnia satis expressè verificantur in divinis: ergo ratio dictat, numerum non esse ponendum in Deo. Minor probatur: omnis numerus ex naturâ rei divisionem, & separationem importat antecedenter, necnon aggregationem, & mensurationem consequenter, ut ex ipsis constat : ergo si in divinis astrueretur numerus, necessariò ibi foret divisio, separatio, aggregatio, & mensuratio, quæ penitus dissonant.

10. Tertiò, id ipsum amplius roboratur authoritate, & ratione Aristotelis. Primò authoritate haustâ ex lib. 3. Metaph. text. 16. vbi sic scri-

scribit Philosophus: *Numerus est multitudo mensurata per unum*; sed in Deo non cadit mensuratio: ergo nec numerus. Minor probatur: immensitas, & infinitas abhorrent mensurationem; sed Deus est immensus, & infinitus: ergo non solum mensuratio in Deo non cadit, verum nec numerus, qui ipsam necessariò antevertit.

11. Ratione etiàm suadetur intentum: à quoquaque removetur genus, necessariò excluditur & species, cùm hæc ex genere, & differentiâ omnino coalescat; sed genus quantitatis removetur à Deo: ergo & numerus, qui est quantitatis species: igitur nomina numeralia significantia unitatem essentia, nihil ponunt in Deo, sed solum multiplicitatem eliminant.

12. Sed oppones Isidorum lib. 1. Ethymolog. cap. 4. afferentem, in Deo esse unitatem singularem, & Trinitatem multiplicem, & numeralib[em]: ergo non est videntur terminis, aut vocibus numeralibus in divinis ad removendum, sed duntaxat ad ponendum.

13. Respondet Magister, Isidorum ibi nomine singularitatis, intellexisse unitatem; & multiplicitatis nomine, numerum sive pluralitatem personarum. Ideoque solum intendit, naturam esse unam, & personas plures; atque adeò non re, sed voce ab alijs tantum discrepat Patribus. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

14. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hæc alia stabilitur conclusio: *Per nomina numeralia pluralitatem exprimentia in divinis, sola solitudo, & singularitas personalis excluditur*. Quam eadem prorsus ratione suadet Magister, ac conclusionem antecedentem probavit. Cùm enim dicitur pluralitas personarum in divinis, reverè non multitudo ponitur, sed potius singularitas, & solitudo excluditur: ergo nomina numeralia pluralitatem exprimentia in divinis, non ponunt pluralitatem, sed solitudinem, & singularitatem personalem duntaxat renuunt. Antecedens probat: dum dicimus tres, negamus ibi esse solum duas; & cùm dicimus duas, negamus ibi esse unam tantum; sed ha sunt nomina numeralia pluralitatem exprimentia in divinis: ergo nomina numeralia exprimentia pluralitatem, non admittuntur ad ponendum aliud in divinis, sed solum ad solitudinem, singularitatemque personarum eliminandam.

15. Confirmatur primò: dum dicimus tres personas, nomine ternarij non quantitatem numeri in Deo ponimus, vel aliquam diversitatem, sed solum ostendimus, quod tres sunt personæ, vel tres sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, idest, nec tantum Pater, nec tantum Filius, nec tantum Pater & Filius in deitate sunt, sed etiàm Spiritus Sanctus, & non

alius ab his; sed nominibus ijs numeralibus nullam ponimus pluralitatem in divinis, vt ex se liquet, sed solummodo solitudinem, & singularitatem personalem excludimus: ergo.

16. Confirmatur secundò: cùm dicimus, duo sunt Pater, & Filius, non dualitatis quantitatem ibi ponimus, sed duntaxat significamus, quòd non est tantum Pater, nec tantum Filius, sed Pater & Filius, & hic non est ille. Similiter, dūm dicimus, Pater & Filius sunt duæ personæ, solummodo significare intendimus, quòd non tantum Pater est persona, nec tantum Filius est persona; sed quòd Pater est persona, & Filius est persona, & hæc non est illa; sed omnia hæc nomina numeralia pluralitatem exprimentia in divinis, solum excludunt solitudinem, & singularitatem personalem, quin pluralitatem aliquam addant: ergo. Et hæc de secundâ litterâ textis parte sufficiant.

17. PRO TERTIÆ autem partis declaratione, hæc tertia adhibetur conclusio: *cum dicimus, tres personas divinas esse distinctas, tunc earum confusione, & permixtionem excludimus.* Quam sic succinctè ostendit Magister: distinctione sive discretio oponitur confusione seu permixtione: ergo voces, sive distinctionis, aut discretionis termini in divinis, omnino removent confusione, & permixtione à divinis personis.

18. Confirmatur: dūm aliam esse hanc personam, & aliam illam suis proprietatibus significamus, cunctam in divinis excludimus confusione, & permixtione; sed dūm utimur terminis, aut vocibus distinctionis, & discretionis in divinis, fatis expressè significamus earum proprietatibus, aliam esse hanc personam, & aliam illam: ergò dūm dicimus, tres personas divinas esse distinctas, tunc omnem ab illis excludimus confusione.

19. Verum, quia Magister in hac distinctione mordicus propugnat, terminos numerales, sive numeralia nomina nihil in divinis ponere, sed potius eliminare; & in hoc Articulo non teneatur à Doctoribus Parisiensibus, nec ab alijs passim Theologis, ideo operæ pretium duximus, ipsum benignè interpretari cum Seraphico Doctore hic lib. 1. dist. 24. art. 1. q[uod] est. 1. vt iam mos invaluit apud famigeratos Magistri Interpretes.

20. Numerus enim duo præcipue importat. Primo distinctionem. Secundo compositionem aggregationis, & divisionis. In divinis necessariò est constituendus numerus secundum quòd dicit distinctionem personalem originis, & processionis. Ast verò secundum quòd numerus aggregationem, & divisionem substantialem importat, non est statuendus numerus in divinis. Magister proculdubio in hoc secundo alloquitur sensu, sustinens, numerum positivè non esse stabiliendum in Deo;

non verò in primo: ergo eius mira, ac proficia doctrina non debet hic vllâ taxari censurâ, nec aliquâ gravi notâ inuri.

21. Quamobrem probationes Magistri, quibus innituntur asserta suprà apposita, solùm veritatem redolent, quatenus termini numerales in divinis non important compositionem aggregationis, & divisionis; secùs in quantum dicunt distinctionem personalem originis, & processionis, cùm sic fuitiles, & insufficientes hi ab omnibus censeantur discursus.

22. Vnde, pro pleno distinctionis captu observandum est primò, Catholicos non recipere in divinis singularitatem, nec solitudinem, quànvis unitatem, & pluralitatem admittant; quia singularitas excludit communicabilitatem, & solitudo pluralitatem; sed Catholici in divinis vnam duntaxat construant essentiam pluribus personis communem: ergo tenentur singularitatem, & solitudinem à divinis excludere, admittereque unitatem essentiae, & personarum pluralitatem.

23. Secundò est observandum, quòd in divinis ex parte pluralitatis quatuor recipimus numeralia nomina, & totidem excludimus. Admittimus enim alietatem, pluralitatem, discretionem, & distinctionem. Excludimus verò diversitatem, multiplicitatem, divisionem, & separationem. Et ratio est, quia separatio supponit divisionem, divisio multiplicitatem, multiplicitas diversitatem, diversitas autem ponit formæ, vel naturæ distinctionem: ergo cùm in divinis sit omnimoda unitas naturæ, ideo nec recipitur diversitas, nec multiplicitas, nec divisio, aut separatio.

24. Alia autem numeralia nomina amplexamur in divinis; quia discretio supponit distinctionem, distinctione pluralitatem, pluralitas alietatem. Alietas verò non tantùm attenditur, quantum ad formam, sed etiàm quantum ad suppositum: ergo cùm plures sint in divinis hypostases, idcirò discretionem, distinctionem, pluralitatem, & alietatem ibi libenter suscipimus. Et hæc de tertia, & ultima distinctionis parte satis superque sint dicta.

QVÆSTIONES.

25. **Q**UÆST. 1. An numerus propriè in divinis reperiatur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 24. q. 1. art. 2. & q. 9. de Potenti. art. 5. Salmant. tom. 2. tract. 6. disp. 10. dub. 2. Portugal tom. 1. lib. 1. cap. 42.

26. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 24. q. vnic. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. vlt. & in Comment. tom. 1. disp. 24. q.

vnic. Smising de Deo Trino, disp. 5. q.2. Vulpes tom. 2. p.1. disp. 63. art. 7. Sola tom. 2. dist. 24. q. vnic. art. 1. & 2. Sannig tom. 1. tract. 2. dist. 1. q.3. Lychetus in 1. dist. 24. q. vnic. Herinx tom. 1. tract. de Trinit. disp. 1. q.8. Aquila in 1. dist. 24. q.1. Giner in 1. dist. 24. art. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 19. q.4. Baudun. q.30. art. 2. Coriolan. q.30. art. 3. Gudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 7. q.4.

27. QVÆST. 2. An vnitas, & pluralitas in divinis recte cohærent? De quo, distinctione 2. quast. 3.

28. QVÆST. 3. An vnitas stet in positivo, aut multitudinis carentia? Ex Angelica Scholâ D. Thomas 1. p. q. 11. art. 1. & lib. 4. Metaph. sect. 2. M. Martinez Prado in Metaph. Controv. 9. art. 2. Ferre tom. 1. tract. 2. q.9. §.8. Biescas tom. 1. q. 11. art. 1. dub. 2. & seqq. Palanco in Metaph. q.20.

29. Ex Subtili Scholâ Scorus lib. 10. Metaph. q. 6. Perez Lopez tom. 2. Philos. dist. 5. q.2. subart. 1. Hernandez tom. 2. Philos. tract. 3. disp. 3. sect. 2. subsect. 1. Poncios in Metaph. disp. 69. q.2. Meurisse lib. 2. Metaph. p.1. q.1. Mastrius tom. 4. Philos. disp. 5. q.4. art. 1. 2. & 3. Briceñus tom. 1. Controv. 2. art. 1. Smising tract. 3. de Deo Vno, disp. 1. q.1. Vulpes tom. 1. disp. 9. art. 1. & disp. 10. art. 1.

30. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 4. Metaph. sect. 1. Arriaga disp. 1. Metaph. sect. 2. subsect. 3. Quirós in Ind. q. 11. art. 1. Hurt. disp. 4. Metaph. sect. 2. num. 15. & 29. Oviedus in Metaph. Controv. 3. punct. 1. §.1. Curs. Trinit. tom. 3. tract. 3. disp. 2. q.1. Rhodès lib. 4. Metaph. disp. 3. sect. 1. §.1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 23. art. 1. q.1. Gudent. tom. 2. tract. 2. disp. 7. q.2. Gallitius tract. 3. q.1. lib. 1. Metaph. Baudun. q.9. art. 2. Longus q.30. art. 2. Blasco in Philos. lib. 4. dist. 13. q.2. art. 1. & seqq.

31. QVÆST. 4. An personæ divinæ constituantur, & distinguuntur proprietatibus absolutis, aut relativis? De quo, distinctione 7. quast. 1.



DE SIGNIFICATIONE HVIVS NOMINIS PERSONA, CVM DICITVR PLVRALITER.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-QVINTÆ
Synopsis.

*Naturam signat, signat vel hypostasim anceps,
Nomen personæ, propria sive notat.*

Sic incipit: *Præterea considerandum est, &c.*

Sic terminat: *Personas.*

1. CONNECTITVR hæc vigesima quinta distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de huius nominis persona, significatio ne, prout sumitur vna cum terminis numeralibus sibi adiunctis; sed in præsenti determinat de multimodâ ipsius nominis persona, acceptio ne, nempè, essentiâ, hypostasi, & proprietate relativâ: ergo recte superiori hæc consonat distinctio.

2. Consequentia probatur: priùs est removere à divinis personis singularitatem, solitudinem, divisionem, & diversitatem, quâm statuere, hoc nomen personæ, importare essentiam, & hypostasim; sed posita significatione huius nominis persona, prout sumitur cum terminis numeralibus sibi adiunctis, clare percipitur exclusio singularitatis, solitudinis, divisionis, & diversitatis à divinis personis: ergo in præsen ti distinctione Magistru m agere de nomine personæ exprimente essentiam, & hypostasim, postquam in superiori determinavit de ipsius nominis significatione, prout accipitur vna cum terminis numeralibus sibi adiunctis, reverâ proprium, ac genuinum erit servare ordinem.

3. Maior præfati discursus pro comperto habetur; nám proprium huius nominis persona significatum, expressè in divinis capere non possumus, quin priùs intelligamus, nullam ibi esse singularitatem, solitudinem, divisionem, aut diversitatem, cùm quibus confundi poterat. Minor etiâm constat; quia. solum à divinis personis eliminantur singularitas, solitudo, diversitas, & divisio, dùm hoc nomen personæ sumi tur cum terminis numeralibus sibi adiunctis, vt expendimus distinctio-

ne antecedenti. Consequentia infertur: ergo.

4. Dividitur hæc præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quatuor primâ ostendit Magister quid significet hoc nomen *persona*, in plurali, dūm dicitur, tres personæ, vel duæ personæ. In secundâ vero declarat, quod hoc nomen *persona*, sumitur aliquando pro hypostasi. In tertiat autem, & vltimâ, quod hoc nomen *persona*, sèpè supponit pro proprietate personali, statuit.

5. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Hoc nomen persona, passim pro essentiâ supponit.* Quam quidem conclusionem Magister probans, inquirit, cùm dicitur pluraliter, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ; vel cùm dicitur singulariter, alia est persona Patris, alia persona Filij, alia Spiritus Sancti persona, quid ibi significet hoc nomen *persona*?

6. Si enim essentiam significet: ergo videtur, quod in essentiâ sit aliqua diversitas, vel pluralitas. Si verò non significet essentiam: ergo variatur significatio personæ in singulari, & in plurali. Respondet vtique Magister, quod hoc nomen *persona*, tam in singulari, quam in plurali quandoquè essentiam significat.

7. Quod ergo in singulari essentiâ significet, summatim hunc in modum convincit Magister, cùm iam ab ipso in Distinctione vigesimâ tertiat superiori hoc expressius stabilitum relinquatur: Persona, ex Augustino lib. 7. de Trinit. cap. 6. est ad se, sicut Deus; idemque significat quod Deus; sed Deus significat essentiam in singulari: ergo hoc nomen *persona*, significat essentiam in singulari.

8. Confirmatur: hæ sunt veræ prædicationes: Alia est persona Patris, alia persona Filij, & alia Spiritus Sancti persona: Similiter & ista: Deus est persona; Pater est persona; sed in his, hoc nomen *persona*, non significat essentiam in plurali, vt ex ipsis prædicationibus constat: ergo illam in singulari enuncia.

9. Quod autem in plurali significet essentiam: hoc nomen *persona*, duplice ostendit ratione Magister. Primam suppeditat Divus Augustinus nuper adductus, sic alloquens: *Dūm dicimus tres personas, significamus illud, quod est commune Patri, Filio, & Spiritui Sancto;* sed nihil ipsis est commune, nisi essentia: ergo nomine *persona* pluraliter sumptæ significatur essentia.

10. Secunda ratio sic proponitur: quarentibus quid sit essentia? Responderi potest, tres personæ: Similiter, interrogantibus quid tres? Respondemus, tres personæ; sed hoc est significare essentiam in plurali: igitur hoc nomen *persona*, in plurali ostendit essentiam. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

PRO SECUNDÆ partis expositione, hæc alia ponitur conclusio: *Hoc nomen persona capitur quandoque pro hypostasi.* Quam sic primò suadet Magister secundum suam propriam opinionem: *nomen persona,* licet de se significet substantiam; tamen multoties transfertur, ob vocabulorum penuriam, ad significandum suppositum, vel hypostasim; sed tunc capitur pro hypostasi: ergo nomen *persona* quandoque stat pro hypostasi.

12. Minorem probat: eundem sensum vertit hæc propositio: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres personæ; ac ista: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt tres hypostases, vel tres subsistentes; sed nomen *persona* expressè usurpatur in secundâ propositione ad significandum suppositum, vel hypostasim: ergo & in primâ; ac proinde nomen *persona*, nonnunquam pro hypostasi, sive subsistentiâ capitur.

13. Secundò, idipsum suadet ex eodem Augustino Magister: nomine *persona* passim utinur ad significandum, quid sint tres, vel tria, quæ in Trinitate increata realiter distinguuntur; sed tunc nomine *persona*, non significamus, ea esse tres essentias, cum hoc sit absolum in divinis: ergo significamus tres esse hypostases sive subsistentias.

14. Tertiò, idem nomine *persona* capiunt Latini, quod Græci *hypostasis* nomine; sed Græci *hypostasis* nomine, non capiunt essentiam, sed relativam subsistentiam: ergo nomine *persona*, subsistentia à Latinis comprehenditur.

15. Minorem probat ex Augustini expressâ doctrinâ: Græci nomine *hypostasis* significant substantiam, aliter quam à Latinis substantia significatur: ergo à Latinis usurpatur substantia pro essentiâ; à Græcis vero pro relativâ subsistentiâ. Quarè admittunt Græci in Deo tres substantias, sicut tres hypostases, & subsistentias: ergo nomine *hypostasis* non significatur à Græcis essentia, nec à Latinis nomine *persona*, sed relativa subsistentia.

16. Vnde animadvertisendum venit, quod licet nomine *persona* hypostasim, seu subsistentiam capiamus, ut asserti probationes suadere tentant; tamen non sic, quod essentiam, æquè bene, ac subsistentiam, nomine *persona* quandoque non intelligamus, ut suppedant rationes pro primâ conclusione adductæ. Quamobrem nomen *persona*, interdum capitur pro hypostasi, nonnunquam pro essentiâ, & haud raro pro proprietate personali stat. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

17. PRO TERTIÆ, & ultimæ distinctionis partis declaratione, hæc alia adhibetur conclusio: *Hoc nomen persona diverso modo significat essentiam, ac subsistentiam.* Quam primò expendit Magister, & poste à aliquibus

bus ex Augustino esificacibus suadet rationibus. Ait igitur quod nomen *persona* significat subsistentiam relativam in recto, & essentiam in obliquo; ideoque plurificatur persona, sicut relativa subsistentia; non vero essentia, cum illam solum connotet in obliquo: ergo diverso modo essentiam, ac subsistentiam hoc nomen *persona* exprimit.

18. Probatur primò ex Augustino passim in hac distinctione, & vi- gesimā tertiarū superiori non semel citato, dicente: *Alium esse in persona Patrem, alium Filium, & alium Spiritum Sanctum*. Sed si nomen *per- sona* significaret in recto essentiam, & non subsistentiam, non esset alius in personā Pater, alius Filius, & alius Spiritus Sanctus: ergo nomen *per- sona* in recto subsistentiam, & in obliquo essentiam importat. Maior est Augustini. Minor est evidens, eò quod in essentiā alius non sit Pater à Filio, sed omnipotē unus, & idem: ergo solum in personā est alius à Filio, importatque subsistentiam in recto.

19. Secundò, ex Hieronymo in Expos. fid. cathol. ad Damasum asserente: *Personas esse proprietates personales*. Sed in recto significatur id, quod persona esse dicitur, dum definitur quid sit persona: ergo si dum persona definitur, dicitur, esse proprietatem personalem, rectè colligitur, quod hoc nomen *persona*, dicat in recto subsistentiam, sive personalitatem.

20. Tertiò ex Damasco lib. 3. de Orthodox. fid. cap. 5. in litterā affirmante: *Personam esse hypostasim*: ergo explicat personam per hypostasim, & subsistentiam; sed id, per quod aliquid explicatur, importatur in recto, ut expressè habetur ex Regulis summulisticis: ergo cum persona explicetur per hypostasim, & subsistentiam, illam solum in recto importare videtur.

21. Quartò, persona multiplicatur in divinis, eò quod multiplicetur in Patre, Filiō, & Spiritu Sancto; sed multiplicatio, & distinctio provenit à multiplicatione, & distinctione eius, quod significatur in recto: ergo si in divinis sola subsistentia relativa, & non essentia plurificatur, & distinguitur, persona non importabit in recto essentiam, sed solum hypostasim, & subsistentiam; ac proinde hoc nomen *persona*, diverso modo significat essentiam, ac subsistentiam. Et hæc de tertiarū, & ultimā distinctionis parte satis sint dicta.

Q VÆ S T I O N E S.

22. IN hanc Distinctionem veniunt explicandæ Quæstiones, quæ pro distinctione 23. allegantur.

DE PROPRIETATIBVS PERSONARVM.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-SEXTÆ.

Synopsis.

*Personam perhibent distingui proprietate,
Prædicat externum, non tamen illa genus.*

Sic incipit: *Nunc de proprietatibus, &c.*

Sic terminat: *Sit donum, & ab æterno.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de variâ huius nominis persona acceptione; & haec nùs etiâm in proximè antecedentib⁹ de divinis nominibus; sed in præsenti iam de proprietatibus personarum, quibus adinvicem personæ distinguuntur, incipit pertractare: ergo rigorosè hæc copulantur distinctiones.

2. Consequentia probatur: priùs est agere de nominum significatiōne, quām de rebus per nomina ipsa significatis; & quidem, cū nomina, aut termini ducant nos in aliqualem rerum cognitionem: ergo si Magister incipit pertractare de personarum proprietatibus per nominum significatis, postquām omnem nominum seriem sub expressâ significatiōne contexuit, proculdubio in his distinctionibus proprium obit scribendi munus.

3. Dividitur hæc præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum priuâ Magister ostendit, nomina proprietatum personalium relativè prædicari, non tamen secundūm accidens. In secundâ verò determinat, quod secunda persona in divinis propriè appellatur Filius Dei, & tertia persona proprie Donum Dei dicitur. In tertiat autem & ultimâ declarat, qualiter aliquandò hoc nomine *Spiritus Sancti*, omnes tres personæ communiter nominentur.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Nomina significantia proprietates personarum, nunquam accidentaliter, sed tantum relativè prædicantur.* Ante cuius probationem duo præmittit Magister. Primum, quod nomina significantia proprietates personarum sunt paternitas, filiatio, processio, genuisse, natum esse, gene-

ratio, nativitas, Pater, Filius, Spiritus Sanctus, & alia huiusmodi.

5. Secundum, quod hoc nomen *hypostasis*, in primitiva Ecclesia à Catholicis non libenter in usum de divinis assumebatur; non quia divinis non conveniret, nam sumptum pro supposito subsistente in natura divina, optimè congruit; sed quia eo heretici abutebantur, sumentes ipsum pro essentiâ, ut sic simplices, ac rudes per ipsum deciperent.

6. Audiamus modò Hieronymum in Epist. 57. ad Damasum, sic de hoc nomine *hypostasis* sentientem. Ait enim: *Sub hoc nomine venenum latere, quoniam multi heretici eò utrebantur, ut simplices seducerent, scilicet, pro persona, & pro essentiâ. Et ideo hoc nomine non utendum, sine distinctione, vel expositione, quandò cum hereticis contendebatur, ne simplices crederent in Trinitate tres esse substantias, sive essentias. Quapropter seclusis æquivocis vocibus, aut nominibus, securius fideliumque confitemur, esse unam tantum essentiam, & tres personas. His praesuppositis.*

7. Probatur primò conclusio: illa, quæ semper ad aliiquid, æternè, & incommutabiliter dicuntur, non accidentaliter, sed tantum relativè prædicantur; sed nomina significantia proprietates personarum, ut paternitas, filiatio, &c. dicuntur in divinis semper ad aliiquid, æternè, & incommutabiliter: ergo nomina significantia personarum proprietates, non accidentaliter, sed tantum relativè prædicantur.

8. Secundò: hæc nomina, proprietates personarum significantia, sunt relativæ, ut ex ipsorum natura constat: ergo non accidentaliter, sed tantum relativè prædicantur. Consequentia probatur: hæc nomina sunt media inter prædicata substantialia, & accidentalia; quia prædicata propria, & relativa in divinis, nec sunt essentialia, nec accidentalia. Non sunt essentialia, quia non sunt communia. Non accidentalia, quia non sunt personis contingentia, & separabilia; Patri enim non est contingens, nec ab eo separabilis paternitas; similiter, nec Filio accidentaliter advenit filiatio, & sic de alijs: ergo non accidentaliter, sed tantum relativè semper prædicari debent.

9. Tertio ex Augustino lib. 5. de Trinit. cap. 5. afferente: Nihil in Deo secundum accidens dici, quia nihil ipsi accidit; sed non omne quod dicitur de Deo, secundum substantiam dicitur, quia plura dicuntur ad aliiquid, sicut Pater ad Filium, & è contrâ: ergo cum hæc nomina significantia proprietates personarum, non dicantur de Deo secundum accidens, quia ei non accidunt; nec secundum substantiam, quia non sunt communia; necessariò relativè enunciari debent.

10. Postea subdit Magister, quæ sint istæ proprietates personales, de quibus in praesenti distinctione agere exoptat. Ait enim primò, quod non

non est proprietas Patris , in quantum Pater , quod ipse non sit natus, sed bene quod generet. Sic probatur: quod alicui convenit ut proprietas, ipsi soli convenit; sed in divinis non esse natum, soli Patri non convenit, cum etiam Spiritui Sancto conveniat: ergo Patrem non esse natum, non est proprietas personalis illius.

11. Quod ergo sit proprium personae Patris generare, ostenditur: illud est proprium, & speciale alicuius personae, quod ipsi soli, & nulli alteri personae congruit; sed generare in divinis, ita propriè, & solitariè convenit Patri , ut alijs personis non congruat : ergo generare in divinis est proprietas personalis Patris.

12. Sed dices: esse ingenitum est proprium Patris; sed ingenitum idem est, ac non genitum, sive natum: ergo non esse natum est proprietas personalis Patris.

13. Respondetur, quod nomen *ingenitus*, non est pura negatio, sicut que propriè convenit Patri, ut forsè Distinctione vigesimā octavā fuisse dicemus; at non esse natum, puram exprimit negationem; ideoquè hæc negatio rationem proprietatis personalis sibi propriè arrogare non valet.

14. Secundò tenet Magister, non esse proprietatem personalem Filij non generare, sed bene esse genitum. Et siadet sic: solum convenit in divinis Filio esse genitum, cum non conveniat Patri, nec Spiritui Sancto; sed non generare, non congruit solitariè Filio, eò quod conveniat etiam Spiritui Sancto: ergo cum solum sit proprium alicuius personae id, quod solitariè ipsi convenit, & non quod alijs censeretur commune, non erit proprietas personalis Filij non generare, sed duntur taxat genitum esse.

15. Tertiò sustinet, non esse proprietatem personalem Spiritus Sancti non esse natum, vel non generare, sed solum à Patre & Filio procedere. Sic ostenditur: non generare, aut natum non esse, est commune in divinis alijs personis; sed quod est commune, non est proprium: ergo Spiritus Sancti non erit proprietas personalis non generare, aut natum non esse. Maior probatur: non generare convenit Filio, & natum non esse convenit Patri: ergo non generare, & natum non esse, non est proprium Spiritus Sancti, sed alijs personis commune.

16. Cæterum, quod procedere à Patre & Filio sit proprietas personalis Spiritus Sancti, fatis claret. Nam in divinis solum Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedit. Et quidem; cum Pater à nullo procedat, & Filius tantum à solo Patre: ergo procedere à Patre & Filio simul, solum convenit Spiritui Sancto tanquam proprietas personalis illius.

17. Vnde, duo subinserit Magister ex dictis. Primum, quod proprietas personalis Patris est generare, Filii generari, & Spiritus Sancti procedere vel spirari. Secundum, quod haec proprietates sunt relationes quædam, quibus personæ ad se invicem relatae distinguuntur, quæ ijs nominibus *paternitas, filiaio, & spiratio* passim nominantur.

18. Sed contraria: ex Divo Hilario lib. 4. de Trinit. cap. 11. Pater, Filius, & Spiritus Sanctus solis differant nominibus; sed quæ solo nomine differunt, non habent proprietates reales per quas distinguuntur, sed solum vocales, sive nominales: ergo in divinis non sunt verae proprietates, aut relationes, quibus personæ differant, & referantur.

19. Respondeatur, Hilarium non ibi accepisse nomina Patris, Filii, & Spiritus Sancti pro ipsis vocibus solum, sed simul pro significatis importatis per illa tria nomina. Vnde non excludit proprietatis veritatem, sed solum diversitatem formæ, vel substantiæ, vel naturæ. Et haec de primâ distinctionis parte sufficiant.

20. PRO SECUNDÆ verò partis ostensione, haec alia ponitur conclusio: *sola secunda persona in divinis propriè dicitur Filius Dei; & tertia propriè donum Dei appellatur.* Quam probans Magister in textu, querit, quomodo hoc sit verum, quod esse Filium Dei solum sit proprium secundæ personæ in divinis, si sapientius in sacra Scriptura inveniatur, quod homines Filii Dei dicantur?

21. Ad quod respondeat Magister duplex assignando discrimen. Primum, quod licet apud Psalm. 8. inveniatur, homines esse Filios Dei; hoc tamen non est nisi per gratiam, vel adoptionem gratuitam; & non per generationem æternam, quemadmodum secundam in divinis veneramur personam. Homines enim sunt Filii solum per temporalem factionem: ergo sola secunda persona in divinis propriè dicitur Filius Dei.

22. Secundum discrimen est, quod dum dicimus, hominem esse Filium Dei, tunc nomine Dei, ibi intelligimus omnes personas divinas, sive totam Trinitatem. Quandò autem dicimus, secundam personam realiter esse Filium Dei, tunc ibi nomine Dei, solum Deum Patrem significamus, & non aliam personam divinam: ergo quia sola secunda persona in divinis propriè dicitur Filius Dei.

23. Constataneè his alloquitur Magister de Spiritu Sancto, quod esse donum Dei æternum sit proprium Spiritus Sancti. Cuius ratio est; quia licet quamplura sint Dei dona, nulli tamen illorum convenient est esse donum æternum, sicut Spiritui Sancto bene congruit, qui est donum Dei æternæ processione: ergo tertia persona in divinis propriè dicitur donum Dei, sicut secunda Filius.

24. Ex quibus dedit Magister, quod sicut Filius per generationem refertur ad Patrem; ita Spiritus Sanctus per processionem referatur, sive relativè dicitur ad Patrem & Filium; quæ quidem relatio estò non appareat clarè in hoc nomine *Spiritus Sanctus*; manifestè tamen exprimitur in hoc nomine *Donum*, quia Spiritus Sanctus non innuit oppositionem cum illis, sicut Donum.

25. Sed oppones: esse genitum sive Filium non est ita proprium secundæ personæ, ut alijs non sit commune: ergo secunda persona propriè non dicitur Filius. Antecedens probatur: hōnini convenit esse genitum, & Filium Dei, iuxta illud Psalm. 81. *Ego dixi, Dīs estis, & Filij excelsi omnes*. Ergo esse genitum, sive Filium non sic convenit secundæ personæ, ut alijs non conveniat: ergo secunda persona propriè non dicitur Filius.

26. Respondet Magister ex suprà dictis, datum esse discriimen inter homines, & secundam personam in divinis. Nām homines dicantur Filij Dei adoptivi, & non naturales; secunda vero persona est Filius Dei naturalis, & non adoptivus. Insuper, quia secunda persona est Filius solius primæ personæ; homines vero per gratiam sanctificantem sunt Filii totius Trinitatis, cùm ab omnibus personis in Filiis æquali-
ter adoptentur. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

27. PRO TERTIÆ, & ultimæ partis declaratione, hæc tertia ponitur conclusio: *Quāvis hoc nomen Spiritus Sanctus specialiter approprietur tertia personæ divinæ, eò tamen aliquando omnes tres personæ communiter nominantur.* Quam conclusionem Magister probans, sedu-
lō inquirit. Vtrum, sicut quelibet persona potest dici *Spiritus Sanctus*, an etiā tota Trinitas possit dici?

28. Et respondet affirmativè, probatque autoritate Divi Augustini lib. 5. de Trinit. cap. 11. dicentis: *Itaque Pater & Filius, & Spiritus Sanctus, quoniam unus Deus est, & utique Deus Sanctus est, & Deus Spiritus est, potest appellari Trinitas, & Spiritus Sanctus.* Ergo quod hoc nomen *Spiritus Sanctus*, specialiter approprietur tertiae personæ divina, non impedit, ut aliquando omnes tres personæ eò nomine communiter nominantur.

29. Insuper probat ratione: tota Trinitas in divinis, & quelibet harum personarum est *Spiritus*, & *Sancta*; sed omne quod est *Spiritus*, & *Sanctum*, reverà est *Spiritus Sanctus*: ergo cùm omnes personæ divinæ, imò & quelibet earum sit *Spiritus*, & *Sancta*, tota Trinitas, omnesque personæ divinæ poterunt dici *Spiritus Sanctus*.

30. Tamen est observandum, quod dūm Pater, aut Filius, aut tota

Trinitas dicitur Spiritus Sanctus, tunc Spiritus Sanctus non est nomen proprium personale, & relativum, sed absolutum, & commune. Pro cuius evidentiâ notatu dignum censem, Spiritum Sanctum bisariam usurpari posse.

31. Primo, quatenus significat spiritualitatem, & sanctitatem; & tunc dicitur essentialiter, convenientque cuilibet persona, & etiam toti Trinitati. Secundo, ut significat spirationem; & tunc dicitur relativè, solumque tertia persona in divinis accommodatur: ergo dum dicimus, totam Trinitatem, omnesque personas divinas posse Spiritum Sanctum appellari, solum intelligitur, quatenus hoc nomen *Spiritus Sanctus* significat spiritualitatem, & sanctitatem; secundus ut significat spirationem.

32. Ulterius, aliam suppeditat rationem, sive discriben Magister, nempe, quod dum hoc nomen *Spiritus Sanctus* accipitur pro duabus dictiōnibus, scilicet immaterialitate, & sanctitate, tunc cuilibet persona, & etiam toti Trinitati convenit, eò quod omnes tres persona, & qualibet earum sit immaterialis, & sancta: At verò dum pro una dunt taxat accipitur dictione, soli tertiae persona divina convenit, ut ex se claret: ergo.

33. Ultimum, Magister eliminat errorem quorundam dicentium, quod isti termini *Spiritus Sanctus*, & *Donum*, non sunt nomina personalia tertiam personam in divinis significantia, eò quod non dicantur relativè ad hos terminos, scilicet *Pater* & *Filius*. Quod sic suadere tentant: Pater non est *Spiritus Sancti*, vel *Doni Pater*, alias *Spiritus Sanctus* esset eius *Filius*; neque *Filius* est *Spiritus Sancti*, vel *Doni Filius*, alias *Spiritus Sanctus* esset eius *Pater*: ergo *Spiritus Sanctus* non est relativus ad Patrem & Filium, cum in eis non sit correlatio ad *Spiritu* *Sanctum*.

34. Respondet Magister, quod licet *Pater*, & *Spiritus Sanctus*, seu *donum* sibi invicem non corrispondent vocabulis, nihilominus dicuntur relativè, quia in his oportet magis accipere vocabula secundum sensum relationis, quam secundum sensum vocis, & sic dicere: *Spiritus Sanctus* est *Spiratoris Spiritus Sanctus*; & *Donum* est *Donatoris Donum*; sicut etiam in creatis dicitur: *Caput* est *capitati caput*; & *Ala* *alati ala*.

35. Sed contraria primò: proprium est relativorum dici ad convertentiam: ergo si non dicuntur ad convertentiam, non dicuntur relativè; sed *Spiritus Sanctus* non dicitur ad convertentiam de Patre & Filio: ergo non est relativus ad Patrem & Filium.

36. Respondetur, maiorem esse veram, dum nomen impositum est

vtrique extremo; non autem si ex vnâ deficit parte. Vnde, quâvis Pater & Filius non sint voces correlativæ ad Spiritum Sanctum ; tamen Spiritus Sanctus ad eos refertur; quia alijs terminis, & vocibus potest eorum correlatio explicari, vt voce *spiratoris*, atque *datoris*; ac proinde ad convertentiam dici.

37. Contrà secundò: tota Trinitas dicitur Spiritus Sanctus, eò quòd nulla sit persona, quæ non sit Spiritus, & Sancta : ergo esse Spiritum Sanctum, non est proprietas personalis Spiritus Sancti.

38. Respondet Magister ex nuper relatis , totam Trinitatem , & quamlibet illius personam appellari Spiritum Sanctum, quatenus nomen *Spiritus Sanctus* accipitur essentialiter , sive pro immaterialitate, & sanctitate ; non verò prout significat spirationem, sive dicitur relativè , cùm sic soli tertiae Trinitatis personæ conveniat ; atque adeò in hoc duntaxat sensu dicimus , esse Spiritus Sancti proprietatem personalis. Et hæc de tertia, & ultimâ distinctionis parte sufficiant.

QVÆSTIONES.

39. QVÆST. 1. An nomen & ratio doni propriè, & solitariè conveniat Spiritui Sancto? De quo, *distinctione 11. quest. 6.*
40. QVÆST. 2. An amor sit nomen proprium Spiritus Sancti, aut alijs personis commune? De quo, *distinctione 10. quest. 5.*
41. QVÆST. 3. An secundæ personæ propriè conveniat in divinis nomen Filij, Imaginis, & Verbi? De quo, *distinctione 7. & 22. quest.*
42. QVÆST. 4. An Deus & creatura univocentur in ratione entis & substantiæ? De quo, *distinctione 8. quest. 5.*
43. QVÆST. 5. An relationes divinae importent perfectionem superadditam essentiæ? De quo, *distinctione 7. quest. 2.*
44. QVÆST. 6. An Pater & Filius sint vnum Spiritus Sancti principium? De quo, *distinctione 5. quest. 3.*
45. QVÆST. 7. An , si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, distingueretur realiter ab illo? De quo, *distinctione 11. quest. 1.*
46. QVÆST. 8. An Spiritus Sanctus ex vi suæ processionis exigat necessarium oriri à duebus? De quo, *distinctione 5. quest. 4.*
47. QVÆST. 9. An Christus Dominus in quantum homo sit Filius adoptivus Dei? De quo, *distinctione 13. quest. 5.*

DE DIVERSIS NOMINIBVS PROPRIETATVM

PERSONALIVM.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-SEPTIMÆ

Synopsis.

*Vni personæ, si multa vocabula dentur,**Res eadem multis fit manifesta modis.**Sic incipit: Hic queri potest.**Sic terminat: Trinitas est unus solus Deus.*

1. CONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ pertrahat Magister de tribus proprietatibus personalibus, scilicet paternitate, filiatione, & spiratione, secundum quod significantur nominibus proprijs; sed in præsenti determinat de eisdem proprietatibus personalibus, secundum quod significantur nominibus alienis: igitur hæc superiori consonat distinctio.

2. Consequentia probatur: priùs est agere de rebus significatis nominibus proprijs, quam de eisdem rebus, nominibus alienis significatis. Et quidem, cum res expressius, & facilius cognoscantur, quatenus significantur nominibus proprijs, quam alienis; sed Magister in antecedenti distinctione egit de tribus proprietatibus personalibus, quatenus significantur nominibus proprijs; & hic de eisdem proprietatibus determinat, secundum quod significantur nominibus alienis: ergo bene hæc coordinantur distinctiones.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum prima ostendit Magister, quod omnia nomina alicuius personæ propriae significant unam tantum proprietatem, quam illa ab alijs distinguitur. In secundâ vero declarat, quod hæc nomina *Genitus, Imago, & Verbum*, non dicuntur substantialiter per se, sed relativè ad Patrem. In tertiam autem, & ultimam expendit, quod solum essentialia possunt de pluribus simul, & de seipsis invicem praedicari.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Omnia nomina alicuius personæ propriae significant solum unam proprietatem*

zem ex parte rei, quā illa persona propria distinguitur ab alijs personis determinatē. Quæ sic probatur: eadem est proprietas, quæ significatur ijs nominibus, Pater, Paternitas, Generatio activa respectū Patris; quā quæ istis exprimitur nominibus respectū Filij, nempē Filius, Filiatio, Generatio passiva; necnon respectū Spiritus Sancti, istis expenditur nominibus, quippe spiratio passiva, & procedere ab utroque.

5. Sed his proprietatibus, personæ propriæ distinguntur ab invicem determinatē: igitur omnia nomina alicuius personæ propriæ significant tantum unam proprietatem ex parte rei, quā persona illa propria ab alijs determinatē distinguitur personis.

6. Confirmatur: Pater eo apprehenditur Pater, quod generans; & eo generans, quod Pater. Et Filius eo apprehenditur Filius, quod genitus; & eo genitus, quod Filius. Similiter Spiritus Sanctus eo intelligitur Spiritus Sanctus, quod procedens ex amore; & eo ex amore procedens, quod Spiritus Sanctus; sed omnibus ijs nominibus, solum uniuscuiusque personæ propriæ significantur una proprietas ex parte rei, quā determinatē ab alijs distinguitur personis: ergo omnia nomina alicuius personæ propriæ significant unam solum proprietatem, quā persona illa propria ab alijs determinata distinguitur personis.

7. Confirmatur iterum: constitutivum rei, tunc in creatis, tunc in divinis est illius distinctivum; sed omnia nomina alicuius personæ propria solum significant unam proprietatem ex parte obiecti, quā persona illa propria determinatē constituitur: ergo & significant solum proprietatem unam à parte rei, quā persona illa ab alijs determinatē distinguitur.

8. Hanc Sententiam in litterâ statuens Magister, querit, an eadem proprietas sit, quæ importatur nomine Patris, paternitatis, & generationis activæ. Similiter, an eadem sit, quæ importatur nomine Filii, filiationis, & generationis passiva. Demum, vtrum sit idem, esse Patrem, ac genuisse Filium; & an sit idem, esse Filium, & natum esse à Patre?

9. Ad quod respondens Magister, ait, quod licet eadem proprietas significetur his nominibus, scilicet, esse Patrem, & genuisse Filium, seu Pater, & paternitas; hoc tamen sub multiplici intelligitur ratione. Probatur primum: nominibus personarum, vt sunt Pater, Filius & Spiritus Sanctus, significatur, non solum proprietas, sed etiam hypostasis; sed nominibus proprietatum, vt sunt paternitas, filiatio, & spiratio passiva, significantur ipsæ proprietates secundum se, & actus eorum, vt generatione, & nasci: ergo licet eadem proprietas prefatis significetur nominibus; tamen non eadem, sed sub diversâ ratione est.

10. Probatur secundò: inter Patrem & Filium vna sola viget relatio; quia vna tantum origo, vnuisque modus emanandi elucet; sed generare dicit relationem Patris ad Filium; sicut & esse Patrem: ergo hæc nomina esse Patrem, & genuisse Filium, vnam eademque proprietatem Patris intiuunt, licet sub diversâ ratione.

11. Sed contrà primo: idem est, esse Patrem, & genuisse Filium, cum vna & eadem sit proprietas Patris: ergo de quocunque dicitur *Pater*, necessariò dicetur *genuit*. Ergo si hæc est vera: Essentia divina est Pater; & hæc alia erit vera: Essentia divina genuit, quod prorsùs repugnat.

12. Respondet Magister, quod licet eadem sit proprietas secundum rem, esse Patrem, & genuisse Filium; non verò secundum rationem; ideoque *Pater* dici potest de essentiâ divinâ, non tamen *genuit*. Et quidem; nam etsi teneat hæc prædicatio: Deus est Pater; Deus est Pilius; non verò ista: Deus est generans; Deus est genitus; quia generare in divinis importat relativum, non absolutum.

13. Contrà secundò: eadem proprietas censetur, esse Patrem, & generare; ergo idem omnino importatur nomine *Patris*, ac *Genitoris* nomine: ergo sicut quis est baptizatus, si in Patris nomine baptizetur; ita si in Genitoris nomine baptizetur, erit ritè baptizatus: sed hoc pañim negatur: ergo non vna, & eadem est proprietas.

14. Respondetur, quod quis non baptizetur in nomine *Genitoris*, sed *Patris*, hoc non diversificat rem, sive proprietatem, sed solùm modum exprimendi, aut significandi; & utrumque ibi consideratur, ut fuse in Quarto Sententiarum libro dicemus. Et hæc de primâ parte litterâ distinctionis sufficiant.

15. PRO SECUNDÆ verò partis expositione, hæc alia proponuntur conclusio: *Hæc nomina Genitus, Imago, Verbum, non substantialiter secundum se, sed ad Patrem dicuntur relativè*. Quæ sic ostenditur: illa nomina, quæ propriè Filio congruant, eiusque personalem proprietatem solitariè exprimunt, non substantialiter secundum se, sed relativè ad Patrem dicuntur; sed hæc nomina Genitus, Imago, & Verbum propriè Filio congruant, eiusque proprietatem personalem præcisè exprimunt: ergo non substantialiter secundum se, sed relativè ad Patrem dicuntur.

16. Maior ex terminis claret. Minorem probat in litterâ Magister authoritate Divi Augustini lib. 5. de Trinit. cap. 6. dicentis, quod genitus dicitur Genitoris genitus; & Verbum dicentis verbum; & Imago imaginati imago; sed hæc nomina soli Filio convenient respectu Patris, cuius-

eiusque proprietatem personalem solitatis exprimunt: ergo illa nomina Genitus, Imago, & Verbum, ita sunt propria Filij, ut non substantialiter secundum se, sed solum ad Patrem relativè dicantur.

17. Confirmatur: hæc nomina Genitus, Imago, & Verbum non sunt communia Patri, sed propria, & relativa Filij; sed nomina propria, & relativa non dicuntur substantialiter secundum se, sed solum relativè: ergo. Major probatur: Pater nec est genitus, nec Verbum, nec imago sui, quanvis sit sapientia sui: ergo hæc nomina non sunt communia Patri, sed propria, & relativa Filij. Antecedens probatur: Verbum realiter profertur, seu producitur a loquente, in ipsumque refertur; & imago naturalis exprimitur, seu producitur ab eo, quem repræsentat, referturque in ipsum; sed hæc sunt munera propria Filij, & non Patris: ergo. Et hæc sufficient.

18. PRO TERTIÆ, & ultimæ distinctionis partis ostensione, ponitur hæc conclusio: *Solum essentialia de pluribus simul, & de seipsis affirmantur.* Quam sic probat Magister: rectè valet enunciari: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt Deus: vel potentia divina, sapientia, & bonitas divina sunt Deus; sed nullo modo affirmari valet: Pater & Filius sunt Pater: vel Pater & Filius sunt Filius: ergo quia solum prædicata essentialia de pluribus, & de seipsis affirmantur.

19. Sed contrà: essentialia in divinis de pluribus simul affirmantur; sed Deus dicitur secundum substantiam in divinis: ergo si de Filio dicitur: Deus de Deo, lumen de lumine; sic de Patre poterit enunciari: Deus de Deo, lumen de lumine.

20. Respondet Magister negando consequentiam. Licet enim *Deus* secundum substantiam dicatur in divinis, tamen ibi accipitur pro relativo, ita ut reddat hunc sensum, Deus de Deo, lumen de lumine; idest, Filius Deus de Patre Deo, Filius lumen de Patre lumine.

21. Instabis: ergo si potest dici: Deus de Deo, lumen de lumine; etiam poterit dici: Pater de Patre, aut Filius de Filio, cum suppar sit vtrōbique ratio.

22. Respondet Magister cum Divo Augustino lib. 6. de Trinit. cap. 2. negando consequentiam. Quia in nominibus personatum nunquam dicitur illud de illo, ut Verbum de Verbo, vel Filius de Filio, sive Pater de Patre, eo quod huiusmodi nomina diversis personis convenire non valeant. Unde, cum Pater & Filius ambo simul non sint Verbum, nec Pater, nec Filius ambo, non possumus ut illo nomine ad ostendendum unum de uno, quod simul ambobus non congruit. De nomine *Deus*, aliter est sentiendum, cum ambo simul sint Deus.

23. *on* Viges iterum: Spiritus Sanctus est Deus de Deo, cùm procedat à Patre & Filio Deo: ergo videtur falsum dicere, quod solus Filius sit Deus de Deo.

24. Respondetur, quod hæc exclusio penes Filium, arctatur ex modo loquendi. Quia non dicimus simpliciter, Filium solum esse Deum de Deo, sed dūm præcisè loquimur de Patre & Filio; ideoque ex ipso modo loquendi solus Filius est Deus de Deo per exclusionem à Patre, & non à Spiritu Sancto. Et hæc de totâ litterâ sufficiant.

QVÆSTIONES.

25. **Q**UÆST. 1. An personæ divinæ constituantur, & distinguantur proprietatis absolutis, aut relativis? De quo, *distinctione* 7. quest. 1.

26. **Q**UÆST. 2. An Verbum procedat ex cognitione solius essentia divinæ, aut simul personarum, & attributorum? De quo, *distinctione* 9. quest. 1.

27. **Q**UÆST. 3. An Verbum procedat ex cognitione omnium creaturatum, & Spiritus Sanctus ex eorum amore? De quo, *distinc.* 9. quest. 2.

28. Questiones superioris distinctionis, aptè hic exagitari possunt.

DE PROPRIETATIBVS NON PERSONALIBVS.

ET PRIMO DE INNASCIBILITATE.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-OCTAVÆ

Synopsis.

*Et Pater, ingenitus cognomine dicitur apto,
Dicitur & natus solus, imago Patris.*

Sic incipit: Præterea considerare oportet.

Sic terminat: Ad se dicitur, & non relativè.

2. **C**ONNECTIVUR hæc distinctione cum superiori. In illâ egit Magister de proprietatis personalibus, sed consequenter hic determinat modò de proprietatis personarum, quæ non sunt personalis: ergo bene inter se hæc copulantur distinctiones.

2. Consequentia probatur: prius est, divinas constituere personas, quām de proprietatibus non personalibus ad ipsas pertinentibus agere; quia proprietates istae jām illas constitutas supponunt, sed Magister in superiori distinctione differit de personarum proprietatibus personalibus; & in præsentī determinat de earum proprietatibus non personalibus: ergo recto ordine has Magister distribuit distinctiones.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, quomodo se habeat hoc nomen *ingenitus* ad alias notiones. In secundâ verò expendit, quomodo ista duo se habeant ad invicem, scilicet Patrem esse, & Filium esse. In tertiatam, & ultimâ declarat, quā ratione hoc nomen *imago*, quandoque teneatur essentialiter, quandoque personaliter.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, en primum assertum: *Ingenitus* est notio solius Patis, alia tamen à paternitate, quā Pater refertur ad Filium. Quod probans Magister, proponit, quod ultra tres illas proprietates personales, scilicet paternitatem, filiationem, & spirationem passivam, aliæ reverà vigent proprietates, quæ alijs expenduntur nominibus, inter quas hoc nomen *ingenitus* recensetur, quod spectat ad Patrem, & nihilominus aliam significat proprietatem, quām hoc nomen paternitas.

5. Sic suam primum propulsat probationem Magister: esse *ingenitum*, non est de ratione Patris: ergo estò *ingenitus* sit notio solius Patris, alia tamen à paternitate, quā Pater refertur ad Filium. Antecedens probatur: potest quis esse Pater, absque eò quod sit *ingenitus*: ergo esse *ingenitum*, non est de ratione Patris. Antecedens probatur: multi geniti genuerunt, cùm geniti homines gignant alios, ut videre est in litterâ: ergo potest quis esse Pater, absque eò quod sit *ingenitus*: ergo esse *ingenitum*, non est de ratione Patris; ac proinde est notio alia à paternitate.

6. Secundò, possibile est, aliquem intelligi esse *ingenitum*, & non esse Patrem, ut in Adamo; & è converso, ut in Abel: ergo una relatio potest intelligi, alterâ non intellecta; & poni, alterâ non posita, & è contraria; sed hoc relationum diversitatem arguit: ergo innascibilitas distinctionem à paternitate exprimit notiōnem in Patre.

7. Tertiò, relations diversificantur penes terminos, quia relatio est ad alterum; sed *Ingenitus* dicitur per privationem prioris, scilicet Patris; & Pater secundum positionem germinis, vel Filii: ergo cùm ista reverà sint diversæ relations, *Ingenitus*, & *Pater* non poterunt dici secundum unâ eandemque notiōnem, aut relationē, sed secundum aliam, & aliam.

8. Quartò, nomen *Ingenitus* dicit non esse ab alio; & nomen *Pater*

significat à quo alius; sed non esse ab alio, & esse à quo alius, sunt distinctæ notiones, sive diversi modi cognoscendi Patrem: ergo non eandem, sed distinctam notionem exprimit Ingenitus, ac Pater.

9. Quintò, sicut dicitur genitus ad genitorem; sic ingenitus ad non genitorem; sed genitus ad genitorem connotat relationem paternitatis; & ingenitus ad non genitorem dicit relationem innascibilitatis: ergo etsi *ingenitus* sit solius Patris notio; distincta tamen censeretur à paternitate, quā Pater refertur ad Filium.

10. Oppones primò: hæc propositio est falsa: Aliud est ingenitum esse, & Patrem esse: ergo & ista alia: Aliud est dicere ingenitum, & aliud Patrem: ergo *ingenitus* non est notio alia à paternitate.

11. Respondetur, quod licet prima propositio sit falsa, non tamen secunda; quia in primâ denotatur diversitas essentiaz sive naturæ; in secundâ vero solum proprietatum diversitas significatur. Et ideo valet: Aliud est dicere ingenitum, & aliud Patrem; secùs autem: Aliud est ingenitum esse, & aliud Patrem esse.

12. Oppones secundò: non minus *Spiritus Sanctus* est ingenitus, ac Pater: ergo esse ingenitum, non est notio solius Patris. Antecedens probatur: sicut Pater nec est genitus, nec Filius; sic *Spiritus Sanctus* nec Filius, nec genitus; sed quod genitum, aut Filius non est, ingenitum dicitur: ergo *Spiritus Sanctus* à quæ ac Pater ingenitus est; consequenterque non erit notio solius Patris, cum etiā Spiritui Sancto appositi accomoderetur.

13. Respondetur negando antecedens, & consequentiam. *Spiritus Sanctus* non est ingenitus, quāvis non sit genitus, aut Filius; quia licet attentâ etymologiâ nominis *ingenitus*, sit idem, ac non genitus, sive Filius; tamen ex vnu communi vocis, nec sunt idem, nec idem significant, eo quod vox *ingenitus* solum congruat Patri, ut primæ personæ, quæ improducta est, innascibilitas innoteat, quod Spiritui Sancto minimè convenit.

14. Oppones tertio: sicut se habet nascibilitas in Filio ad filiationem; ita innascibilitas in Patre ad paternitatem; sed in Filio eadem est relatio, nascibilitas, & filiatio: ergo & in Patre eadem erit relatio, innascibilitas, & paternitas.

15. Respondetur, simile non tenere, cum eodem oppositionis genere non opponantur nascibilitas, & innascibilitas; ac paternitas, & filiatio. Et quidem; quia paternitas, & filiatio opponuntur relativè, non sic nascibilitas, & innascibilitas; immo magis contrariè, vel contradictoriè.

16. Oppones quartò: genitus, & ingenitus non sunt eiusdem naturæ:

ergo si Pater esset ingenitus, diversæ foret naturæ à Filio; sed Pater & Filius sunt eiusdem, ac individuæ naturæ: igitur Pater non est ingenitus, sive notio hæc aptè non tribuitur ipsi.

17. Respondet Magister primò, quod Divus Ambrosius lib. de *In carn. Dom. Sacram.* cap. 8. Arrianis probare nitentibus, Patrem alterius fore substantiæ à Filio, cum diversum sit esse ingenitam, & esse genitum, respondens, ait: *Primum omnium in divinis Scripturis Ingenitus, nusquam invenio, non legi, non audi vi, &c.* Vnde Ambrosius omittit antecedens; quia Patrem esse ingenitum, non est expressum in Scripturâ; esse verò eiusdem naturæ cum Filio, satis superque constat. Tamen hâc nostrâ tempestate iam in visu extat receptum hoc nomen *ingenitus*.

18. Iterùm respondet Magister negando antecedens; quia ut ingenitus à genito distinguitur, non requiritur distinctio naturæ, sed sufficit distinctio proprietatis relativæ. Quàndvis enim diversum sit esse ingenitum, & esse genitum, sicut esse Patrem, & esse Filium, quia notio, & proprietas Patris diversa censemur à notione, & proprietate Filii; nihilominus non est diversum esse ingeniti seu Patris ab esse geniti seu Filii, eò quod essentia divina, quæ importatur per esse Patris, & significatur per esse Filii, sit una, & eadem. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficient.

19. PRO SECVNDÆ verò partis ostensione, en aliud assertum: *Idem est Patrem esse, quod & Filium esse; quāvis esse Patrem, & esse Filium non sint idem.* Quod solummodo probat Magister, sensum genuinum, & catholicum propositionis expendendo. Hic etenim est proprius præfatae propositionis sensus: Patrem esse, est idem quod Filium esse, idest, idem est id, quò Pater est, & id quò Filius est; quia una divina essentia est id, quò uterque ipsorum est; sed iste est verus, & catholicus sensus prædictæ propositionis: ergo quāvis esse Patrem, & esse Filium, non sint idem, tamen idem est Patrem esse, quod & Filium esse.

20. Ut ergo præfatae propositionis veritas magis eluceat, sic subtiliter ex opposito discursat Magister: terminis transpositis, dicendo: Esse Patrem, est idem quod esse Filium, reddit hunc sensum; eadem est proprietas, quā Pater est Pater, & quā Filius est Filius; sed hic sensus est falsus, quia paternitate Pater est Pater, & Filius filiatione est Filius: ergo primus sensus est verus, nempè, idem est Patrem esse, quod & Filium esse, quāvis esse Patrem, & esse Filium non sint idem.

21. Hunc ratiocinandi modum firmitat perlucidè Magister expresso *Divi Augustini testimonio lib. 5. de Trinit. cap. 5.* dicentis: *Quāvis diversum sit esse Patrem, & esse Filium, non est tamen diversa substantia;*

quia

quia non hic secundum substantiam dicitur, sed secundum relativum. Ergo licet idem sit esse Patrem, quod & Filium esse; nihilominus non est idem esse Patrem, & esse Filium; quia primum denotat unam eandemque substantiam, sive essentiam Patri & Filio communem; secundum vero importat relativum, sive proprietatem personalem, quia Pater est Pater, & quia Filius est Filius, quae non est una, & eadem in duobus, sed in quolibet sua realiter ab aliâ distincta.

22. Demum, hoc totum confirmat assumptum Magister: eò enim Pater est, quod Pater Deus est, idest, per essentiam; sed Filius eò Deus est, quod Pater Deus est: ergo Filius eò est, quod Pater est: ergo iuxta hunc sensum, idem est esse Patrem, quod Filium esse; non vero est idem esse Patrem, & esse Filium, cum sensum diversum reddant, ut nuper diximus. Et hac de secundâ distinctionis parte sufficient.

23. PRO TERTIAE, & ultimæ partis declaratione, en tertium assertum: *Hoc nomen mago relativè dicitur de solo Filio; essentialiter vero de totâ Trinitate.* Primam asserti partem iam probatam relinquit Magister conclusione secundâ superioris distinctionis; nam illa nomina relativè dicuntur in divinis de aliquâ personâ, quae soli illi convenient, & eius personalem proprietatem solitariè exprimunt; sed hoc nomen *imago* soli Filio relativè convenit in divinis, & personalem eius proprietatem exprimit: ergo hoc nomen *imago* relativè dicitur de solo Filio.

24. Quod ergo *essentialiter de totâ Trinitate* dicatur, probat Magister, estque secunda asserti pars: hoc nomen *imago* interdum sumitur pro ipso exemplari naturæ divinæ, ad cuius imaginem factus est homo: ergo cum homo dicatur conditus ad imaginem Dei toti Trinitati communem, hoc nomen *imago* dicetur *essentialiter de totâ Trinitate*.

25. Intentum præmunit authoritate Hilarij lib. 5. de Trinit. cap. 1. & Augustini lib. de Fid. ad Petrum, cap. 1. sic alloquentibus: *Quod una est Sanctissima Trinitatis essentialiter divinitas, & imago ad quam factus est homo.* Ergo nomen *imago* *essentialiter de totâ* dicitur *Trinitate*, quanvis relativè de solo Filio dicatur.

26. Sed oppones: *imago* semper connotat *imaginatum*; sed nequit esse idem *imago*, & *imaginatum*: ergo *imago* nunquam valet dici *essentialiter de totâ Trinitate*, sed semper *relativè de solo Filio*.

27. Respondeatur, *imaginem* semper exprimere respectum ad in-creatuum, vel ad creatum. Dùm enim dicit respectum ad in-creatuum, tunc dicitur personaliter, & relativè secundum rem. Quando vero ad creatum, tunc *essentialiter* dicitur, & ad se, non quantum ad modum dicendi; sed quia toti Trinitati convenient: ergo quandoque *relativè*, & quandoque

que essentialiter dicitur, iuxta diversitatem respectus. Et haec de tertia,
& ultimâ distinctionis parte satis sunt dicta.

QVÆSTIONES.

28. QVÆST. 1. An Pater formaliter constituantur per innascibilitatem, aut paternitatem? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 28. q. 1. art. 2. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 87. à p. 411. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 8. art. 1. & 2. Ferre de Trinit. q. 17. §. 12. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 42. disp. 16. art. 1. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 4. dub. 1. Lumbier de Trinit. q. 12. art. 3.

29. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 28. q. 2. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 6. sect. 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 1. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. q. 2. Et in Comment. tom. 1. dist. 28. q. 2. Rada tom. 1. Contror. 25. art. 2. Merlin. tom. 1. disp. 3. q. 6. sect. 3. Sosa tom. 1. dist. 28. q. 1. Felix de Trinit. cap. 4. diff. 8. dub. 1. Baron tom. 2. tract. de Trinit. Apol. 5. Art. 1. Carriere tract. de Trinit. q. 15.

30. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 8. de Trinit. cap. 1. Herrera de Trinit. disp. 8. sect. 2. Mart. Perez de Trinit. disp. 9. sect. 6. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 28. q. 3. Gaudent. tom. 2. tract. 2. de Trinit. disp. 8. q. 5. & sect. 3. q. 1.

31. QVÆST. 2. An sit proprium Patris esse ingenitum, & innascibilem? De quo, distinctione 13. quæst. 3.

32. QVÆST. 3. An innascibilitas dicat pro formalí aliquid positivum, aut negativum? De quo, distinctione 5. quæst. 5.

33. QVÆST. 4. An quinque sint duntaxat in divinis notionibus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 26. q. 2. art. 3. & 1. p. q. 23. art. 3. Godoy 1. p. tom. 3. disp. 86. à p. 371. Gonetus tom. 2. tract. 6. disp. 7. art. 2. Salmant. tom. 2. tract. 6. q. 32. disp. 11. d. b. 2. & 3. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 32. disp. 14. art. 3. Contenson tom. 2. diff. 6. cap. 1. specul. 1. Portugal tom. 1. lib. 4. cap. 53. p. 1. Labat tom. 2. tract. 2. disp. 3. dub. 8. Lumbier de Trinit. q. 12. art. 1. Ferre tract. 14. de Trinit. q. 10. §. 4.

34. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 18. q. 2. Et in Report. in 1. dist. 28. q. 4. Hernandez in 1. tract. 2. disp. 9. sect. 1. & 2. Macedo in 1. Collat. 8. diff. 3. sect. 1. & 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 2. art. 3. q. 1. Poncius in Curs. Theolog. disp. 9. de Trinit. q. 8. Durand tom. 1. tract. de Trinit. disp. 7. q. 3. Rada tom. 1. Contror. 25. Faber in 1. dist. 28. disp. 49. q. 1. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 61. art. 2. Carriere tract. de Trinit. q. 13. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 2. q. 8. Berulle tom. 2. disp. 1. q. 5.

Meri-

Merinerus tom. 1. disp. 7. q. 2. Felix de Trinit. cap. 8. diff. 2.

35. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 5. de Trinit. cap. 9. & 10. Amicus tom. 1. disp. 24. sect. 1. & 2. Beccan. tom. 1. cap. 7. q. 1. Carleton tom. 1. disp. 51. sect. 3. Borrull de Trinit. disp. 20. sect. 1. Mart. Perez de Trinit. disp. 7. sect. 1. 2. & vlt. Maurus de Trinit. tract. 7. q. 97. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 26. art. 1. q. 4. Calpens. de Trinit. disp. 5. sect. 4. Coriolan. q. 32. art. 4. Baudun. q. 32. art. 2. dub. 1. Morand. q. 18. Abelly de Deo. tract. 3. cap. 1. sect. 5. Gaudent. tom. 2. tract. 2. disp. 4. q. 3. Fuliensis lib. 2. cap. 7. resol. 1.

36. QVÆST. 5. An nomen & ratio Imaginis soli Filio conveniat? De quo, distinctione 22. quest. 1.

DE COMMVNISPIRATIONE, QVÆ EST ALIA PROPRIETAS, SED NON PERSONALIS.

DISTINCTIONIS VIGESIMÆ-NONÆ Synopsis.

*Omnes principium personas dicimus unum,
Principium, natum dicimus, atque Patrem.*

Sic incipit: *Est præterea aliud nomen, &c.*

Sic terminat: *Sicut Spiritus Sanctus datum, vel donatum.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ discursaverat Magister de innascibilitate, prout significatur hoc nomine *ingenitus*; sed in præsenti determinat de spiratione activâ sive communi, prout significatur hoc nomine *principium*: ergo rectè cum antecedenti connectitur hæc distinctio.

2. Consequentia probatur: priùs concipiimus in Patre innascibilitatem, quâm in Patre & Filio spirationem activam, cù quod Pater sit prior origine Filio, & Spiritu Sancto: ergo si Magister in præsenti distinctione determinat de spiratione activâ, prout significatur hoc nomine *principium*, postquam in superiori egit de innascibilitate, quatenus hoc nomine *ingenitus* exprimitur, appositiæ ab ipso hæc aprantur distinctiones.

3. Dividitur hæc præsens distinctio in tres præcipuas partes. In qua-

rum primā Magister ostendit , qualiter tota Trinitas per hoc nomen principium se habeat ad creaturas. In secundā verò subdit , quomodo per idem nomen, scilicet principium, personæ se habeant ad invicem. In tertiat autem, & ultimā ostendit, qualiter relatio Patris & Filij ad Spiritum Sanctum careat suo nomine proprio visualiter.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt unum principium creaturarum temporaliter.* Quam conclusionem probans Magister, sustinet, quod hoc nomen principium, quatenus relativè dicitur in divinis, significat tantum relationem Dei ad creaturas , vel relationem personarum ad invicem. His prælibatis.

5. Sic primò probat assertum: esse principium creaturarum non denotat specialem aliquam relationem personalem , sed tribus personis communem : ergo quia Pater , Filius , & Spiritus Sanctus sunt unum creaturarum principium temporaliter. Antecedens probatur : esse creaturarum principium convenit personis, quatenus Deus, & Omnipotens sunt; sed esse Deum, & esse Omnipotentem , omnibus divinis personis commune est : ergo esse creaturarum principium non importat specialem aliquam relationem personalem , sed tribus personis communem; consequenterque Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unum creaturarum principium temporaliter.

6. Secundò, si Pater, Filius, & Spiritus Sanctus non constituerent unum creaturarum principium temporaliter , forent plures Creatores, pluresque Omnipotentes; sed in divinis unus est Creator, unusque Omnipotens: ergo quia tres personæ unus sunt Creaturarum principium.

7. Tertiò, ratione principij creaturarum personæ divinæ non opponuntur; sed in divinis sola oppositio multiplicat principium : igitur Pater, Filius , & Spiritus Sanctus non sunt plura , sed unum duntaxat ex tempore principium constituunt. Maior probatur: personæ divinæ, quatenus Deus , & Omnipotens sunt, non opponuntur; sed hoc est creaturarum principium: ergo nec ratione principij creaturarum personæ divinæ opponuntur, nec earum principium productivum multiplicatur.

8. Sed dices primò : omnia sunt ex Deo , tanquam ex principio; ergo & peccata sunt à Deo. Antecedens constat ex illo Pauli ad Rom. 11. *A quod omnia, per quem omnia, & in quod sunt omnia.* Consequentia insertur, cùm omnia sint à Deo: ergo.

9. Respondet Magister in litterā negando consequentiam. Primò, quia personæ divinæ non sunt peccatorum causa, cùm solum sint principium omnium naturalium ; peccata autem sunt contra naturam , cùm

218 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

potius sunt rerum corruptiones, quam natura. Secundo, quia relatio Creatoris in Deo non est aeterna, sicut aliæ in divinis relationes, sed temporales; quia Deus coepit in tempore esse principium creaturarum. At Pater non incepit in tempore esse Filij principium, neque Pater & Filius principium Spiritus Sancti.

10. Dices secundò: de Spiritu Sancto sic canit Ecclesia in hymno Domin. ad. Laud. ex Ambrof. tom. 3. *Eterne rerum Conditor*; sed Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unum creaturarum principium: ergo non ex tempore, sed aeternaliter sunt principium.

11. Responde Magister, quod nomina, quæ exprimunt effectum in creaturâ, valent, & bene illum dicere actum, vel habitum. Si actum, ex tempore dicuntur. Si habitum, possunt dici aeternaliter. Et quoniam principium valet utrumque comprehendere, quippe actum, & habitum, ideo non potest dici solùm temporaliter, sed etiam aeternaliter: At cum passim hoc nomine *principium* accipiatur, prout dicitur in actu, & non in habitu; idcirco ait Magister, quod dicitur temporaliter.

12. Ad illud quod Spiritus Sanctus est Conditor aeternus, dicimus, prefatam locutionem bifariam usurpari posse. Tum ex parte eius quod est Conditor, quia potest dicere actum, vel habitum. Tum ex parte eius quod est aeternus, quia potest tenere adiectivè, vel substantivè. Unde si aeternus accipiatur substantivè, sic non ponit aeternitatem circa conditionem, sed circa suppositum, & est locutio vera. Si adiectivè accipiatur, & Conditor tenetur habitualiter, adhuc est locutio vera. Si actualiter, tunc est falsa.

13. Sensus sunt manifesti. Vno modo sensus est aeternus Conditor, qui est aeternus. Alio modo, aeternus Conditor, idest, ab aeterno potest condere in tempore. Et tertio modo, aeternus Conditor, quia aeternaliter condidit. In gemino primo sensu est vera locutio hymni supra positi, sed tertio sensu est falsa.

14. Postea subdit Magister, quod vera persona est principium alterius. Nam Pater est principium Filii, & Pater, & Filius sunt unum Spiritus Sancti principium. Quid sic summatim ostendit: sicut Pater genuit Filium, sic a Patre, & Filio Spiritus Sanctus procedit; sed Pater est principium Filii, quia ipsum genuit: ergo & Pater & Filius sunt unum Spiritus Sancti principium, quia Spiritus Sanctus ab eis procedit. Et haec de primâ distinctionis parte sufficiant.

15. PRO SECUNDÆ verò partis ostensione, hæc alia ponitur thesis. *esse principium totius divinitatis, est notio solius Pateris, notans relationem ipsius.* Quam sic primò tentat suadere Magister: solus Pater à nullo

nullo est , & ab eo est omnis communicatio deitatis, tam Filio, quam Spiritui Sancto ; sed hoc est , esse totius divinitatis principium : ergo esse principium totius divinitatis, est solius Patris notio.

16. Secundò, principium deitatis non dicitur, quod producat deitatem, sed quod producat omnes personas , quibus deitas communicatur; sed Pater producit Filium, & Spiritum Sanctum; & utriusque divinitas communicatur, cum Filius generetur a Patre, & Spiritus Sanctus ab eo procedat : ergo est notio solius Patris esse principium totius divinitatis, notans relationem ipsius.

17. Ceterum , esse principium totius divinitatis , non est notio in Patre distincta à notione *Ingeniti, Paternitatis, & Spiratoris*. Et liquet, nam eo , quo Pater ingenitus est , sine principio est ; & quo Pater , & spirator est , principium est omnium personarum , quibus deitas communicatur: ergo haec notio quod Pater sit principium totius divinitatis, non est alia à notione ingeniti, paternitatis, & spiratoris. Et haec de secundâ distinctionis parte sufficiant.

18. PRO TERTIÆ, & ultimæ partis explanatione, hoc proponitur theorema: *Relatio, quæ Pater & Filius referuntur ad Spiritum Sanctum, non pollet nomine aliquo proprio visualiter.* Quod equidem probans Magister, querit: Vtrum Pater, & Filius sint eadem notione unum principium Spiritus Sancti? Et respondet affirmativè, quanquam non habemus nomen illam notionem exprimens.

19. Probatur: Patri & Filio convenit producere Spiritum Sanctum, eo quod Spiritus Sanctus ab utroque procedat : ergo in ea notione Pater & Filius non opponuntur inter se ; sed et ipsò quod non opponantur, sunt unum principium, a quo Spiritus Sanctus procedit : ergo Pater & Filius eadem notione sunt unum principium Spiritus Sancti.

20. Confirmatur : sic est discursandum de personis divinis in ratione principij creaturarum; ac de Patre & Filio in ratione principij Spiritus Sancti ; sed divinas personas esse unum principium creaturarum, non denotat specialein aliquam relationem personalem, imo potius communem tribus personis , ut expendimus suprà : ergo Patrem & Filium esse unum principium, a quo Spiritus Sanctus procedit, non geminam, sed unam dumtaxat importat notionem.

21. Confirmatur iterum : quanquam omnes divinae personæ sunt creaturarum principium, non dicuntur plures Creatores, aut Omnipotentes , sed unus Creator, unusque Omnipotens : ergo quanvis Pater & Filius producent Spiritum Sanctum, non debent dici plures spiratores, sed unus spirator. Modò sic; sed quia omnes personæ divinae sunt unum

220 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

principium creaturatum, non multiplicatur notio, aut relatio, sed est una, & eadem tribus personis communis: ergo quia Pater & Filius sunt unum Spiritus Sancti principium, notio relativa erit utriusque propria.

22. Sed oppones: Pater & Filius sunt unum Spiritus Sancti principium: ergo aut unum quod est Pater, aut unum quod non est Pater. Si unum quod est Pater: ergo Pater & Filius sunt unum. Si unum quod non est Pater: ergo principium Spiritus Sancti non est Pater: igitur Pater non est Spiritus Sancti principium.

23. Respondetur, Patrem & Filium esse unum Spiritus Sancti principium; cunquè unum dicat communem spirationem ut est in pluribus, non oportet sic dividere: Aut unum quod est Pater, aut unum quod non est Pater; quemadmodum si diceatur: Omnis homo est animal: ergo aut animal quod est album, aut animal quod non est album; quia animal communiter stat pro animali albo, & non albo, ita ut reddat pro utroque locutionem veram. Similiter in proposito, principium hic supponit pro principio, quod est Pater, & quod est Filius; & ideo non licet ibi dividere, & descendere; immo non est ibi figura distinctionis ex mutatione suppositionis.

24. Ulterius, praefata notio, speciali aliquo nomine à Patribus insignita, non invenitur, nec temporibus Magistri fuit in usu, ideoque ab illo prætermittitur. Nunc verò à Theologis iam voce spiratoris, aut spirationis activæ, sive communis Patri & Filio ostenditur; & etiam in Concilio Lugdunensi præcipitur, quod dicatur spiratio, habeturque in 6. de Sum. Trinit.

25. Demum observat Magister, quod hoc nomen principium, transiens in prædicationem divinorum, non semper sumitur uniformiter. Nam interdum accipitur personaliter, ut cum dicitur: Pater est principium Filii. Quandoque notionaliter, ut cum dicitur: Pater & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti. Aliquando verò essentialiter, ut cum dicitur: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt unum principium creaturatum. Et hæc de tertia, & ultima distinctionis parte satis sint dicta.

Q VÆSTIONES.

26. **V**ÆST. 1. An possibilia habeant esse à se, an ab intellectu divino? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 25. art. 3. Araúxo lib. 9. Metaph. q. 1. art. 2. conclus. 1. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 26. d. sp. 11. art. 1. & q. 7. Phis. art. 4. ad vlt. Martinez Prado 1. p. Metaph. Comrov. 7. art. 1. Ican. de Portugal lib. 4. de Grat. cap. 23. Ferre tom. 2. tract. 7. q. 2. §. 2. & tract. 13. q. 4. §. 3. Biescas tom. 1.

- q. 18. art. 3. dub. 3. Parra lib. 4. Phis. disp. 8. dub. 1. Palanco in Metaph. q. 8. 27. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 43. q. vnic. & Collat. 33. Perez Lopez tom. 2. Philos. dist. 4. q. 1. art. 1. Hernandez in 1. tract. 3. de Scient. disp. 3. sect. 1. & seqq. Mastrius in 1. disp. 3. q. 2. art. 2. & tom. 5. Philos. disp. 8. q. 1. art. 1. & 2. Frassen in 1. tract. 2. disp. 1. art. 2. sect. 1. Poncius in Comment. tom. 1. dist. 43. q. vnic. & in Metaph. disp. 69. q. 5. Meurisse in Metaph. p. 6. q. 2. Briceño tom. 2. de Scient. Controv. 12. art. 1. Herrera in 1. disp. 21. q. 2. Felix de Scient. cap. 4. diff. 1. Vulpes tom. 1. disp. 28. art. 1. & seqq.
28. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect. 17. Oviedus tom. 2. Metaph. punct. 1. num. 4. Linze lib. 4. Phis. tract. 2. cap. 1. & lib. 2. Metaph. tract. 1. cap. 1. & 2. Ribaden. de Scient. disp. 6. cap. 1. & seqq. Peynado lib. 1. Phis. disp. 7. sect. 1. Petrus Hurtad. disp. 8. Metaph. sect. 1. Ripalda tom. 1. de Ente Supern. disp. 32. sect. 1. Izquierdo in Phis. Scient. disp. 11. q. 1. Franc. Alphonsi. in Phis. disp. 7. sect. 3. Rhodès disp. 2. Metaph. q. 1. sect. 2. & 3. Ex alijs Pasqualig. disp. 77. Metaph. sect. 1. & 2. Blasco tom. 1. Phis. dist. 12. q. 1. art. 1. & seqq.
29. QVÆST. 2. An Omnipotentia connectatur cum creaturis possibilibus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 2. de Verit. art. 3. ad 11. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 26. §. 7. à p. 747. Salmant. tom. 1. tract. 2. disp. 7. nu. 75. & tract. 4. disp. 5. & tom. 2. tract. 6. disp. 12. dub. 2. §. 11. & seqq. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 26. disp. 11. art. 1. Ferre tom. 2. tract. 13. de Potent. q. 3. §. 4. Palanco lib. 2. Phis. q. 8.
30. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 30. q. 2. §. Ad secundam questionem. Et dist. 35. & 36. & 43. Perez Lopez in 1. dist. 2. q. 3. art. 1. Hernandez in 1. tract. 1. de Essentiâ, & Attrib. disp. 6. sect. 4. Briceñus tom. 2. de Scient. Controv. 12. art. 2.
31. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 26. & lib. 3. cap. 9. Card. Delugo disp. 19. de Incarn. sect. 2. Thyrfus tom. 1. disp. 35. sect. 1. & seqq. Anton. Perez de Scient. disp. 5. Ribadeneyra de Scient. disp. 7. cap. 1. & seqq. Linze lib. 4. Phis. tract. 2. cap. 3. Muniesa de Attrib. disp. 9. sect. 4. Atanda lib. 2. de Scient. disp. 7. sect. 1. & 2. Carleton disp. 6. Phis. Curs. Trinit. tom. 3. tract. 3. disp. 6. sect. 4. Peynado lib. 2. Phis. disp. 3. sect. 2. Borrull de Attrib. disp. 8. sect. 5. & 6. Izquierdo tom. 1. de Deo Uno. tract. 2. disp. 4. q. 2. Quiròs in Phis. disp. 52. Ex alijs Blasco tom. 1. dist. 92. q. 5. art. 2. §. 4.
32. QVÆST. 3. An potuit Deus producere ab eterno creaturam aliquam absque durationis principio? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas

1. p. q. 46. art. 1. 2. & 3. Ioan. de Neapoli q. 23. punt. 1. & 2. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 8. §. 13. Complutenses tom. 2. disp. 27. q. 3. §. 1. & seqq. Biecas tom. 1. q. 10. art. 2. dub. 4. Letma lib. 8. Phis. q. 2. Murcia lib. 8. Phis. disp. 1. q. 3.

33. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 1. q. 3. Perez Lopez tom. 2. Philos. lib. 7. dist. 1. q. vnic. Hernandez in 2. tratt. 1. de Creat. disp. 3. sect. 2. Mastrius tom. 2. Philos. disp. 14. q. 1. art. 1. & 2. Frassen 3. p. Philos. sect. proam. q. 2. Carriere. tratt. de C. 1. q. 3. Herrera in 2. disp. 4. q. 1. & 2. Vulpes tom. 1. disp. 16. art. 1. 2. & 3. Angles in 2. dist. 1. q. vnic. dub. 2. diff. 3. Aquila in 2. dist. 1. q. 2. Lychetus in 2. dist. 1. q. 3.

34. Ex Scholâ Eximia Suarez disp. 20. Metaph. sect. 6. Oviedus lib. 8. Phis. Contror. 19. punt. 1. & seqq. Quiros in Ind. disp. 10. art. 3. Carleton disp. 39. Phis. sect. 1. nu. 3. Arriaga lib. 8. Phis. disp. 17. sect. 2. Recupitus lib. 4. de Infin. q. 19. Peñafiel tom. 2. disp. 16. q. 3. sect. 1. & seqq. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 1. art. 1. q. 2. Abelly de Deo, tract. 4. cap. 1. sect. 3.

35. QVÆST. 4. An Deus possit esse causa peccati? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 8. art. 1. & 3. & in 2. dist. 37. q. 2. art. 1. & 1. 2. q. 79. art. 1. & 2. & q. 3. de Malo art. 1. Gonet tom. 1. tract. 4. disp. 8. art. 4. Et tom. 3. tract. 5. de Peccat. art. 3. Embun tract. 2. de Actib. human. dist. 26. q. 2. art. 1. & seqq. Palanco de Provid. q. 19. & lib. 2. Phis. q. 19.

36. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 37. q. 1. Macedo in Schol. Theolog. Schol. 14. cap. 6. Poncii in Philos. disp. 26. de Act. mal. q. 10. Simsing de Deo Vno, tratt. 3. disp. 3. q. 3. Baron tom. 4. tratt. de Volunt. Apol. 2. act. 6. Carriere tom. 2. tratt. de Peccat. q. 9. Berulle tom. 5. disp. 3. de Peccat. q. 1. Lychetus in 2. dist. 34. q. 2. Durand tom. 1. tratt. de Provid. disp. 8. q. 3. Faber tom. 2. dist. 14. q. 1. disp. 8. cap. 1.

37. Ex Scholâ Eximi Beccan. p. 21. tract. 2. cap. 6. q. 1. Arriaga in Philos. disp. 110. de Caus. sect. 1. subsect. 5. Carleton in Philos. disp. 28. & 29. Amicus de Peccat. disp. 21. sect. 1. Thyrfus tom. 1. disp. 11. sect. 10. Oviedus de Peccat. Contror. 7. punt. 1. Rhodès de Actib. human. disp. 2. q. 2. sect. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 38. art. 2. q. 1. & dist. 46. q. 2. Gaudent. tract. de Deo Vno, disp. 16. q. 13. q. 1. q. 1. q. 1. T2ENO

38. QVÆST. 5. An Pater & Filius. sint unum principium Spiritus Sancti? De quo, distinctione 5. quasi. 3. T2ENO
miserere omnis de cunctis hominibus iniquitate. T2ENO
zatione. A modo helogia et vi quoniam innotescit rapidis manipis

DE RELATIONIBVS, QVÆ CONVE-
NIVNT DEO EX TEMPORE

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ

Synopsis.

*Sit Dominus rerum, quāvis in tempore factus,
Non demutatum dicimus esse Deum.*

Sic incipit: *Sunt enim quedam, &c.*
Sic terminat: *Mutatio fit, non in dante.*

1. CONNECTITVR hæc præsens distinctio cum superiori. In illâ pertractavit Magister de spiratione activâ sive communi, prout significatur hoc nomine *principium*; sed in præsenti determinat obiter de quibusdam relationibus, scilicet Creatoris, Dominatoris, & alijs huiusmodi, quæ convenientur Deo ex tempore: ergo satis cum antecedenti connectitur hæc distinctio.

2. Consequentia probatur: priùs meditari debemus eæ, quæ convenientur Deo propriè, & æternaliter, quām quæ ipsi convenientur propriè, & temporaliter; sed spiratio activa sive communis, quatenus hoc nomine *principium* significatur, convenient Deo propriè, & æternaliter; & relationes Creatoris, Dominatoris, &c. convenient ipsi temporaliter: ergo rectè processit Magister agendo immediatè de his relationibus, quæ ex tempore Deo convenient, postquam antecedenter determinavit de spiratione activâ sive communi, quæ æternaliter ipsi competit.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quārum primâ Magister ostendit, Deum ad creaturas ex tempore referri. In secundâ vero subdit, Deum per talem relationem non mutari. In tertiâ autem, & ultimâ declarat, Spiritum Sanctum, sine sui mutatione, humanae menti infundi.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Constat, Deum ad creaturas ex tempore referri.* Ante cuius probationem hæc præmitit Magister, quod illa, quæ dicuntur de Deo relativè temporaliter, & secundum accidens, dicuntur de ipso, non secundum accidens,

dens, quod sit in Deo, sed quod in creaturis est. Et exemplificat hoc per huiusmodi nomina, Creator, Dominus, Refugium, Datum, vel Datum, & similia, quæ non possunt Deo convenire ab æterno, cum ab æterno non habuerit creaturam ad se refugientem, seu servum; sed incepit habere ex tempore.

5. Sic primò perficitur probatio: Deus refertur ad creaturas, quantum est eorum Dominus, & Creator; sed haec munia convenient Deo in tempore, dum creature incipiunt esse: ergo Deus refertur ad creaturas ex tempore. Minor probatur: Creator nequit esse, quin existat creatura; nec Dominus, qui sit Servus; quia sicut non valet esse Servus, qui non habet Dominum; sic nec Dominus, qui non habet Servum; sed creature incipiunt esse in tempore: ergo relatio Dei ad creaturas erit ex tempore.

6. Secundò: omni actioni correspondet passio, cum actio, & passio sint simul; sed huic actioni, Deus creat, correspondet haec passio, aliquid creatur: ergo cum nihil creetur, nisi ex tempore, nihil creat Deus, nisi in tempore: ergo relatio quâ Deus ad creaturas refertur, est ex tempore.

7. Sed oppones primò: Deus est Dominus temporalis; sed non est Dominus temporis in tempore; quia tempus in tempore non est: ergo relatio Dominatoris sive Creatoris non convenient Deo in tempore.

8. Respondet Magister, quod Deus incepit esse Dominus temporis, quando tempus incepit esse. Et ideo, sicut tempus non incepit esse in tempore seu ex tempore; ita Deus non incepit esse Dominus temporis in tempore seu ex tempore, sed cum tempore.

9. Instabis: tempus non incepit esse in tempore: ergo incepit esse extra tempus: ergo fuit tempus extra omne tempus; sed hoc repugnat: ergo tempus, aut incepit esse in tempore, aut ex tempore.

10. Respondetur, tempus nec incepisse esse in tempore, nec ex tempore. Non incepit esse in tempore, quia hoc importat temporis existentiam; & tempus non fuit in sui initio, aut exordio, cum sit successivum. Nec incepit esse ex tempore, quia ex dicit ordinem, & ita presupponit tempus antevertens ipsum tempus, & ideo nihil cœpit ex tempore, nisi quod sequitur tempus.

11. Quamobrem, ea quæ sunt æqualis durationis cum tempore, non cooperunt, nec ex tempore, nec in tempore, sed cum tempore, idest, dum tempus cœpit. Ceterum, si inquiras, quomodo tempus cœpit? dicimus, quod nullo ex his modis, sed cœpit in sui principio, sive non cœpit extra tempus.

12. Oppones secundò: nihil aeternum est ex tempore; sed omne quod praedicatur de Deo, est Deus, & ita aeternum: ergo nihil potest dici de Deo ex tempore.

13. Respondet, quod hoc nomen *aeternum*, potest adiectivè, vel substantivè teneri. Si adiectivè accipiatur, consequentia est falsa. Nam aliquid praedicatur de Deo, cuius duratio non est aeterna. Et quidem, cum non sequatur: Creatio est Deus; sed Deus est aeternus: ergo creatio est aeterna. Quia ibi est accidentis sophisma. Si substantivè usurpetur, est vera, & verit hunc sensum: omne quod praedicatur de Deo, est aliquid aeternum; & sic respondetur instantiae.

14. Oppones tertio: hoc nomen *Creator* actu convenit Deo ab aeterno: ergo Deus ad creaturam, non ex tempore refertur. Antecedens probatur: non quis dicitur Lector, quia actu legit, sed quia habilis est ad legendum; sed Deus ab aeterno habilis est ad creandum: ergo nomen *Creator* actu convenit Deo ab aeterno; & consequenter quod ad creaturam, non ex tempore, sed ab aeterno referatur.

15. Respondetur negando antecedens, & eius probationem. Nam si hoc nomen *Creator* importat respectum in actu, nequit ab aeterno Deo aptari; secùs si solùm respectum in habitu importat. Tamen iam usus communis hoc nomen, & alia huiusmodi accepit, prout connotant in actu relationem; & idcirco statuit Augustinus, ea dici ex tempore. Idipsum tenendum est de hoc nomine *Lector*. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

16. PRO SECVNDÆ verò partis perspicuâ offensione, hæc alia ponitur conclusio: *Deus per relationem, quâ refertur ad creaturas, non subest mutationi*. Quam sic probat Magister: relatio, quâ Deus refertur ad creaturam, est Creatoris relatio; sed relatio Creatoris est realiter, & intrinsecè in creaturâ, & solùm extrinsecè sive denominativè in Deo: ergo Deus non subest mutationi per relationem, quâ refertur ad creaturas.

17. Consequentia probatur: vt Deus denominetur Creator, Dominus, Refugium, &c. sufficit mutatio creaturæ, quin opus sit Dei mutatione: ergo. Antecedens probatur: nummus accipit esse pretium, seu pignus sine mutatione sui intrinsecâ; necnon unus homo fit amicus alterius solâ mutatione alterius voluntatis: ergo vt Deus denominetur Creator, Dominus, & Refugium nostrum, sufficit mutatio creaturæ, quin requiratur mutatio intrinseca Dei.

18. Quamobrem, quia nos configimus ad Deum, hic dicitur Refugium nostrum; dicitur Pater noster, quia per gratiam nobis intrinse-

cam, regeneramur in Filios; similiter Creator, & Dominus dicitur, quia cùm nondùm essemus, ab ipso creamur, & sub eius potestate constitui-
mur, quod reverà operatur absque intrinsecā mutatione Dei.

19. Sed dices primò: dūm nummus incipit esse pretium sive pignus mutatur intrinsecè: ergo & Deus dūm Dominus, aut Creator dicitur esse. Antecedens probatur: pretium, aut pignus est accidentis adveniens nummo, cùm modò sit, quod priùs non erat; sed quodlibet subiectum mutatur intrinsecè per accidentis sibi de novo adveniens: ergo nummus dūm incipit esse pretium sive pignus mutatur intrinsecè: ergo & Deus mutationi subest, dūm ad creaturam refertur.

20. Respondetur negando antecedens, & eius probationem. Näm relatio non semper inducit mutationem in utroque extremitate, sed sufficit quod in uno inferat; quia unum potest esse de se in actu, altero existente in potentia; sicut in nummo, qui est in potestate possidentis quod sit pignus, aut pretium, vel arrha, secundum mutationem factam in ipso. Vnde nummo non advenit aliquid absolutum, sed ordo, qui ex parte nummi erat in actu; & ex parte illius quod erat in potentia, fit in actu; sive mutatur illud, non mutato nummo. Pariformiter est discursandum de relatione Creatoris ad creaturam.

21. Dices secundò: dūm Deus creat, duplex notatur respectus, scilicet causæ ad effectum, & effectus ad causam: ergo aut uterque respectus est in creaturâ, aut uterque in Deo; aut unus in Deo, aut aliis in creaturâ; sed ex terminis fatis constat, utrumque respectum non esse in Deo, quia Deus non est effectus; nec esse in creaturâ, quia hæc non est sui causa: ergo necesse est, quod alter sit in Deo intrinsecè, patiaturque mutationem.

22. Respondetur, quod dūm Deus creat, est ibi respectus causæ, & effectus; sed diversimodè, quia respectus causæ non est verè respectus, nec relatio in Deo secundum rem, sed solum iuxta modum intelligendi: At respectus effectus est verè respectus, & relatio in creaturâ secundum rem; ideoque relatio Creatoris fundatur, sive recipitur intrinsecè in creaturâ, & simul terminatur extrinsecè ad Deum; mutaturque intrinsecè creatura, quin ullam mutationem patiatur Deus. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficient.

23. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Spiritus Sanctus sine sui mutatione puris mentibus datur.* Quam quidem conclusionem Magister probat solvendo questionem suam, quam superius reliquerat insolutam. Utrum, videlicet, *Spiritus Sanctus* dans seipsum, possit referri ad seipsum?

24. Et responder, quod dūm Spiritus Sanctus dicitur datus, vel missus à se, tunc relativè dicitur ad eum, cui datur; & est relatio secundūm nomen, & non secundūm esse; fitque mutatio in illo, cui datur, nullā mutatione in ipso dante percepta, quod ex ipsis terminis satis constat.

25. Vnde, cùm Spiritus Sanctus non solùm donetur à Patre & Filio, sed etiàm à seipso, refertur etiàm ad se. Attamen, quia vt donatus importat relationem, & processionem, ideo non refertur ad se secundūm substantiam æternam, sed solùm secundūm mutationem temporalem factam in creaturā, cui donatur: igitur Spiritus Sanctus sine sui mutatione puris mentibus donatur.

26. Sed oppones: donatus dicitur respectu eius, qui datur, & cui datur; sed Spiritus Sanctus dat seipsum: ergo Spiritus Sanctus, vt donatus refertur ad seipsum.

27. Respondetur, Spiritum Sanctum referri ad seipsum, quatenus est donans, non verò quatenus est Spiritus Sanctus, sive donatus. Quia cù Spiritus Sanctus non solùm donetur à Patre, & Filio, sed etiàm à seipso, refertur etiàm ad se; non tamen refertur vt Spiritus Sanctus, sive vt donatus ad seipsum, cùm sic importet processionem, & relationem æternam, quā solùm ad Patrem, & Filium refertur, à quibus æternaliter procedit. Nec inconvenit, eandem rem dici ad seipsum, & non dici secundūm aliam, & aliam rationem. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctionis parte satis sint dicta.

QVÆSTIONES.

28. **Q**VÆST. 1. An causa secunda possit creare? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 2. dist. 1. q. 1. art. 2. & q. 3. de Potent. art. 4. & 1.p. q. 45. art. 5. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 44. disp. 18. art. 4. Ferre tract. 15. de Creat. q. 3. §. 1. Contenson tom. 2. lib. 4. differt. 1. cap. 2. specul. 2. Lezana tract. 7. disp. 1. q. 3. Murcia lib. 1. de Gener. disp. 1. q. 6.

29. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 1. q. 1. & q. 6. de Rerum princip. Perez Lopez tom. 2. Philos. lib. 2. dist. 5. q. 5. art. 3. Hernandez in 2. tract. 1. de Creat. disp. 2. sect. 3. Maistrius in 2. disp. 1. q. 1. art. 1. Iribarne in 4. tom. 1. disp. 1. q. 1. sect. 1. Lanterius de Fide, disp. 3. Herrera in 2. disp. 3. q. 1. & 4. Rada tom. 2. Controv. 2. art. 2. Carriere tract. de Omnip. q. 15. Vulpes tom. 1. p. 2. disp. 2. art. 3. & 4.

30. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 20. Metaph. sect. 2. Amicus tom. 7. disp. 6. sect. 1. dub. 5. Curs. Trinit. tom. 2. tract. 1. disp. 3. q. 6.

Muniessa de Atrib. disp. 9. sect. 8. Oviedo *Controv.* 13. *Phis. punct.* 4.
nu. 10. Carleton disp. 41. *Phis. sect.* 6. Arriaga disp. 11. *Phis. sect.* 5.
Hurtad. disp. 17. *Phis. sect.* 7. Echalaž disp. 24. *Phis. cap.* 4. Rhodes
disp. 1. de Creat. q. 1. art. 2. §. 5.

31. QVÆST. 2. An sit naturaliter notum, Deum posse aliquid
creare? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 2. dist. 1. q. 1. art. 2. & 1.p.
q. 45. art. 2. Contenson tom. 2. lib. 4. dissert. 1. cap. 2. specul. 1. Ferre de
Creat. tract. 15. q. 1. §. 3. Lezana tratt. 7. disp. 1. q. 3. Ioan. à Sancto
Thomâ tom. 2. q. 44. disp. 18. art. 4.

32. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 1. q. 2. & q. 5. de Rerum
princip. Hernandez in 2. tract. 1. de *Creat.* disp. 2. sect. 1. Mastrius tom.
2. disp. 1. q. 1. Herrera in 2. disp. 1. q. 1. & 2. Rada in 2. *Controv.* 2.
art. 4. Carriere tract. de *Omnip.* q. 7. Angles in 2. dist. 1. q. vnic. diff. 2.
Vulpes tom. 1. p. 2. disp. 2. art. 1. Lychetus in 2. dist. 1. q. 2. Sannig
tom. 1. tract. 4. dist. 1. q. 1. Faber in 2. dist. 1. disp. 3. q. 2.

33. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 20. *Metaph. sect.* 2. Amicus
tom. 2. disp. 2. sect. 2. 3. & 4. Arriaga disp. 11. *Philos. sect.* 5. subsect. 2.
Muniessa de Atrib. disp. 9. sect. 8. Oviedo *Controv.* 13. *Phis. punct.* 4. Ex
alijs D. Bonaventura in 2. dist. 1. q. 1. & art. 2. q. 2. Gaudent. tract. 3. de
Angelis disp. 5. q. 5. Abelly de *Deo* tract. 4. cap. 1. sect. 2. Blasco in *Curs.*
tom. 2. lib. 15. dist. 50. q. 3. art. 4. & 5.

34. QVÆST. 3. An relatio creatoris sit intrinseca, aut extrinseca,
sive ex tempore Deo? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 30. q. 1.
art. 1. Godoy 1.p. tom. 3. q. 33. disp. 87. à p. 396. Ferre tract. 4. tom. 1.
q. vnic. §. 9. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 30. q. 1. Macedo in 1.
Collat. 8. diff. 2. sect. 1. Poncios in *Comment.* tom. 1. dist. 30. q. 1. Carrie-
re tract. de *Omnip.* q. 16. & 17. Herrera in 1. disp. 8. q. 15. Faber in 1.
dist. 30. q. 2. Lychetus in 2. dist. 30. q. vnic. Nisse tract. 1. p. 3. q. 6. Ex
Scholâ Eximiâ Suarez disp. 47. *Metaph. sect.* 15. Rhodes in *Metaph.*
disp. 4. sect. 6. §. 1. & 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 30. q. 3. Blasco
in *Curs.* lib. 5. dist. 18. q. 4.

35. QVÆST. 4. An relatio Dei ad creaturas sit realis, & è con-
traria? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 30. q. 1. art. 3. & q. 7. de
Potent. art. 9. & 10. Biecas tom. 2. q. 13. art. 7. dnb. 2. Portugal tom. 1.
lib. 3. cap. 19. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 30. q. 2. & Collat. 34.
Macedo tom. 2. collat. 1. diff. 1. sect. 1. 2. & 3. Poncios in *Comment.*
tom. 1. dist. 30. q. 2. Smising de *Deo Vno*, tract. 3. disp. 7. q. 1. Herrera
in 2. disp. 1. q. 14. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 47. *Metaph. sect.* 15.
num. 15. Rhodes in *Metaph.* disp. 4. sect. 6. §. 1. & 2. Ex alijs D. Bona-

ventura in 1. dist. 30. art. 1. q. 3. Lalemandet disp. 11. Metaph. part. 4.
 36. QVÆST. 5. An Pater & Filius sint vnum Spiritus Sancti principium? De quo, distinctione 5. quest. 3.

37. QVÆST. 6. An Spiritui Sancto conveniat visibiliter mitti? De quo, distinctione 15. quest. 3.

38. QVÆST. 7. An effectus invisibilis missionis sit semper gratia habitualis? De quo, distinctione 15. quest. 2.

39. QVÆST. 8. An immutabilitas soli Deo conveniat? De quo, distinctione 8. quest. 4.

DE APPROPRIATIS.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-PRIMÆ

Synopsis.

Naturæ æqualis, non proprietate, parenti,

Filius, ac vnum, non tamen unus erit.

Sic incipit: *Prætere à considerari oportet, &c.*

Sic terminat: *Nosque subiungens.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de nominibus relativis, quæ convenient Deo propriè, & temporaliter; sed in præsenti determinat de his, quæ dicuntur de Deo communiter, & æternaliter, idest, de appropriatis: ergo cum antecedenti distinctione præsens connexionem servat.

2. Consequentia probatur: nomina appropriata propriè inserviunt ad evidentiam propriorum; sed nomina relativa, quæ convenient Deo propriè, & temporaliter, vt Creator, Dominus, &c. sunt nomina propria; & ea quæ de ipso dicuntur communiter, & æternaliter, vt Similis, æqualis, sunt appropriata: ergo dum Magister hic de appropriatis determinat, postquam in superiori distinctione iam de proprijs nominibus relativis egerat, rectum diligendī ordinem servat.

3. Sed contra primo: Magister distinctione prima non habens libri egit de æqualitate divinarum personarum; sed hic iterum de æqualitate determinat: ergo idem rursus inculcare videtur Magister.

4. Respondetur negando consequentiam; nam de æqualitate, & si-

militudine divinarum personarum dupliciter est loquendum, scilicet ex parte rei, vel ex parte nominis. Magister in distinctione decimâ nonâ agit de æqualitate, & similitudine ex parte rei; impræsentiarum verò de illâ determinat ex parte nominis; ac proinde non eandem iterat quæstionem Magister.

5. Contrà secundò: Magister distinctione vigesimâ quartâ huius tractatus differit de appropriatione; & de appropriatis distinctione vigesimâ quinrâ: ergo hunc de appropriatis modo instituendo tractatum, non bene processit Magister.

6. Respondeatur negando, consequentiam; quia cùm appropriata maximè conducant ad evidentiam priorum, ideo Magister postquam tractatum de nominibus proprijs perfecit, statim de appropriatis egit. Vndè tria appropriata Hilarij clare personarum emanationem ostendunt; tria vero appropriata Augustini ipsarum personarum ordinem manifestant, ut lustranti constabit: ergo rectum Magister scribendi ordinem tenet, agendo hic obiter de appropriatis; tametsi in superioribus distinctionibus de appropriatione, & appropriatis ex professo egerit.

7. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ ostendit Magister, quomodo æqualitas, & similitudo in divinis sint relationes. In secundâ verò detegit significatum proprium quorundam nominum communium, sed appropriabilium secundum Hilarium. In tertiat, & ultimâ declarat, qualiter personæ divinæ dicantur unum.

8. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Æqualitas, & similitudo sunt in divinis relationes tantum secundum nomen.* Quam conclusionem probans Magister, tria inquirit. Primo, an hoc nomen *æquale* in divinis dicat substantiam, vel relationem? Et respondeat Magister, nomen *æquale* in divinis solum relativè dici. Et subdit rationem: nihil p. opriè dicitur sibiipsi simile, sed alteri: ergo nec propriè valet dici sibiipsi *æquale*, sed alteri; atqui eò ipso quod nihil possit propriè dici sibiipsi simile, & *æquale*, nomen *æquale* relativè dicitur in divinis: ergo.

9. Sed contrà: non implicat, quod aliquis differat à se, sicut Sortes senex à se puerο: ergo nec quod aliquid sit sibiipsi simile.

10. Respondeatur, Magistrum hic accepisse similitudinem pro suppositi ad suppositum similitudine; & non pro statu ad statum similitudine, & sic repugnat, quod aliquid sit sibiipsi simile, eò quod similitudo, aut relatio sit ad aliud, & non ad se: At differentia aliquando indicat alietatem statu ad statum, & ita bene dicitur, quod Sortes senex differt à se puerο; non vero quod Sortes sibiipsi sit similis.

11. Secundò inquirit Magister: Vtrum æqualitas in divinis attendatur penes essentiam, vel relationem? Et respondeat, æqualitatem attendendam fore secundum essentiam, & non secundum relationem. Probat primò auctoritate Divi Augustini lib. 5. de Trinit. cap. 7. dicentis: Patrem non esse æqualem Filio secundum esse relativum, sed secundum esse absolutum substantia: ergo æqualitas in divinis solum attendenda erit penes essentiam, & non relationem.

12. Idipsum ratione probat secundò: in eò dicuntur extrema æqualia, & similia, in quo convenient; sed summa vnitas, & convenientia divinarum personarum non fundatur in proprietate sive relatione, sed in natura sive essentiâ: ergo æqualitas in divinis solum attenditur penes essentiam, & non relationem. Minorem probat: sicut omnis distinctio in divinis oritur à proprietate relativâ; sic omnis vnitas, & convenientia provenit à naturâ: ergo summa vnitas, & convenientia in divinis non fundatur in proprietate relativâ, sed in naturâ: ergo æqualitas divinarum personarum potius ex essentiâ, quam à proprietate est petenda.

13. Tertiò querit Magister: Quid sit ipsa æqualitas in divinis? Et respondeat, esse quandam relationem secundum nomen, sive relationem rationis; realiter verò esse ipsam identitatem virtutis divinarum personarum. Quod sic suaderi posse est: ad relationem realem, ex Arist cap. 4. de Relat. tria necessariò requiriuntur, scilicet fundamentum, terminus, & ratio formalis fundandi in ipsis multiplicata; sed ratio fundandi relationem æqualitatis, & similitudinis non multiplicatur in divinis personis: igitur relationes æqualitatis, & similitudinis, non reales, sed rationis sunt in divinis.

14. Sed oppones: vbi extrema, & ratio formalis fundandi relationem sunt realia, ibi relatio, quæ ex ipsis consequitur, est realis; sed extrema, & ratio formalis fundandi relationem similitudinis, & æqualitatis sunt realia: ergo relatio similitudinis, & æqualitatis, quæ ex ipsis consequitur, est realis, & non rationis.

15. Respondetur, ad relationem realem non sufficere, extrema, & rationem ipsam formalem fundandi esse realia, sed etiâ necessariò requiri, illam in extremis multiplicari; ob cuius defectum relationes similitudinis, & æqualitatis non esse reales in divinis, sed solum rationis, sive fundamentaliter reales, passim à Doctribus propugnatur.

16. Instabis: relationes divinae originis sunt reales; sed harum relationum fundamentum non multiplicatur in divinis personis, utpote intellectus, & voluntas vna cum divinâ essentiâ: ergo ut relationes æqualitatis, & similitudinis sint reales in divinis, perperam exigitur earum fundamenti multiplicatio.

17. Respondetur negando minorem , & consequentiam; quia licet relationum originis fundamentum absolute, & formaliter in divinis non multiplicetur personis; tamen aliquomodo, sive æquivalenter multiplicatur; nam in Patre intellectus , & essentia non constituant fundamen-tum seu principium proximum generationis Filii, nisi prout connotant paternitatem sive relationem , quod ita non invenitur in Filio, scilicet intellectus, & essentia divina. Quapropter in Patre datur generatio acti-va, & in Filiō passiva. Idem dicimus de voluntate, & essentiâ divinâ in productione Spiritus Sancti, proportione servata.

18. Postmodum ex dictis commendat Magister Opinionem quo-rundam asserentium . quod simile , & æquale in divinis non dicuntur positivè, sed negativè. Quoniā eā ratione Filius dicitur æqualis Pa-tri, quia nec maior est eō, nec minor, & hoc propter unitatem essentiæ. Ita similis dicitur , quia nec diversus , nec alienus, nec in aliquo dissimilis, & hoc propter essentia simplicitatem: ergo simile, & æquale non denotant aliquid positivum, sed solum negationem excessus , & distan-tiæ inter divinas personas.

19. Hæc tamen Opinio Parisiensibus , alijsque passim non placet Doctoribus , quare Magistri doctrina h̄ic non tenetur , si benignè non exponatur. Quamobrē dicimus, relationes æqualitatis, & similitudini-nes inter divinas personas non importare aliquid positivum distinctum à natura, & proprietatibus personalibus, sed solum denotare positivū ab eis indistinctum vñā cum negatione diversitatis , atque excessus , & distan-tiæ personarum : ergo in hoc sensu non censetur improbabile, rela-tiones æqualitatis , & similitudinis non importare aliquid positivum in divinis.

20. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione , hæc alia ponitur conclusio: In divinis secundum appropriationem affirmatur de Patre æter-nitas, & unitas; de filio imago, & æqualitas; de Spiritu Sancto verò am-borum nexus, & charitas. Quam quidem conclusionem Magister probat ex verbis Hilarij reddens rationem ex dictis Beati Augustini lib. 6. de Trinit. cap. 10. Sic proprietates personæ assignans Hilarius lib. 2. de Trinit. à princip. alloquitur: In Patre esse æternitatem, speciem in imagi-ne, etiam in numero. Quæ summoperē difficilia verba hunc in modum egregiè expendit Augustinus ruper allegatus. Æternitas appropriatur Patri, quia æternitas privat principium; sed quod in divinis privat prin-cipium, convenit Patri, qui ob principij privationem iunascibilis dici-tur: ergo æternitas Patri appropriatur.

21. Imago vero, & æqualitas, species, & pulchritudo appropriantur

Filio propter perfectam, & proportionatam representationem Patris; sed ubi datur perfecta, & proportionata representatio Patris, ibi apparet imago, æqualitas, species, & pulchritudo Filij: ergo congruentissimè appropriantur Filio imago, æqualitas, species, & pulchritudo.

22. *Munus autem, & nexum charitatis, & usum ascribit Spiritui Sancto, eò quod per ipsum, & ab ipso omnia nobis donentur, & infundantur; sed dum munus, nexus charitatis, & usum contemplamur in divinis, revera Spiritum Sanctum agnoscimus: ergo munus, nexus charitatis, & usus apposite Spiritui Sancto appropriantur.*

23. Ulterius Magister ostendit ex Augustino lib. 1. de Doct. Christ. cap. 5. tres alias esse proprietates præter superius appositas, dicente: *In Patre est unitas, in Filio æqualitas, in Spiritu Sancto unitatis æqualitatisque concordia. Et hæc tria unum, omnia propter Patrem, æqualia omnia propter Filium, connexa omnia propter Spiritum Sanctum. Quæ eandem, ac antecedentia Hilarij verba continent difficultatem.*

24. Quanobrem ait Magister, quod licet unitas dicat substantiam, & æqualiter videatur tribuenda Filio, & Spiritui Sancto; tamen eadem ratione tribuitur Patri unitas, quâ & æternitas ipsi appropriatur ex Hilario. Nam Pater ita est, ut ab alio non sit; sed ex eo quod non sit alius à quo sit, aptè ipsi unitas appropriatur: ergo.

25. Consentaneè ijs, de alijs proprietatibus venit insimul discutandum. Filio enim appropriatur æqualitas, tametsi una sit æqualitas trium. Quod sic expenditur: Filius genitus est à Patre, æqualis genitori, & dono, quod ab utroque procedit: ergo tria divina supposita dicuntur esse æqualia propter Filium: ergo et si æqualitas tribus divinis personis sit communis, tamen congruentissimè Filio appropriatur.

26. Demum, Spiritus Sanctus dicitur æqualitatis concordia, quia est amor, quod Pater diligit Filium, & Filius Patrem. Unde Augustinus lib. 7. de Trinit. cap. 3. dixit: *Spiritus Sanctus est summa charitas virumque coniungens, nosque subiungens. Sed hæc verba satis indicant Spiritum Sanctum esse unitatis æqualitatisque concordiam: ergo munia ista benè Spiritui Sancto appropriantur. Et hæc de secundâ litterâ distinctionis parte sufficiant.*

27. PRO TERTIÆ tandem distinctionis partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Quoniam Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unus; non tamen debent dicervi unus, nisi cum additione, ita ut dicatur unus Deus, unus Creator, & huiusmodi. Cuius conclusionis ratio sic expressè apparet in litterâ.*

28. Sicùt neutrum genus semper refertur ad essentiam; sic genus

masculinum ad personam sive hypostasim ordinatur; sed dum dicimus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unum, intelligitur essentialiter: ergo dum dicimus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unus, nequit sic essentialiter intelligi, nisi fiat additio, scilicet, unus Deus, vel unus potens, vel unus sciens, & huiusmodi: ergo licet Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sint unum; non tamen debent dici unus, nisi aliquid superadatur, nempe unus Deus, unus Dominus.

29. Consequentia probatur: si haec locutio teneret absolute, & absque ullo addito: Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unus, tolleretur distinctio personarum, vel poneretur ipsarum confusio: ergo. Antecedens probatur: tunc personarum eliminatur distinctio, poniturque ipsarum confusio, dum ex vi prædicationis identificantur personæ; sed dum absolute, & absque ullo addito dicimus, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unus, ex vi prædicationis identificantur personæ; & quidem, cum unus, eò quod sit masculini generis, referatur ad personam sive hypostasim: ergo tolleretur distinctio personarum, ponereturque ipsarum confusio, si absolute, & absque ullo addito diceretur, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus sunt unus.

30. Instiper, Magister hæreses Arianaorum, Sabellianorumque validissimè confutat, innixus tamen super authoritatem sacræ Paginæ apud Ioan. 10. dicentem: *Ego, & Pater unus sumus.* Nam Ariani atfirmabant, Filium non esse eiusdem naturæ cum Patre; quoniam concederent, à Patre Filium ipsum distinctum esse. Vnde Ariana hæresis sic confutatur: *Ego, & Pater unus sumus:* ergo sunt unum; sed non unum in relationibus, quia distinguuntur: ergo necessariò sunt unum in naturâ, & essentiâ: ergo Filius eiusdem censetur naturæ cum Patre.

31. Sabelliani vero negabant divinarum personarum pluralitatem, dicentes, eandem personam esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum secundum diversas rationes. Hic Sabellianus error eadem autoritate refutatur à Magistro: Nam si vta tantum foret persona, vt Sabelliani gaudent, non diceretur, *sumus:* ergo pluralitas personarum in divinis confiterda est; ac proinde ex opposita authoritate utraque hæresis Ariana quippe, & Sabelliana refellitur. Et haec de tertia, & ultima distinctionis parte satis superque sint dicta.

QVÆSTIONES.

32. **QVÆST.** 1. An dentur in Deo relationes identitatis, similitudinis, & æqualitatis? De quo, *distinctione 9. quest. 5.*
33. **QVÆST.** 2. An relationes identitatis, similitudinis, & æquilita-

LITTERALIS EXPOSITIO.

235

litatis in divinis sint reales, aut rationis? De quo, *distinct.* 9. *quest.* 6.

34. QVÆST. 3. An personæ divinae sint æquales secundum magnitudinem, & potentiam? De quo, *distinctione* 4. *quest.* 4.

35. QVÆST. 4. An inter divinas personas producentes, & producetas detur verus, & realis ordo prioris, & posterioris? De quo, *distinctione* 2. *quest.* 5.

36. QVÆST. 5. An nomen, & ratio Imaginis potius dicatur de Filio, quam de Patre & Spiritu Sancto? De quo, *distinct.* 22. *quest.* 1.

37. QVÆST. 6. An nomen, & ratio *Ingeniti* solum Patri in divinis conveniat? De quo, *distinctione* 13. *quest.* 3.

38. QVÆST. 7. An Amoris nomina, & ratio personaliter Spiritui Sancto conveniat? De quo, *distinctione* 10. *quest.* 5.

39. QVÆST. 8. An relatio sit aliud realiter à fundamento, & termino? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas q. 2. de Potent. art. 8. & Opuscul. 48. tract. 5. Araúxo lib. 5. Metaph. q. 5. art. 4. Ioan. à S. Thomâ in Log. q. 17. art. 4. Parra tract. 4. de Prædicament. disp. 3. dub. 4. Martínez Prado lib. 2. q. 13. Ortiz tract. 5. Log. confer. 4. Villalpando q. 9. Log. cap. 7. Complutens. tom. 1. disp. 14. q. 5. §. 1. Palanco tom. 1. Philos. tract. 6. q. 10. Lerma lib. 7. de Prædicam. q. 22. Froylanus q. 2. de Relat. art. 2.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 1. q. 4. & lib. 5. Metaph. q. 11. Perez Lopez tom. 1. Philos. lib. 5. dist. 5. q. 1. art. 2. Hernandez tom. 2. Philos. tract. 4. disp. 4. sect. 3. Frasen tom. 1. Philos. sect. 4. q. 3. de Relat. Mastrius tom. 1. Philos. disp. 8. q. 3. art. 1. & 2. Relius tom. 2. lib. 7. q. 19. Poncius disp. 15. de Relat. q. 3. Rodrig. q. de Relat. art. 4. Villaverde cap. 5. de Relat. q. 5. Merinerus in Log. cap. 7. disp. 2. q. 3. Rada tom. 3. Controv. 6. art. 4.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 47. Metaph. sect. 6. & 7. Ovidius Controv. 9. Metaph. punct. 4. Arriaga de Relat. disp. 12. sect. 5. Hurtad. disp. 15. Metaph. sect. 2. Lynze tract. 6. Metaph. cap. 21. lib. 3. Curs. Trinit. tom. 3. tract. 3. disp. 6. q. 8. Spinula disp. 2. Metaph. sect. 3. Pereyra lib. 6. This. cap. 16. Rhodès disp. 4. de Relat. sect. 2. Carleton disp. 11. Metaph. sect. 8. Franc. Alfonfus disp. 19. de Relat. sect. 2. Echalaz disp. 26. de Relat. cap. 2.

42. Ex alijs D. Bonaventura in 3. dist. 30. dub. 3. Card. Aguirre disp. 12. Metaph. sect. 1. num. 2. Lalemandet disp. 11. Metaph. part. 1. Castro Vetro tract. 6. Log. q. 3. Blasco in Curs. lib. 5. dist. 18. q. 4. art. 3. Torrecilla tom. 1. tract. 4. q. 7. art. 3.

43. QVÆST. 9. An relatio terminetur ad absolutum, aut respectivum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1.p. q. 13. art. 7. & 3.p. q. 35.

236 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

art. 1. Complutens. tom. 1. disp. 14. q. 6. §. 1. Araujo lib. 5. Metaph. q. 5.
 art. 6. Ioan. à S. Thomâ q. 17. Log. ari. 5. Para tract. 4. de Prædicam.
 disp. 3. dub. 7. Ortiz tract. 5. Log. confer. 5. Martinez Prado q. 24. Log.
 Villalpando q. 11. Log. cap. 7. Lerma lib. 7. de Prædicam. q. 23. Froy-
 lan q. 2. de Relat. art. 3. §. 1. Palanco tom. 1. Philos. tract. 6. Gallego,
 Controvers. 29.

44. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 26. q. 1. §. Tenendo opinio-
 nem. Perez Lopez tom. 1. Philos. lib. 5. dist. 4. q. 2. Hernandez tom. 2.
 Philos. tract. 4. disp. 4. sect. 7. Mastrius tom. 1. Philos. disp. 8. q. 6. art. 3.
 Frassen tom. 1. Philos. sect. 4. q. 4. de Relat. Poncios disp. 15. de Relat.
 q. 7. Merin. disp. 3. Log. cap. 7. q. 1. Sosa tom. 2. dff. 96. Rodrig. q. 4.
 de Relat. art. 3. Llamazares tract. 3. disp. 12. q. 2. Herrera in 1. disp. 8.
 q. 3. Relius tom. 2. lib. 7. q. 2. 2. Villaverde tract. de Log. cap. 7. q. 1.

45. Ex Scholâ Eximia Suarez disp. 47. Metaph. sect. 16. Oviedus
 Controv. 9. Metaph. punct. 5. Arriaga disp. 12. Log. sect. 11. Hurtad.
 disp. 15. Metaph. sect. 7. Carleton disp. 11. Metaph. sect. 19. Peynado
 tract. 5. Log. disp. 5. sect. 5. Linze lib. 3. Metaph. tract. 6. cap. 14. Ruvius
 de Relat. q. 7. Franc. Alphons. disp. 19. de Relat. sect. 5. Echalaz disp. 26.
 de Relat. cap. 5. Rhodes disp. 4. de Relat. sect. 4. §. 4. Ex alijs Aguirre
 disp. 11. Log. sect. 3. Blasco tom. 1. Philos. lib. 5. dist. 18. q. 5. art. 2.
 Torrecilla tom. 1. tract. 4. q. 2. art. 4.

DE EXPLANATIONE PROPRIETATVM, PRÆ-
 SERTIMQVE DE AMORE, ET SAPIENTIA.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-SECUNDÆ
 Synopsis.

*Quāvis se genitor spiramine diligat almo,
 Attamen is genito, non sapiente, sapit.*

Sic incipit: *Hic oritur quæstio.*

Sic terminat: *Ad hoc minus sufficienes.*

i. CONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In Illâ egit
 Magister de quibusdam appropriatis; sed hic consequenter

expendit quasdam dubitationes ex huiusmodi appropriatis emergentes: ergo rectum inter se ordinem istae distinctiones servant.

2. Consequentia probatur: si Magister has ex appropriatis difficultates emergentes non evacuaret, revera huiusmodi appropriata sufficienter non innoveret nobis: ergo si in antecedenti distinctione de quibusdam appropriatis Magister differat; & in praesenti dubia circa ipsa emergentia consequenter solvit, apposite in his distinctionibus partitur doctrina à Magistro.

3. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Pater & Filius diligunt se mutuo Spiritu Sancto ab ipsis procedente.* Quam conclusionem Magister probans, inquirit: An Pater & Filius diligent se Spiritu Sancto ab ipsis procedente?

4. Et in subsidium negantis partis sic arguit Magister, ut instantia solutione suum firmet assertum: diligere & esse idem sunt in divinis: ergo si Pater & Filius diligunt se Spiritu Sancto ab ipsis procedente, viderur, ipsos habere esse per Spiritum Sanctum; sed Pater & Filius non sunt per Spiritum Sanctum; immo Spiritus Sanctus à Patre & Filio procedit: igitur Pater & Filius non diligunt se Spiritu Sancto ab ipsis procedente.

5. Respondet Magister, quod Pater & Filius diligunt se Spiritu Sancto, capiendo diligere notionaliter, scilicet, quatenus idem est, quod communis spiratio. Quamobrem diligere, & esse differunt in divinis secundum rationem, aut quovis alio distinctionis genere; ac per consequens argumentum pro illâ parte efformatum non concludit.

6. Assumptum expressius probatur primo auctoritate Augustini in litterâ lib. 6. de Trinit. cap. 5. dissentis: *Spiritum Sanctum esse, quod vires coniungit, & quo genitus à lignente diligitur, genito remque diligit.* Sed hæc verba clare ostendunt, quod Pater & Filius diligunt se Spiritu Sancto ab ipsis procedente: ergo.

7. Secundo, etiam Hieronymi testimonio corroboratur assumptum in Exposit. Psalm. 13. *Spiritus Sanctus est amor Patris ad Filium, & Filii ad Patrem;* sed amore, qui est Patris ad Filium, Pater amat Filium; & amore, qui est Filii ad Patrem, Filius amat Patrem: ergo Pater & Filius diligunt se mutuo Spiritu Sancto ab ipsis procedente.

8. Tertiò ratione ostenditur: sicut se habet Verbum ad dicere, sic Amor ad diligere; sed Pater verbo suo, quod ab ipso procedit, seipsum dicit: ergo Pater & Filius amore, qui ab ipsis procedit, seipso diligunt. Et de prima parte sufficient.

9. PRO SECUNDÆ igitur partis declaratione, hæc alia ponitur
con-

conclusio: Pater non est sapiens sapientiā genitā, vel nascente. Ante cuius probationem tres solvendas præmittit Magister quæstiones, ex quarum resolutione efficax conficitur probatio.

10. PRIMA ergo Quæstio in hunc proponitur modum: Vtrūm Pater dicatur sapiens sapientiā, quā genuit? Et pro affirmativā parte sic arguit: Pater diligit amore sive Spiritu Sancto, qui ab ipso procedit, quin habeat esse per Spiritum Sanctum: ergo & etiā sapere potest Filio sive sapientiā eādem, quam genuit, quin habeat esse per Filium.

11. Respondeat Magister, hanc propositionem non esse conce-
dādam: Pater sapit sapientiā genitā, seu Pater sapit per illam sapientiam,
quam genuit, nē Filius, qui est sapientia genita, videatur esse causa
sapientia in Patre. Vndē Filius dicitur sapientia Patris, non quia per
eum Pater sit sapiens, vel potens, sed quia Filius est sapientia, & virtus
de Patris sapientia, & virtute.

12. SECVNDA Quæstio sic à Magistro proponitur: Vtrūm Filius
sit sapiens sapientiā genitā, vel ingenita? Et responderet, quod Filius de-
bet dici sapiens sapientiā ingenitā, eō quod effectivè sit sapiens sapien-
tiā ingenitā, quae est Pater.

13. Circa plenum præfatæ resolutionis captum, est animadverten-
dum, has duas propositiones, scilicet: Pater est sapiens sapientiā inge-
nitā; Filius est sapiens sapientiā ingenitā, ambas esse veras; sed differre
tantum in eo, quod ablative in eis contenti, diversimodè cōstrui possunt.

14. Primo modo ablatus valet sumi in habitudine, quasi principijs
formalis; & in hoc sensu Pater est sapiens sapientiā ingenitā, id est,
seipso formaliter. Näm sapientia ingenita est ipse Pater; sed idem est
in Patre esse, & sapere: ergo si Pater est sapientia ingenita, Pater erit
sapiens sapientiā ingenitā.

15. Vnde, iuxta hinc sensum, Filius nequit dici sapiens sapientiā
ingenitā, quia designat, Filium formaliter esse sapientem Patrem; & per
consequens Patrem formaliter esse Filium propter identitatem sapien-
tiæ, & esse in Filio; sed Filius realiter à Patre distinguitur: ergo Filius in
hoc sensu non est sapiens sapientiā ingenitā, nē Filius sit unus cum Patre.

16. Secundo modo potest ablatus construi in habitudine principijs
quasi effectivi; & sic hæc propofitio est falsa: Pater est sapiens sapientiā
ingenitā; quia significat Patrem esse de sapientiā ingenitā, at-
que adeò foret à seipso, quod falso censetur. Näm ablatus constru-
ctus in habitudine principijs quasi effectivi, reverè supponit principium
de quo sit: ergo si Pater sic foret sapiens sapientiā ingenitā, certè aut
esset à seipso, aut non foret primum principium, eō quod aliud suppo-
neret,

neret, de quo esset sapientia, quod penitus repugnat.

17. Ast vero in p̄fato sensu tenet h̄c pr̄dicatio respectu Filii, scilicet, Filius est sapiens sapientiā ingenitā, cūm sensus sit, quōd Filius est de sapientiā ingenitā, quæ est ipse Pater. Nām Pater est sapientia ingenita; sed Filius est de Patre: ergo Filius est de sapientiā ingenitā, sive sapiens sapientiā ingenitā.

18. Sed contrā: non implicat, quōd in divinis dicatur sapientia de sapientiā: ergo nec quōd dicatur potentia de potentia.

19. Respondet negando consequentiam. Quia sapientia appropriatur Filio, qui est ab alio, & ab alio habet omne, quod habet; nec non & sapientiam ab alio habet; ideoque cūm sapientia genita ex sī a appropriatione p̄supponat sapientiam ingenitam, rectè enunciatur sapientia de sapientiā. At potentia appropriatur Patri, qui non est ab alio, & idcirco non sic dicitur potentia de potentia sive potentia genita.

20. TERTIA Quæstio sic à Magistro proponitur: Vtrum Filius possit dici sapiens sapientiā genitā? Et respondet affirmativè. Tamen hoc intelligendum est iuxta primum sensum p̄missum, scilicet in habitudine principij formalis, ita ut genuinum hunc veritas sensum: Filius est sapiens sapientiā genitā, idest, seipso formaliter, non effectivè à seipso, vel de seipso, ut suprā expendimus. Et h̄c de secundâ litteræ distinctionis parte sufficiant.

21. PRO TER TIÆ autem, & vltimæ partis declaratione, h̄c statuitur conclusio: Vna tantum, & eadem est sapientia genita, & ingenita secundum rem, & differunt solum secundum rationem. Quam probans Magister, inquirit, an tantum vna sit sapientia Patris & Filii?

22. Et pro parte negante, hunc proponit discursum: alia est sapientia genita, & alia ingenita; sed quō pacto alia est sapientia genita, & alia sapientia ingenita, non est vna sapientia Patris & Filii: igitur vna tantum non est sapientia Patris & Filii.

23. Respondet Magister argumentum non valere, quia ibi committitur fallacia figuræ dictionis; nām dūm sapientia sumitur cum his terminis genita & ingenita, supponit pro personis, sive exprimit proprietates generantis, & geniti; ast dūm simpliciter, & sine ullo addito sumitur sapientia, tunc pro essentiâ sive communi scientiâ supponit.

24. His p̄libatis, sic poterat perfici probatio: sicut in divinis est vna dilectio, quæ est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, (quippè ipsa divina essentia) & tamen Spiritus Sanctus est dilectio, quæ nec est Pater, nec est Filius; sic in Deo est vna sapientia, quæ est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, (tempè divina essentia) & nihilominus Filius est

sapiencia genita, quæ nec est Pater, nec Spiritus Sanctus; sed ex ijs non ponimus in divinis duas dilectiones, sed vnam tantum: ergo nec in Deo meditari debemus plures sapientias, sed vnam tantum.

25. Cæterum, sapientia ingenita dicitur sapientia Patris, eò quod per eam formaliter sapit; sapientia etiam genita dicitur sapientia Patris; non tamen quod cā formaliter sapiens sit; sed per hoc quod eam genuit: ergo non sequitur quod duæ sint sapientiæ, sed vna tantum, quæ est divina essentia; ac proindè sapientia genita, & ingenita est vna secundum rem; differunt tamen penes rationem, & diversum considerandi modum.

26. ALIA superest questio in litterâ, & difficilis quidem, videlicet, cur Pater non dicatur sapere sapientiæ genitâ, vel ab ipso procedente; sicut dicitur diligere dilectione ab ipso procedente, cum tamen idem sit sibi sapere & esse; & similiter idem diligere & esse?

27. Quânis enim Magister solutione huius quæstionis supersedeat; tamen respondendum est, quod diligere, valet usurpari essentialiter; & tunc tam secundum rem, quam etiâ secundum modum significandi absolute, diligere nihil aliud est, quam divina essentia. Itaque hoc modo capiendo diligere, Pater nullatenus potest diligere Spiritu Sancto, seu amore à se procedente.

28. Alio modo accipitur diligere, scilicet notionaliter, pro spiratione passivâ. Et sic Pater dicitur diligere amore ab ipso procedente. Et ratio est; quia licet diligere, secundum rem sit idem quod divina essentia, non tamen secundum modum significandi est idem quod essentia divina; quia essentia divina dicitur absolute; diligere autem relativè: ergo sic Pater dicitur diligere amore ab ipso procedente.

29. Quapropter non sequitur: Pater Spiritu Sancto, vel amore diligit; igitur Spiritu Sancto, vel amore procedente est. Similiter non infertur: Pater paternitate est Pater: igitur Pater paternitate est. Sic pariter non sequitur: homo diligit hominem amore ab ipso procedente: igitur homo amor est: ergo quânis Pater dicitur diligere amore ab ipso procedente; non tamen Spiritu Sancto, vel amore procedente est.

30. Cum ergo sapere in divinis semper sumatur essentialiter, & nunquam notionaliter, sicut diligere; consequens est, quod Pater non sit sapiens sapientiæ genitâ, quia sequeretur, ipsum esse sapientiam genitam. Ad diligere autem non semper sequitur diligere dilectione producrà; ac proindè licet Pater non dicatur sapere sapientiæ genitâ, potest tamen dici diligere dilectione procedente, seu productâ. Et hæc de tertia, & ultimâ distinctionis parte satis superque sunt dicta.

QVÆSTIONES.

31. **QVÆST.** 1. An Pater sit sapiens sapientia genitrix? Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 32. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 10. de Trinit. q. 2. Et in Comment. tom. 1. dist. 32. q. 2. Frassen in 1. tract. 3. disp. 3. art. 2. q. 3. Smising de Deo Trino, disp. 3. q. 4. Carriere tract. de Trinit. q. 22. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 3. q. 2. Vulpes tom. 3. p. 1. disp. 65. art. vlt. Boyvin tom. 1. tract. 2. cap. 5. q. 12. Sosa tom. 2. dist. 32. q. 1. art. 4. Berulle tom. 2. p. 2. disp. 2. q. 2. Faber in 1. dist. 13. disp. 24. cap. 1. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 9. de Trinit. cap. 10. Maurus tract. 7. de Trinit. q. 90. Montoya de Trinit. disp. 74. sect. 3.

32. **QVÆST.** 2. An Pater & Filius se diligent Spiritu Sancto? De quo, distinctione 10. quest. 2.

33. **QVÆST.** 3. An in Deo sit amor strictus sive specialis? De quo, distinctione 1. quest. 3.

34. **QVÆST.** 4. An amor viæ, & patriæ distinguatur specie? De quo, distinctione 1. quest. 6.

35. **QVÆST.** 5. An amor beatificus sit liber, aut necessarius? De quo, distinctione 1. quest. 7.

36. **QVÆST.** 6. An possimus frui essentiâ, quin personis fruamur? De quo, distinctione 1. quest. 10.

DE COMPARATIONE, VEL DIFFERENTIA PROPRIETATIS AD PERSONAS, ET ESSENTIAM.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-TERTIÆ

Synopsis.

*Vni personæ quod convenit, omnibus aptè
Conveniet, modò ni dempta relata fient.*

Sic incipit: *Post supradicta, &c.*

Sic terminat: *Sed non est hypostasis Patris.*

CONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de quibusdam dubitationibus, ex nominibus appro-

priatis emergentibus; & in superioribus de essentiâ, personis, & proprietatibus; sed in præsenti de eorum cæmparationibus ad invicem, secundum convenientiam, & differentiam determinat; ergo bene inter se coordinantur distinctiones.

2. Consequentia probatur: omnis comparatio, eò quod sit species relationis, necessariò supponere debet extrema comparationis; sed in præsenti distinctione disputat Magister de comparatione essentiæ, personarum, & proprietatum ad invicem, secundum convenientiam, & differentiam eorum: ergo in superioribus distinctionibus de essentiâ, personis, & proprietatibus, tanquam de extremitatibus comparationis, iam Magistrum egisse; & hic de comparatione ipsâ modò determinare, reverâ rectâ differendi ab omnibus censetur methodus.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, proprietates idem esse cum personis, & essentiâ divinâ. In secundâ verò excludit errorem quorundam dicentium, ex hac identitate posse dici, divinam essentiam posse generare. In tertia autem, & vitimâ concludit, qualiter ex identitate paternitatis, & essentiæ non possit argui, paternitate Patrem non esse Deum.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Proprietates personales sunt idem cum personis, & naturâ divinâ.* Quam equidem conclusionem Magister probans, inquirit: *Vtrum proprietates sint ipsæ personæ; & an sint ipsa divina essentia?*

5. Et responderet affirmative. Primo, quia iuxta illud, quod Ecclesia canit: *Et in personis proprietas, & in essentia unitas,* proprietates sunt intrinsecæ personis, cum personæ per eas constituantur, & distinguuntur; sed quod est intrinsecum personis, constitutivumque illarum, ab ipsis indistinctum est: ergo proprietates non solum sunt ipsæ personæ, verum & ipsa essentia divina.

6. Secundo ostendit, proprietates esse ipsas divinas personas: proprietates sunt in personis; sed in personis nulla est diversitas: igitur proprietates sunt ipsæ personæ. Maior est evidens, quia personæ proprietatibus constituantur, & distinguuntur. Minor similiter constat, cum divinae personæ eandem essentiam habeant: ergo proprietates sunt ipsæ personæ.

7. Quod vterius autoritate Hieronymi in Expos. Symb. ad Damnum, epist. 7. confirmat: *Tres personas expressas sub proprietate distinguimus. Non enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, rursum, personas constituerunt.* Ergo aperte sufficit, personas proprietatibus distinguuntur, & proprietates ipsas esse personas.

8. Tertiò , quod proprietates sint ipsa divina essentia , seu natura; sic suadere tentat Magister : propter summiam simplicitatem Deus est quicquid habet , ubi non obviat relativa oppositio; sed divina persona , & natura habent proprietates ; & ibi nulla obviat relativa oppositio : ergo proprietates sunt ipsa natura , & persona divina.

9. Confirmat assumptum Magister : proprietates sunt ab æterno; sed nihil distinctum à Deo , & personis est ab æterno , quia quicquid non est Deus , aut persona divina , creatum est , ac per consequens in tempore existens : ergo proprietates in divinis non sunt distinctæ à natura , nec à personis.

10. Idipsum pluribus Sanctorum Patrum authoritatibus firmat in littera Magister , & præsertim testimonio Divi Hilarij lib. 7. de Trinit. in med. dicentis: *Nativitatem Filij esse naturam*. Ergo sacerdi tenemur , proprietates esse in tribus personis , & ipsas esse personas , atque divinam essentiam. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

11. PRO SECUNDÆ verò partis ostensione , hæc alia ponitur conclusio: *Errant qui inferunt , divinam essentiam posse generare , ex hoc quod proprietates personales sint divina essentia*. Cuius probatio non potius alijs rationibus , quam explicatione erroris quorundam dicentium , quod licet proprietates sint in personis , non tamen sunt ipsæ personæ , sed sunt quasi extrinsecus affixæ , innititur. Et secundum hunc errorem , tres ipsi contra veritatem catholicam congerunt rationes.

12. Quarum prima sic ab ipsis proponitur: nulla res potest constitui , & distingui seipsa; sed personæ constituuntur , & distinguuntur proprietatibus: ergo licet proprietates sint in personis , non tamen sunt ipsæ personæ.

13. Respondet Magister negando Maiorem fretus autoritate Divi Hieronymi in Expos. Symb. ad Damascum , epist. 7. assertoris: *Etiam seipso persona differunt*. Vnde , potest res seipso constitui , & distingui , & præsertim in divinis; quia ea quæ realiter , & absolute sunt idem , possunt ratione , sive virtualiter , aut ex natura rei distingui , quod sufficit ad personarum constitutionem.

14. Secunda ratio ita ab illis perficitur : proprietates sunt divina essentia : ergo sicut personæ divina dicuntur convenire in essentiâ ; ita etiam debet dici , ipsas personas in proprietatibus convenire ; sed personæ divina non convenient in proprietatibus , immo per ipsas differentur , & distinguuntur : ergo licet proprietates sint in personis , non tamen sunt ipsæ personæ.

15. Respondet Magister , hanc difficultatem , propter suam nimiam

altitudinem, humanum excedere caput, quod auctoritate Hilarii lib.
2. de Trinit. in princ. his ostendit expressis verbis: *Mibi ergo in sensu labes est, in intelligentia stupor est, in sermone vero non iam infirmitatum, sed silentium confitebor. Non ergo aliquid addendum est, sed modus constitutus audacia. Quia quid ultra queritur, non intelligitur.* Hac tenus Hilarius dum de hac alloquitur difficultate.

16. Obiectio tamen breviter satisfit, quod licet personæ divinæ convenientiant in essentiâ, non vero personæ conveniunt in proprietatibus; quia solum sunt idem cum essentiâ, non in essentiâ, idest, divina essentia est communis personis, secus personarum proprietates; & ideo non valet: personæ divinæ sunt idem cum essentiâ: ergo sunt idem inter se.

17. Quod ergo personæ divinæ convenient in essentiâ, & non in proprietatibus, dum essentia, & proprietates sunt idem; hoc est profundum Trinitatis Mysterium, desumptum sanè ex munere infinitudinis, & eminentiæ, ob quod prædicata illa possunt æquivalere pluribus reatiter distinctis.

18. Tertia illorum ratio sic conficitur: sicut in quoconque est paternitas, hoc potest generare; sic in quoconque est filatio, hæc potest generari; sed in divinâ essentiâ est paternitas, & filatio: ergo essentia potest generare, & generari. Maior probatur: quia in Patre est paternitas, & in Filio est filatio, Patri convenit generare, & Filio generari: ergo in quoconque est paternitas, & filatio, hoc poterit generare, & generari: ergo & essentia divina poterit convenire generare, & generari, eò quod in ea sint paternitas, & filatio.

19. Respondeat Magister, proprietates esse in aliquo, posse dupliciter intelligi. Primo modo determinando, & distinguendo illud in quo sunt. Et in hoc sensu, in quoconque est paternitas, & filatio, hoc potest generare, aut generari, quemadmodum in personis huiusmodi proprietates reperiuntur.

20. Secundo modo proprietates possunt esse in aliquo, non determinando, neque distinguendo illud in quo sunt. Et sic dicuntur esse in essentiâ divinâ; & in quoconque sic est paternitas, illi non convenit generare; nec illi in quo sic est filatio, convenit generari. Cum ergo proprietates sint in divinâ essentiâ non determinando, nec eam distinguendo, praefata instantia nihil virget.

21. Sed contra solutionem arguit Magister: proprietates non possunt esse in personis, nisi eas determinent: ergo nec poterunt esse in essentia, eam non determinando, aut distinguendo. Vel è contraria: proprietates possunt esse in essentiâ, quin eam determinent, aut distinguant:

ergo & in personis poterunt esse, eas non determinando, & distinguendo.

22. Respondet Magister, quod hoc exprimere, super humanum intellectum prorsus censetur, cum plenum horum captum nemo mortalius assequi possit; sed standum in his veritati fideli, ut diximus supra ex Divo Hilario, num. 15.

23. Instabis: argumentum efformatum, aut necessariò concludit, aut sophistice? Si necessariò: ergo cum procedat ex præmissis veris, conclusio erit vera. Si sophistice concludit: ergo est sophisticum; sed vnum sophisma non est incomprehensibile: ergo male procedit Magister non solvendo argumentum, & solum Hilarij autoritatem applicando.

24. Respondetur, Magistrum hic nullam adhibuisse argumento solutionem; & meritò, quia est sophisma secundum accidens, videlicè, proprietas est in essentiâ; sed essentia non distinguit, nec determinat: ergo nec proprietas distinguit, nec determinat. Vnde Magister non appellat argumentum incomprehensibile, sed dimittit tanquam sophisticum, & indignum discussione Maiorum.

25. Quod enim insolutum relinquit, & incomprehensibile vocat, est dubium illud captui humano superexcedens, nempe, si per omnitudinem identitatem prædicatur essentia de proprietatibus, & proprietates de essentiâ; cur hæc non distinguit, & determinat; & illæ determinant, & distinguunt? Hoc reverè est nobis incomprehensibile.

26. Ceterum, si inquiras, quare proprietas est in persona ut distinguens, & non in essentiâ? Respondetur, quod persona se habet ad aliam, & refertur, sive distinguitur; secùs essentia. Et si iterum inquiras, cur persona refertur, & non essentia? Respondetur, quia una est essentia, & personæ tres. Si tandem queras, quod aliquod ijs omnino simile ex creatis rebus ostendamus. Respondetur, nullum posse inveniri; ideoque in fundamento fidei catholicæ oportet sistere.

27. Ulterius argues ex Augustino super Psalm. 68. Pater non eò est Pater, quod Deus est; neque eò est Deus, quod Pater est; sed Pater habet esse Deum deitate, quia Pater non est; & habet esse Patrem paternitate, quia Deus non est: ergo proprietates, & essentia non sunt idem realiter.

28. Respondetur negando consequentiam. Nam instantia solum evincit distinctionem aliquam inter essentiam divinam, & proprietates, scilicet rationis, virtualem, aut formalem Scoticam, seu ex naturâ rei, non vero realem absolutam, ut in Tractatu de Trinitate passim à Doctoribus exagitatur. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficient.

29. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ partis clarâ indagine, hæc ponit-

ponitur conclusio: Falluntur, qui ex identitate paternitatis, & essentiæ arguant, sù evincunt, Patrem paternitate esse Deum. Hanc probans Magister, sic reddit rationem, scilicet, quòd proprietates sunt in divinis, vt determinantes, & distinguentes, quemadmodum sunt in personis: ergo ex identitate paternitatis, & essentiæ inepte concluditur, Patrem paternitate esse Deum. Quod etiàm authoritate Divi Augustini confirmat in litterâ.

30. Insuper, quia sicut non bene arguitur, Patrem deitate esse Patrem; sic nec bene concluditur, Patrem paternitate esse Deum; sed rectè arguitur, Patrem deitate esse Deum: ergo & paternitate esse Patrem: ergo identitas paternitatis, & essentiæ nihil prodest, vt Pater paternitate sit Deus; sicut & quòd deitate sit Pater.

31. Demum, ex identitate animalis, & rationalis, non bene arguitur, quòd homo animalitate sit rationalis; sicut nec rationalitate animal: ergo nec ex identitate paternitatis, & essentiæ poterit quis aptè concludere, Patrem deitate esse Patrem; nec Patrem paternitate esse Deum, sed è contrâ. Et hæc de tertiâ, & vltimâ distinctionis parte sufficiant.

QVÆSTIONES.

32. QVÆST. 1. An inter relationes, & essentiam detur distinctio formalis ex naturâ rei? De quo, distinctione 2. quæst. 4.

33. QVÆST. 2. An illud principium: Quæ sunt eadem vni tertio, &c. habeat locum in divinis? De quo, distinctione 21. quæst. 1.

34. QVÆST. 3. An personæ divinæ constituantur, & distinguuntur proprietatibus absolutis, aut relativis? De quo, distinctione 7. quæst. 1.

35. QVÆST. 4. An relationes divinæ importent formaliter perfectionem? De quo, distinctione 7. quæst. 2.

36. QVÆST. 5. An essentia divina generet, aut generetur? De quo, distinctione 5. quæst. 8.

37. QVÆST. 6. An attributa, & modi intrinseci ab essentiâ formaliter ex naturâ rei distinguantur? De quo, distinctione 6. quæst. 4.

38. QVÆST. 7. An unitas, & multiplicitas in divinis rectè cohaerent? De quo, distinctione 2. quæst. 3.

DE PERSONARVM CVM ESSENTIA VNITATE.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-QUARTÆ

Synopsis.

Personis eadem fuerit natura, tametsi

Est personarum candidas ordo trium.

Sic incipit: *Predictis autem adiiciendum est.*

Sic terminat: *Ad illam pervenire.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ Magister comparat proprietates ad essentiam, & personas; sed in præsenti comparat essentiam, & personas adinvicem: ergo hæc superiori confona est distinctio.

2. Consequentia probatur: prius est, medium comparari ad extrema, quâm quod extrema adinvicem comparentur; sed proprietates veluti medium comparantur ad essentiam, & personas tanquam ad extrema: ergo agere de comparatione essentia, & personarum adinvicem; postquam determinatum est de proprietatum comparatione ad essentiam, & personas, est rectum servare ordinem.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipias partes. In quarum primâ Magister ostendit, personas divinas idem esse re cum naturâ divinâ, & distinguiri solum ratione. In secundâ verò ponit quandam locutionis distinctionem inter personas, Deum, & essentiam divinam. In tertîâ autem, & ultimâ ostendit parte, quomodo Patri potentia, Filio sapientia, & Spiritui sancto bonitas attribuatur.

4. PRO PRIM.E igitur partis declaratione, ponit hæc conclusio: *Quilibet Catholicus tenetur asseverare, personas divinas esse idem re cum divina essentia, & eas solum ratione, aut distinctione formaliter ex naturâ rei, aut virtuali differre.* Quam conclusionem Magister probans, recentet quorundam hereticorum errorem, dicentium, essentiam, & personam non esse idem in divinis.

5. Sic primò garriunt: si essentia, & persona idem forent in divinis,

Pater & Filius essent eadem essentia; sed Pater generat, & Filius generatur in divinis: ergo eadem res generat, & generatur in divinis: ergo cum hoc repugnet; & quod persona, & essentia sint idem, omnino repugnabit.

6. Secundò sic nugas loquuntur, authoritate Hilarij immerito fulti, qui lib. 8. de Trinit. expendens illud Rom. cap. 8. *Spiritus Dei in vobis est, &c.* hæc protulit verba: *Et quaro nunc, in Spiritu Dei virum naturam, an rem naturæ significatam existimes.* Non est enim idem natura, quod res naturæ; sicut non idem est homo, & quod hominis est. Sed persona divina est res naturæ divinæ, & essentia divina est ipsa natura divina: ergo persona, & essentia non sunt idem.

7. Ad primum respondet Magister negando duplicitem consequentiam. Nam essentia potest simul identificari generanti, & genito, quin ipsa generetur, aut generet; quia essentia divina non identificatur adæquate Patri secundum omnia, quæ ipsi identificantur, cum etiam identificetur Filio & Spiritui Sancto. Vnde Pater & Filius solum sunt idem secundum absoluta; & secundum relativa distincti; ad quod reverè sufficit distinctio rationis, aut virtualis, sive formalis ex naturâ rei essentia divina à proprietatibus relativis.

8. Ad secundum respondet Magister, quod verba Hilarij tenent in creatis, non in divinis, vbi natura, & res naturæ sunt idem; nam Hilarius ipse loquens de Deo, expressè attestatur, Deum non esse aliud ab his, quæ sibi insunt, scilicet attributis, & personalitatibus; esse tamen aliud ab ijs, quæ sibi non insunt, idest, à creaturis.

9. Modò ad conclusionem suprà appositam responderet Magister, dicens: essentiam, & hypostasim esse idem re, idest, substantiam, & naturam, quia omnium personarum una est essentia divina; differre tamen secundum rationem. Generans enim, & genitum convenient in substantiam, sive essentiam, quia hæc utriusque merito censetur communis; non tamen convenient in personalitate, cum hæc incomunicabilis sit: ergo licet persona, & essentia sint idem, sive Pater & Filius in substantiam idem sint; & Pater generet, & Filius generetur, nunquam infertur, quod essentia generet, aut generetur.

10. Sed oppones primò: Damascenus lib. de Orthod. Fid. cap. 4. idipsum tenet, quod hæretici dicebant: ergo Magister male reputat hæreticos illos, qui sentiebant, naturam non dici de personis. Antecedens probatur: Damascenus sic alloquitur: *De hypostasi non est deitatem dicere; sed deitas dicit naturam: ergo natura non dicitur de personis; ac proinde essentia, & persona non sunt idem.*

11. Respondetur cum Divo Bonaventurā hīc , verbum Damasceni simpliciter acceptū, sinistrum generare sensum ; & qui itā illud caperet, sicut sonat, proculdubio hæreticus foret. Quamobrem cum præcisōne venit Damascenus exponendus , scilicet , quod deitas non dicitur de vniuersitate tantum hypostasi, sed de omnibus prædicatur.

12. Oppones secundò : que proprietatibus oppositis pollent, vnum de alio adinvicem non prædicatur ; sed natura , & persona oppositis pollent proprietatibus : ergo natura de personis non prædicatur. Minor probatur : proprietas naturæ est communicabilitas , persona vero incommunicabilitas; sed communicabilitas , & incomunicabilitas sunt proprietates oppositæ : ergo cum natura , & persona oppositis polleant proprietatibus, non poterunt abinvicem prædicari.

13. Respondetur negando minorem , & illius probationem. Communicabilitas enim , & incomunicabilitas non sunt oppositæ proprietates, sed sic differunt inter se, sicut habere proprietatem, & non habere proprietatem. Quia ergo persona habet proprietatem relativam, ideo distinguitur, & est incomunicabilis; essentia vero quia caret illâ proprietate, est communis, & pluribus communicabilis. Vnde ex hoc capite non rectè arguitur, quod natura , & persona distinguantur, sive quod abinvicem non prædicentur ; imò oppositum consequitur. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

14. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione , hæc alia ponitur conclusio : Quāvis tres personas vnius esse essentiæ debeamus dicere , non tamen vnum Deum trium personarum vñitata locutione debemus affirmare. Quam conclusionem Magister expendens, querit: An, sicut Deus dicitur divina essentia ? ita etiā posset dici: Vnus Deus tres personæ ? Et vtrum, ita catholicè posset dici: Vnus Deus trium personarum, vel tres personæ vnius Dei; sicut etiā dicitur: Vna essentia trium personarum; & tres personæ vnius essentiæ?

15. Et respondeat Magister , quod benè potest dici: tres personæ sunt vnius Deus; & è contrario: Vnus Deus est tres personæ ; non tamen vnius Deus trium personarum ; nec tres personæ vnius Dei ; quia personas esse eiusdem essentiæ , solùm significat, personis convenire eandem essentiam, quod verissimum censetur: At Deum esse trium personarum, significat, Deum esse Dominum, aut Authorem personarum, quemadmodum dicitur Deus Abraham, Isaac , & Iacob , aut creaturarum Deus, quod verum non est.

16. Nec est simile de essentiâ; quia aliud est modis significandi nomine Dei, & aliud nomine essentiæ. Cuius ratio est, quia ly Deus, significat

256 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

ficat in ratione principij effectivi; essentia vero non, ideoque non dicitur, quod eadem sit essentia Abraham, Isaac, & Jacob, vel alicuius creature, ne Creatoris, & creatura naturam confundere videamus: ergo licet tres personas unius esse essentiae debeamus dicere, non tamen unum Deum trium personarum affirmare debemus. Et haec de secundâ textûs parte sufficiant.

17. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ partis declaratione, ponitur haec conclusio: Quanquam potentia, sapientia, & bonitas communiter convenient omnibus personis divinis, tamen potentia appropriatur Patri, sapientia, Filio, bonitas vero Spiritui Sancto. Quam conclusionem sic expendit Magister: attributa divina rectè aptantur personis, ut ab eis removeamus imperfectiones, quibus creaturas apprehendimus, instar quarum similitudinem, & speciem divinas intelligimus personas; sed statutâ hâc attributorum appropriatione erga divinas personas, ab ijs omnino imperfectiones eliminamus, quibus creaturas apprehendimus: ergo.

18. Minorem probat: Patri in divinis tribuitur potentia, eo quod in Patribus creatis inesse consuevit debilitas, & infirmitas. Sapientia Filio, eo quod in creatis filii assolent esse ignari. Bonitas Spiritui Sancto, quia in humanis spiritus tumorem dicit, & inflationem: ergo dum hâc divinis personis attributa appropriamus, reverâ ab illis cunctas imperfectiones eliminamus, quibus creaturas apprehendimus: ergo rectè accommodatur Patri potentia, Filio sapientia, & bonitas Spiritui Sancto, quâvis omnibus personis hâc sint communia attributa.

19. Postea subdit Magister, quod hoc nomen *Homousion*, ab antiquis Patribus primò fuit concessum; deinde propter pravum hereticorum usum fuit damnatum, & prohibitum; sed tandem propter rei veritatem fuit iterum approbatum, & receptum, quanquam in Ariminensi Concilio nonnulli heretici tentaverint nomen illud labefactare. Cuius significatum coadstantiale est, sive eiusdem substantiæ; & dicitur de Filio, ad significandum contra Arianos, Filium esse eiusdem substantiæ, sive naturæ cum Patre.

20. Pro distinctionis termino, duo observat Magister. Primum, quod de nominibus translatis, quibus Deus dicitur *speculum, splendor, Lumen, tapis, &c.* nihil aliud exceptat dicere, nisi quod a signata manet superioris ratio; secundum quam transferri videntur, scilicet, ea non esse ascribenda Deo secundum proprietatem, sed tantum penes similitudinem, ut ex ipsis constat nominibus.

21. Oppones primò: omne quod transfertur, secundum aliquam simili-

similitudinem transferri debet; sed Dei ad creaturam nulla est similitudo, cum sit summa distantia: ergo nullum nomen de Deo translative dicitur.

22. Respondetur negando minorem, & consequentiam. Quia licet inter Creatorem, & creaturam sit summa distantia; & sic nulla eluceat similitudo per unius naturae participationem; est tamen similitudo secundum analogiam, & habitudinem, & hoc in comparatione ad effectus, quod sufficit, ut nomina creata translative dicantur de Deo.

23. Oppones secundo: similitudo est relatio æquiparantia; sed propter similitudinem nomina creata transferuntur ad divina: ergo ob eandem rationem nomina divina debent ad creata transferri; sed hoc non: ergo nec primum.

24. Respondetur negando consequentiam. Nam translationes non minus creatorum ad divina solum necessaria tensentur, ut laudibus Deum possimus extollere, atque ad ipsius cognitionem pertingere; cum ergo nomina creata de Deo translative dicta, & non è contra, divina de creatis, ad hunc tantummodo conducant finem, ideo nomina creata solum de Deo translative dicuntur, & non de creatis divina.

25. Instabis: haec nomina creata Leo, lapis, agnus, &c. dicuntur translative de Deo: ergo & ista alia, scilicet, diabolus, bufo, vulpes, & alia similia poterunt etiam praedicari translative de Deo.

26. Respondetur negando consequentiam. Quia translatio nominum creatorum ad divina est ad maiorem Dei laudem; & ideo nomina significantia deformitatem, non debent transferri ad Deum, cum potius ad vituperium, quam ad laudem transferantur.

27. Secundum observatione dignum, siveque in praesentis Distinctionis calce habitum a Magistro, est, quod his triginta quatuor distinctionibus totum Tractatum de Sacramento Trinitatis, & Unitatis absoluti, ostendens, se in illo potius defecisse, quam suffecisse propter materiam altitudinem, & Mysterij profunditatem. Hactenus Magister de Arcano Trinitatis Mysterio. Et hanc de tertia, & ultima distinctionis parte satis sint dicta.

Q VÆ S T I O N E S .

28. IN hanc distinctionem exponenda veniunt omnes questiones superioris distinctionis.

**DE ATTRIBVTIS, QVÆ CONVENIVNT
DEO RESPECTV CREATVRÆ.
DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-QVINTÆ**

Synopsis.

*Nomina multa Dei tenet una scientia, rerum,
Quod splendens, varijs efficit ordo modis.*

Sic incipit: Cùnque suprà differuerimus.

Sic terminat: Omnia cognitio in eo est.

CONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In anteecedentibus distinctionibus Magister egit de Deo, & eius conditionibus, quæ ipsum concernunt in essendo; sed modò in hæc incipit agere de ipso Deo, secundùm conditiones, quæ ipsum in operando respiciunt: ergo rectè processit.

1. Consequentia probatur: priùs est agere de rebus quoad esse, quam de ipsis quoad operari; eò quod esse anteveritat operationem; sed Magister hactenùs determinavit de Deo, & eius conditionibus, quatenus ipsum concernunt in essendo; & in hæc trigesimâ quintâ distinctione incipit pertractare de ipso Deo, secundùm conditiones, quæ ipsum in operando respiciunt: ergo concinnè p̄fatas accommodat distinctiones Magister.

2. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister expendit, quomodo scientia Dei multimodè accipiatur, in secundâ vero subdit, quod si nullâ forent futura, non diceretur scientia in Deo respectivè. In tertîâ autem, & vltimâ declarat, quomodo Deus omnia præterita, & futura, tanquam præsentia cognoscat.

4. PRO PRIM.E igitur partis ostensione, ponitur hæc conclusio: *Vnica, & invariabilis est scientia Dei, quæ propter rarios rerum status, diversis insignitur nominibus.* Quam conclusionem probans Magister, ait, quod scientia Dei, quæ inter attributa essentialia recensetur, speciale exposit Tractatum; & non solùm scientia, sed etiā præscientia, dispositio, prædestinatio, & providentia meritò nuncupatur.

5. Vnde hæc divisionis ratio sic efformatur: cognitio Dei, aut est in se, aut in respectu, sive comparatione. Si in se; aut per rationem nobilissimam, & sic est sapientia; aut per quamcumque rationem, & sic dicitur scientia. Si in comparatione; aut est eventuum, & sic est præscientia; aut eventuum, & effectuum, & hoc, vel in gubernando, & ita est providentia; vel in efficiendo, & ita, si est respectu cuiuscumque naturæ, dicitur dispositio; si respectu rationalis, appellatur prædestinatio. Si demum est cognitio eventuum, & effectuum, aut defectuum, dicitur reprobatio, quæ est præscientia nominata per appropriationem.

6. Præscientia enī dicitur respectu omnium futurorum, sive bonorum, sive malorum. Dispositio verò est de rebus agendis, ut ex nominis etymologiâ constat. Prædestinatio autem est de hominibus salvandis, & de bonis, qui hic à malo liberantur, & in futuro coronabuntur.

7. Providentia est de rebus gubernadiis; similiter & Dispositio; sed differunt, quod Dispositio ad fieri, & esse rei; Providentia verò ad bene habentem, & ad rei conservationem spectat.

8. Interdum tamen Providentia accipitur pro Præscientiâ. Sciriā autem, sive Sapientia dicitur respectu omnium universaliter, præsentium, scilicet, præteriorum, & futurorum, bonorum, & malorum; & non solum respectu temporalium, sed etiā respectu æternorum: ergo sciētia Dei, quāvis vñica, & invariabilis, varia & diversa sortitur nomina; ac proindè quodlibet divisionis membrum, proprium exposcit Tractatum.

9. Sed oppones: scientia, præscientia, prædestinatio, & alia huiusmodi, aut efflagitant specialem Tractatum, quia sunt difficultia, aut quia sunt appropriata; sed nullo ex his modis specialem exposcent Tractatum: ergo non bene loquitur Magister.

10. Minor probatur: illa specialem non expostulant Tractatum quia difficultia, cùm plura alia in hoc inveniantur difficultiora Libro, ut Simplicitas, Veritas, Immutabilitas, quibus proprius ac specialis non aptatur Tractatus. Nec quia sunt appropriata, aliás etiā vñitas, & æqualitas specialem peterent Tractatum: ergo scientia, præscientia, &c. non expostulant proprium ac specialem Tractatum quia difficultia, aut quia appropriata; consequenterque liberè processit Magister, specialem de his Tractatum instituendo.

11. Respondetur, hæc proprium efflagitare Tractatum triplici ex causâ. Primo, quia difficultia. Secundo, quia de ipsis multa in sacrâ Paginâ extant determinata. Tertiò demum, quia ad creaturas dicunt respectum; & secundum has conditiones attenditur ratio causæ in naturâ divinâ.

12. Ceterum, quia Magistri nuntiis erat de creaturâ sive creatione petractare, quæ necessariò præxigit in causâ posse, scire, & velle, eò quod causam omnino perfectam constituant, idè Tractatum istum de scientiâ, præscientiâ, & prædestinatione, inter Trinitatis, & Rerum Vniveritatis Tractatus, tanquam medium apposuit. Verum cum hæc plus affinitatis habeant cum Deo, & à Deo, ex eo quod sint Deus, quam illa; idcirco Tractatum istum in primo Sententiarum Libro accommodavit, quin aliquâ sit dignus censurâ Magister. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

13. PRO SECUNDÆ verò distinctionis partis declaratione, hanc aliam adducimus conclusionem: *si nulla essent futura, tunc respectu in Deo scientia non diceretur.* Quam quidem conclusionem Magister investigans, inquirit: *Vtrum si nulla essent, vel fuissent futura, an adhuc præscientia, prædestinatione, &c. in Deo forent?*

14. Et pro parte negante arguit primò: præscientia, prædestinatione, & providentia dicuntur respectu futurorum: ergo si nulla essent, vel fuissent futura, ista in Deo locum non habuissent. Consequentiam probat: deficiente obiecto scientiæ, deficit illius scientia; sed futura sunt obiecta præscientiæ divinae: ergo si futura deficerent, respectu illorum non daretur præscientia, prædestinatione, & providentia; ac proinde hæc omnia in Deo non fuissent.

15. Respondet Magister, quod si nulla forent futura, tolleretur præscientia Dei quantum ad respectum, quem habet ad futura, sed non quantum ad essentiam, quæ tali subiacet respectui. Præscientia enim dicit scientiam cum respectu; idè ablato respectu, scientia manet, quæ fuit ab æterno cum ipso Deo; & propter creaturarum existentiam, vel differentiam, in nullo augetur, vel minuitur.

16. Modò pro affirmante parte, & in Conclusionis subsidium secundò arguit Magister: prædestinatione Dei, præscientia, & dispositio sunt idem, ac scientia Dei; sed scientia est idem quod essentia: ergo cum essentia divina foret, etiamsi nulla essent futura, præscientia Dei fuisset in Deo, secluso omni futuro.

17. Confirmatur: Deum scire futura, est relatio relativa ad futura: ergo deficientibus futuris, solum deficeret in Deo denominatio scientiæ futura; & quidem, cum Deus scire non possit esse futurum, quod reverâ futurum non est; sicut Deus non scit, futuros esse homines possibles, qui nunquam sunt futuri: ergo non deficeret in Deo scientia, sive præscientia quoad entitatem, & perfectionem, eò quod à creaturis sive futuris hæc nullatenus dependeat. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

18. PRO TERTIÆ autem partis declaracione, hæc vltima ponitur conclusio: *Deus omnia præterita, & futura tanquam sui præsentia intuetur.* Quæ sic summatis probatur: omne quod in Dei essentiâ actualiter continetur, Deus tanquam præsens intuetur; sed omnia præterita, & futura sunt, & fuerunt ab æterno in Dei essentiâ: igitur Deus omnia præterita, & futura, tanquam sibi actualiter præsentia, intuetur.

19. Maior, & Minor sunt Magistri in litterâ, & consequentia sequitur; quia scientia, quâ Deus intuetur ea, quæ in suâ essentiâ repræsentantur, est infinita; cui necessariò convenit cognoscere obiecta, tanquam sibi actualiter præsentia: ergo cum omnia præterita, & futura in ipsâ essentiâ divinâ repræsententur, ea, tanquam sibi actualiter præsentia, intuetur.

20. Confirmatur ex Augustino lib. 5. de Genes. ad litt. cap. 18. dicente: *Hæc visibilia antequam sicut rent, erant in Dei scientiâ, non erant in sui naturâ.* Ergo omnia dicuntur præsentia esse Deo ab æterno, scilicet præterita, & futura ut præsentia, iuxta illud Rom. 4. *Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* Ergo futura, quæ nondum sunt, intuetur Deus, tanquam ea, quæ iam præsentia sunt.

21. Oppones: omnia sunt Deo præsentia, non solùm quæ sunt, sed etiâm quæ præterierunt: ergo aut sunt præsentia secundum veritatem, aut secundum cognitionem; sed utrumque repugnat: ergo non omnia præterita, & futura, tanquam sibi præsentia, intuetur Deus.

22. Minor probatur: Antichristus non est præsens Deo secundum veritatem: ergo non omnia præterita, & futura sunt Deo præsentia secundum veritatem. Insuper, nec secundum cognitionem: aliter rationali Animæ etiâm forent præsentia præterita, & futura, eò quod ipsa cognoscat; sed hoc implicat: ergo omnia præterita, & futura non sunt Deo præsentia, nec secundum veritatem, nec secundum cognitionem.

23. Respondeatur, quod non omnia dicuntur esse præsentia Deo secundum veritatem existentiæ rerum, sed secundum cognitionem; quia Deus actu cognoscit præsentia, præterita, & futura; & circa actum suæ cognitionis semper est præsentialitas, quin illa sit in cognitione divinâ successio: At creatura estò habeat cognitionem de præsentibus, præteritis, & futuris; quia tamen cognitio eius transit in præteritum, & futurum, & nova generatur cognitio ex rei existentiâ, sive in cognitione illâ datur successio, ideo non dicitur quod omnia sint præsentia creaturæ, quemadmodum dicitur omnia Deo esse præsentia. Et hæc de tertia, & vltima distinctionis parte satis superque sint dicta.

Q VÆSTIONES.

24. QVÆST. 1. An in Deo sit propriè ac strictè scientia? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas *in 1. dist. 35. q. 1. art. 1.* & *1. p. q. 14. art. 1.* Godoy *1. p. tom. 1. disp. 23.* Gonetus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. art. 1.* Prudentius *tract. 2. de Scient. disp. 1. dub. 1. sect. 1.* & *2. Ferre tom. 1. tract. 1. disp. 5. dub. 3.* Lumbier *de Scient. q. 2. art. 3.* Contenson *tom. 1. lib. 2. diff. 1. cap. 1. specul. 1.* Biescas *tom. 2. q. 14. art. 1. dub. 1.* & *2. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 5. dub. 3.* Ildephon. Michael *1. p. tom. 1. q. 14. dub. 3.*

25. Ex Subtili Scholâ Scotus *in 1. dist. 39. q. vnic.* & *in 3. dist. 24.* Hernandez *in 1. tract. 3. disp. 1. sect. 1.* Poncii in *Curs. Theolog. disp. 5. de Scient. q. 1.* Merinerus *tom. 1. disp. 1. q. 1.* & *3. Felix de Scient. cap. 1. diff. 1. dub. 1.* Briceño *tom. 2. dist. 1. art. 1.* Durand *tom. 1. tract. de Scient. disp. 1. q. 1.* Carriere *tract. de Scient. q. 17.* Vulpes *tom. 1. disp. 26. art. 1.* Sannig *tom. 1. tract. 2. dist. 1. q. 1.* Boyvin *tom. 1. cap. 3. disp. 4.* Berulle *tom. 1. disp. 14. q. 1.* Herinx *tom. 1. tract. de Scient. disp. 6. q. 1.*

26. Ex Scholâ Eximiâ Suarez *lib. 3. de Attrib. cap. 1.* Carleton *tom. 1. disp. 22. sect. 1.* Herrera *de Scient. q. 6. sect. 6.* Ex alijs D. Bonaventura *in 1. dist. 39.* & *41.* Caramuel *in Theolog. fund. theft. 1. p. 33.* Abelly *de Deo. cap. 3. sect. 1.* Gaudent. *tract. 1. de Deo Vno. disp. 13. q. 1.* Blasco *tom. 2. dist. 101. q. 2.*

27. QVÆST. 2. An intellectivum in Deo rectè ex immateriali demonstretur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas *1. p. q. 14. art. 1.* & *in 1. dist. 35. q. 1. art. 1.* Godoy *1. p. tom. 1. disp. 22. à p. 539.* Gonetus *tom. 1. tract. 1. disp. 2. art. 2.* Lumbier *de Attrib. q. 13. art. 1.* Ioan. à S. Thomâ *1. p. tom. 1. q. 14. disp. 16. art. 1.* Carrasco *1. p. de Scient. dub. 1.* Biescas *tom. 2. q. 14. art. 1. dub. 5.* Labat *tom. 1. tract. 1. disp. 5. dub. 1.* Ildephon. Michael *1. p. tom. 1. q. 14. dub. 1.* Palanco *lib. 3. de Anim. q. 1. num. 2.*

28. Ex Subtili Scholâ Scotus *in 1. dist. 2. q. 2.* §. Ostenso *de proprietatibus. num. 20.* Perez Lopez *in 1. dist. 3. q. 1.* Hernandez *in 1. tract. 3. de Scient. Dei. disp. 1. sect. 2.* Et in Nostro Athenæo sub Scholâ Seraphicâ *q. 2. art. 1.* & *2.*

29. Ex Scholâ Eximiâ Suarez *tom. 2. Metaph. disp. 35. sect. 1. n. 18.* Quirós *de Deo. disp. 34. sect. 1.* Arriaga *1. p. disp. 15. sect. 1. subsect. 1.* Amicus *1. p. disp. 12. num. 1.* Oyedus *de Anim. Contror. 5. punct. 6.* Herrera *de Scient. q. 1. sect. 2.* & *3.* Ribadeneyra *de Scient. disp. 1. cap. 2.* Lugo *lib. 1. de Deo Vno. disp. 27. cap. 1. nn. 4.* Martinon *disp. 9. de Deo. sect.*

LITTERALIS EXPOSITIO.

257

sect. 1. nu. 2. Aldrete de Scient. disp. 13. sect. 1. Maurus tract. 4. de Scient. q. 41. Avendaño tom. 1. sect. 5. problem. §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 15. art. 1. q. 1. & dist. 17. art. 1. q. 2. Blasco tom. 2. dist. 101. q. 1. art. 1. & tom. 1. dist. 90. q. 4 art. 1. Gaudent. tom. 1. tract. 1. disp. 13. q. 1. Caspens. tract. de Scient. sect. 3.

30. QVÆST. 3. An in Deo sit Scientia per modum actus primi, & secundi? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 14. art. 1. & lib. 1. Contra Gent. cap. 40. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 24. à p. 622. Gonet tom. 1. tract. 1. disp. 2. art. 3. Lumbier de Aterib. q. 13. art. 3. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 1. cap. 1. specul. 1. Carrasco 1. p. de Scient. dub. 2.

31. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 3. q. 2. & in Report. in 1. dist. 35. q. 1. Perez Lopez in 1. dist. 3. q. 2. Hernandez in 1. tract. 3. disp. 1. sect. 3. Poncios in Curs. Theolog. disp. 5. de Scient. Dei q. 1. Vulpes tom. 1. disp. 26. art. 1. Carriere tract. de Scient. q. 17. Felix de Scient. cap. 1. diff. 2. Meriner. tom. 1. disp. 1. q. 2. Briceñus tom. 2. dist. 1. art. 1. Durand tom. 1. disp. 2. q. 2. Berulle tom. 1. disp. 13. q. 1. Baron tom. 4. tract. de Scient. Dei Apol. 1.

32. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect. 15. Franc Deugo lib. 1. de Deo Vno, disp. 16. cap. 4. Carleton tom. 1. disp. 4. sect. 6. Ribadeneyra de Scient. disp. 2. cap. 2. nu. 5. & 6. Et tract. de Volunt. disp. 6. cap. 2. Borrall de Attrib. disp. 4. sect. 1. Aranda de Scient. disp. 1. sect. 1. Munieffa de Attrib. disp. 4. sect. 2. 3. & seqq. Aldrete tract. de Scient. disp. 14. sect. 1. Arriaga de Scient. disp. 15. sect. 3. Herrera de Scient. q. 2. sect. 4. Quirós de Deo, disp. 35. sect. 1. Avendaño tom. 1. sect. 5. problem. 2. §. 1.

33. QVÆST. 4. An sit possibilis substantia intellectiva non voluntiva? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 45. q. 1. art. 1. & lib. 1. Contra Gent. cap. 27. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 45. à p. 342. Salnanc. tract. 4. disp. 1. dub. 2. Ioan. à S. Thomâ disp. 4. art. 2. Prudentius tract. 3. de Volunt. disp. 1. dub. 1. sect. 1. Embun tract. 2. de Attrib. hum. dist. 3. q. 6. Ferre tom. 2. tract. 9. de Vol. q. 1. §. 4. & tract. 16. de Ang. q. 14. §. 1. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 8. art. 1. dub. 2. Carrasco 2. p. de Vol. dub. 1. resol. 3.

34. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 6. q. 1. & in 2. dist. 3. q. 4. & dist. 23. q. vnic. Perez Lopez in 1. dist. 4. q. 1. art. 1. Hernandez in 1. tract. 5. disp. 1. sect. 1. Baron tom. 4. tract. de Vol. apolog. 1. act. 1. Et in Nostro Athenæo sub Schol. Subt. q. 2. art. 1. 2. & 3.

35. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. lib. 3. de Attrib. cap. 6. Aldrete de Vol. disp. 1. sect. 1. Quirós de Vol. disp. 56. sect. 1. & 2. Anton. Perez

de Vol. disp. 1. à cap. 3. Esparza lib. 2. de Angel. q. 17. Herrera de Vol. q. 1. sect. 2. Thyrsius tom. 1. disp. 22. sect. 3. Ripalda lib. 1. de Stat. innocent. disp. 8. sect. 22. Aranda de Attrib. hum. disp. 10. sect. 5. Recupitus lib. 2. de Vol. q. 1. cap. 3. Fuster de Vol. cap. 2. p. 2. num. 96. Arriaga disp. 2. de Anim. sect. 4. Ex alijs Blasco in Curs. lib. 18. dist. 67. q. 8. art. 2. 36. QVÆST. 5. An Deus cognoscat creaturas in seipso, an in seipsis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 14. art. 5. & 6. & lib. 1. Contra Gent. cap. 52. & 53. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 26. à p. 709. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 2. art. 1. Araúxo hic dub. 1. 2. & 3. Ioan. à Sancto Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 17. art. 2. Salmant. art. 2. 7. & 8. q. 12. Prudent. tract. 2. de Scient. disp. 3. dub. 3. sect. 1. Lumbier de Scient. q. 2. art. 1. & 2. Ferre tom. 1. tract. 5. q. 3. §. 1. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 2. specul. 1. Bielscas tom. 2. disp. 14. art. 5. dub. 5. & 6. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 7. art. 6. dub. 1.

37. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 35. & quodlib. 14. art. 2. & lib. 12. Metaph. q. 25. Hernandez in 1. tract. 3. disp. 2. sect. 2. Perez Lopez in 1. dist. 3. q. 3. & 4. Brancat. disp. 16. de Scient. q. 10. Vulpes tom. 1. disp. 37. art. 3. Mastrius in 1. disp. 3. q. 1. art. 3. Carriere de Scient. q. 22. Felix de Scient. cap. 4. diff. 3. Durand tom. 1. disp. 2. q. 1. & 2. Merinerus tom. 1. disp. 2. q. 3. Briceñus tom. 2. Controv. 11. art. 2. Baron tract. de Scient. Dei, apol. 3. act. 2. Herrera in 1. disp. 15. q. 2.

38. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. lib. 3. de Attrib. cap. 2. Arriaga disp. 19. sect. 3. Quiròs de Deo, disp. 44. sect. 1. Aldrete de Scient. disp. 18. sect. 1. Thyrsius tom. 1. disp. 8. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 22. sect. 4. & 5. Esparza de Scient. q. 15. Herrera de Scient. q. 6. sect. 2. Ribaden. de Scient. disp. 8. cap. 3. & disp. 9. cap. 1. Aranda lib. 2. de Scient. disp. 8. sect. 1. & 2. Rhodes disp. 3. de Deo, q. 1. sect. 2. Ex alijs Seraphicus Doctor in 1. dist. 39. art. 2. q. 1. Caspens. disp. 5. sect. 3. de Vis. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 13. q. 5. Morand. tract. 3. q. 2.

39. QVÆST. 6. An futura sint Deo realiter præsentia in eternitate? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 38. q. 1. art. 5. & q. 12. de Verit. art. 12. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 42. à p. 239. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 4. art. 7. & 8. Prudent. tract. 2. de Scient. disp. 4. dub. 6. sect. 1. & seqq. Lumbier de Attrib. disp. 4. q. 11. & 12. §. 7. Salmant. disp. 8. de Scient. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 19. art. 4. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 5. dub. 11. Ferre tom. 1. tract. 5. q. 8. §. 12. Lezana tract. 4. disp. 3. q. 3.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 39. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 3. de Scient. Dei, disp. 4. sect. 5. Perez Lopez in 1. dist. 2. q. 1. art. 1.

Branca*disp.* 16. q. 21. Macedo *disp.* 4. *Collat.* 9. Mastrius *disp.* 2. q. 7.
Smisius de Deo *Vno*, *tract.* 2. *disp.* 4. q. 3. Felix de *Scient.* *cap.* 5. *diff.* 6.
Briceñus *tom.* 2. *de Scient.* *Controv.* 11. *dist.* 2. *art.* 1. Vulpes *tom.* 2. *disp.*
30. *art.* 3. Merinerus *tom.* 1. *disp.* 3. q. 4. Rada *tom.* 1. *Controv.* 30. *art.* 2.
Berulle *tom.* 1. *disp.* 14. q. 8.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez *Opuscul.* *de Scient.* *Dei lib.* 1. *cap.* 7.
Amicus *tom.* 1. *disp.* 21. *sect.* 4. Oviedus *de Anim.* *Controv.* 7. *punct.* 5.
§. 1. Carleton *tom.* 1. *disp.* 23. *sect.* 3. & 4. Ribadeneyra *de Scient.* *disp.*
14. *cap.* 1. Beccan. *tom.* 1. *de Scient.* q. 10. *cap.* 10. Thyrsus *tom.* 1. *disp.*
10. *sect.* 1. Arriaga *disp.* 20. *sect.* 4. *subsect.* 3. Quirós *de Deo*, *disp.* 49.
sect. 1. & 2. Herrera *de Scient.* q. 11. *sect.* 2. Rhodes *disp.* 3. *de Deo*, q. 3.
sect. 2. §. 3.

42. Ex alijs D. Bonaventura *in* 1. *dist.* 39. *art.* 2. q. 3. Caspens. *tract.*
de Scient. *disp.* 5. *sect.* 2. Bairdunus q. 14. *art.* 4 Coriolanus q. 14. *art.* 5.
Morandus *tract.* 3. q. 5. Gaudent. *tom.* 1. *de Deo Vno*, *disp.* 13. q. 6. Fa-
lienf. *lib.* 1. *cap.* 11. *resol.* 4. & 5.

43. QVÆST. 7. An, & quomodò Deus cognoscat futura contin-
gentia conditionata? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas *in* 1. *dist.* 38. q. 1.
art. 5. & 1. p. q. 14. *art.* 13. & q. 2. *de Verit.* *art.* 12 Goddy 1. p. *tom.* 2.
disp. 34. à p. 46. Gonet *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 4. *art.* 5. Prident. *tract.* 2.
de Scient. *disp.* 4. *dub.* 3. 4. & 5. & *disp.* 5. *dub.* 1. Lumbier *de Scient.* q.
8. *art.* 1. Ioan. à S. Thomâ 1. p. *tom.* 1. *disp.* 20. *art.* 2. Labat *tom.* 1.
tract. 1. *disp.* 5. *dub.* 6. Ildephon. Michael 1. p. *tom.* 1. *tract.* 7. 7. *art.* 13.
Ferre *tom.* 1. *tract.* 5. q. 8. §. 1. & *tom.* 2. *tract.* 4. q. 10. §. 1. & seqq.

44. Ex Subtili Scholâ Scotus *in* 1. *dist.* 39. q. viii. Hernandez *in* 1.
tract. 3. *disp.* 4. *sect.* 6. & *disp.* 5. *sect.* 2. Perez Lopez *in* 1. *dist.* 3. q. 5.
art. 1. Mastrius *in* 1. *disp.* 3. q. 3. *art.* 1. & seqq. Frassen *in* 1. *tract.* 2.
disp. 1. *art.* 2. *sect.* 2. q. 1. & 2. Macedo *in* 1. *Collat.* 10. *diff.* 1. *sect.* 1.
Poncius *in Curs. Theolog.* *disp.* 5. *de Scient.* q. 6. Cordova *in Quæst. Theo-
log.* *lib.* 1. q. 55. *dub.* 5. Meriner. *tom.* 1. *disp.* 3. q. 1. 2. & 3 Briceño
tom. 2. *Controv.* 11. *dist.* 2. *art.* 2. Felix *de Scient.* *cap.* 6. *diff.* 1. Vulpes *tom.*
2. *disp.* 30. *art.* 12. Rada *tom.* 1. *Controv.* 30. *art.* 1. Carriere *de Scient.*
q. 18. Smisius *tract.* 3. *de Deo Vno*, *disp.* 2. q. 4. Sannig *tom.* 1. *tract.* 2.
dist. 1. q. 4.

45. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. *proleg.* 2. *de Grat.* *cap.* 1. & 2.
& *lib.* 1. *de Scient.* *futur.* *cap.* 5. Arriaga *disp.* 20. *sect.* 3. Beccan. 1. p.
tract. 1. *cap.* 10. *quest.* 8. Carleton *tom.* 1. *disp.* 23. à *sect.* 1. Quiros *de*
Deo, *disp.* 46. *sect.* 1. & 2. Amicus *disp.* 12. *sect.* 6. Herrera *de Scient.*
q. 11. *sect.* 1. & 2. Aranda *lib.* 4. *de Scient.* *disp.* 22. *sect.* 1. & seqq. Mau-
Kk 2 rus

rus tract. 4. de Scient. q. 43. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 38. art. 2. q. 2. Caramuel in Theolog. fundam. thes. 5. Caspens. de Scient. disp. 5. sect. 5. nu. 91. Morand. tract. 3. q. 5. Abelly de Deo, cap. 3. sect. 3. & 4. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 13. q. 7.

46. QVÆST. 8. An sit recta divisio Scientiæ in Scientiam Medium inter necessariam, & liberam? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 14. art. 9. & 3. p. q. 10. art. 2. & q. 13. art. 1. D.D. Didacus Castell tom. 2. de Concord. libert. q. 2. sect. 2. & seqq. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 29. à p. 798. & tom. 2. disp. 37. & 38. à p. 159. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 8. art. 1. & 2. Prudent tract. 2. de Scient. disp. 5. dub. 2. Lumbier de Scient. q. 8. art. 2. & q. 10. art. 3. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 20. art. 3. & seqq. Salmant. de Scient. disp. 69. Ferre tom. 1. tract. 5. q. 4. §. 3. & tom. 2. tract. 4. à q. 1. & tract. 4. de Beat. q. 3. à §. 1. Carrasco 1. p. de Scient. liber. dub. 2. & dub. 6. de Vol. resol. 1. & seqq. Biescas tom. 2. q. 14. art. 9. dub. 8. Labat tom. 8. per totum. Et tom. 1. tract. 1. disp. 5. dub. 9. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 7. art. 13. dub. 3. cap. 1. & seqq. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 2. cap. 2. specul. 1.

47. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 38. q. vnic. & dist. 39. & in 2. dist. 37. q. vnic. Perez Lopez in 1. dist. 3. q. 5. Hernandez in 1. tract. 3. disp. 6. sect. 1. Frassen in 1. tract. 2. disp. 1. art. 2. sect. 2. q. 3. Mastrius in 1. disp. 3. q. 3. art. 4. & 5. & q. 4. art. 4. & 5. Macedo in 1. Collat. 11. dist. 1. sect. 1. & seqq. Poncios in Curs. Theolog. disp. 5. de Scient. q. 7. Briceño tom. 2. de Scient. dist. 2. Controv. 11. art. 7. Baron tom. 4 tract. de Scient. apol. 6. art. 1. Carriere tract. de Scient. q. 21. Merinerus tom. 1. disp. 4. q. 3. Faber in 1. dist. 39. q. 1. disp. 55. cap. 1. 2. & 3. Vulpes tom. 1. disp. 27. art. 2. & tom. 2. disp. 31. art. 3. Llamazares in Quæst. Theolog. q. 13. Durand tom. 1. tract. de Scient. disp. 5. q. 2. Felix de Scient. cap. 6. diff. 2. Sannig tom. 1. tract. 2. dist. 1. q. 9. & 10.

48. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. proleg. 2. de Grat. cap. 6. 7. & seqq. Amicus disp. 12. sect. 1. 2. Quiros de Deo, disp. 45. sect. 1. & seqq. Carleton tom. 1. disp. 22. sect. 9. & disp. 24. à sect. 1. Ribadeneira de Scient. disp. 20. & seqq. Thyrsus tom. 1. disp. 12. sect. 1. & disp. 36. sect. 1. & seqq. Heirrera de Prædest. q. 2. sect. 1. & tract. de Scient. q. 13. 14. & seqq. Aldrete de Scient. disp. 28. Arriaga de Scient. disp. 21. Maurus tract. 6. de Prædest. q. 83. & tract. 4. de Scient. q. 46. Aranda lib. 4. de Scient. disp. 23. & lib. 5. disp. 26. sect. 1. & seqq. Rhodès disp. 3. de Deo, q. 4. sect. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 40. art. 2. q. 1. Caramuel in Theolog. fundam. thes. 6. Caspens. de Scient. disp. 6. sect. 5. & 6. Gaudent.

dent. *tract. de Deo Vno, disp. 13. q. 12.* Blasco *tom. 2. dist. 104. q. 1.* & 2
art. 1. Fulien. *lib. 1. cap. 13. resol. 1.* & seqq.

49. QVÆST. 9. An intellectio actualis sit formale constitutivum
Dei? De quo, *distinctione 3. quest. 4.*

50. QVÆST. 10. An Deus constituatur formaliter ex intellectivo
radicali, aut existentiâ à se? De quo, *distinctione 3. quest. 4.*

DE COMPARATIONE RERVM SCITARVM
AD DEI SCIENTIAM, ET QVOMODO
RES SINT IN DEO.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-SEXTÆ
Synopsis.

Novit multa Deus, quæ essentiæ inesse negantur:

Novit non eodem, quò bona, prava modo.

Sic incipit: *Solet hic queri.*

Sic terminat: *Quæ eò authore sunt.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ egit
Magister de scientiâ Dei secundùm se; sed in præsenti deter-
minat de comparatione rerum scitarum ad scientem: ergo rectè inter
se hæ copulantur distinctiones.

2. Consequentia probatur: priùs est, scientiam divinam expendere,
ipsumque Deum statuere scientem, quâm de comparatione rerum sci-
tarum ad scientem agere, eò quòd talis comparatio Deum scientem
supponat: ergo si Magister in præsenti distinctione agit de comparatio-
ne rerum scitarum ad scientem, postquâm in antecedenti de ipsâ sci-
entiâ divinâ, necnon de Deo sciente differuit, proprium ac genuinum
scribendi ordinem tenet.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum
primâ ostendit Magister, qualiter non omnia sint i: Dei essentiâ, sicut
sunt in Dei scientiâ. In secundâ verò subdit, qualiter se habeat sciencia
Dei ad bona, & ad mala. In tertiat autem, & ultimâ concidit, quòd
non

non omnia, quæ sunt ex Deo, verè possunt de ipso enunciari.

4. PRO PRIME igitur partis declaratione, hoc ponitur assertum: *Quanvis omnia dicantur esse in Dei scientiâ, non tamen omnia sunt in eius essentiâ.* Ad cuius probationem inquirit Magister: *Vtrum omnia, quæ Deus cognovit, possint dici esse in eius essentiâ, quemadmodum dicuntur esse in Dei scientiâ?*

5. Respondet Magister negative, & hunc in modum probat: omnia, quæ sunt in essentiâ divinâ, sunt eiusdem naturæ cum Deo; sed ea, quæ sunt in eius scientiâ, non sunt eiusdem naturæ cum Deo: ergo licet omnia cognita à Deo, possint dici esse in divinâ scientiâ, non tamen possunt dici esse in eius divinâ essentiâ.

6. Confirmat assumptum Magister ex Augustino Serm. 11. de Verb. Apost. dicente: *Habet ergo Deus apud se in præscientiâ sua, quæ non habet in sui naturâ.* Ergo non omnia, quæ dicuntur esse in Dei scientiâ, aut præscientiâ, dicuntur esse in eius naturâ, aut essentiâ.

7. Sed oppones: *Scientia, & essentia divina sunt idem; sed omnia dicuntur esse in scientiâ divinâ: ergo & omnia esse in divinâ essentiâ meritò dicentur; aliter maxima contradic̄tio foret, cùm omnia simul essent in Deo, & non esserit.*

8. Respondet negando consequentiam. Nam hæc propositio: *Omnia sunt in essentiâ divinâ, nunquam est concedenda, quanvis hæc alia: Omnia sunt in scientiâ Dei, admittatur.* Et ratio est; quia prima verit hunc sensum: *omnia esse eiusdem naturæ cum Deo,* quod prorsus falsum censetur. Quod ergo hunc reddit sensum, liquet; quia nihil est in Deo, quod non sit Deus: ergo si omnia forent in Deo, omnia eiusdem naturæ cum Deo essent.

9. Secunda verò propositio, nempe, *omnia sunt in scientiâ Dei,* reverà est ab omnibus admittenda; quia cognitio solum dicit quendam respectum ad res cognitias, & nullam divinæ essentiæ importat unitatem. Unde, licet essentia divina, & eius scientia quoad entitatem, & perfectionem sint idem; non tamen respectivè, quia scientia intuetur omnia, tanquam obiecta sua attingentiarè, quomodo dicuntur omnia esse in scientiâ divinâ obiectivè, quin ex hoc argui possit, omnia esse eiusdem naturæ cum Deo. Et hæc de primâ parte sufficiant.

10. PRO SECUNDÆ verò partis distinctionis clarâ ostensione, hoc aliud apponitur assertum: *Constat, Deum quodammodo cognoscere bona, qualiter non cognoscit mala.* Quod probans Magister, inquirit: *Vtrum mala, quæ cognoscuntur à Deo, possint dici esse in Deo?*

11. Respondet Magister negative, probatque primò in hunc modum

dum assertum : illa solum dicuntur esse in Deo , ad quæ Deus se habet in ratione principij ; sed Deus ad mala non se habet in ratione principij: ergo mala à Deo cognita, non dicuntur esse in ipso Deo.

12. Secundò , peccata dicuntur à faciis Scriptoribus esse longè à à Deo, & ipsi abscondita ; secùs bona ; sed ideo dicuntur esse longè à Deo, ipsique abscondita , quia fugiunt scientiam approbationis ; quam bona non fugiunt: ergo mala, quæ cognoscuntur à Deo , non dicuntur esse in Deo.

13. Tertiò , omnia quæ sunt in Deo , reverè sunt iuxta rationalem naturam Dei: ergo quæ sunt contra rationalem naturam, non poterunt esse in Deo; sed mala culpæ sive peccata sunt contra rationalem naturam, ut passim à Theologis expenditur: ergo mala quævis à Deo cognoscantur, non dicuntur esse in ipso Deo.

14. Quartò , mala culpæ sive peccata non sunt à Deo ex Deo , neque per Deum: ergo non sunt in Deo. Consequentia probatur ex Ambroſio lib. 2. de Spirit. S. dicente: *Eandem vim habent omnia hæc, scilicet, cum ipso, & per ipsum, & in ipso.* Sed mala culpæ, aut peccata non sunt à Deo ex Deo, neque per Deum: ergo nec sunt in Deo.

15. Quintò , omne quod est in Deo , aut est sicut in principio producente, aut sicut in exemplari exprimente, aut sicut in conservante; sed pro comperto habemus, quod Deus non est principium producens mala, nec etiā conservans ; imò nec exemplar exprimens malum , quia hoc attenditur secundūm assimilationem ; & Dei ad malum nulla est assimilatio: ergo mala culpæ seu peccata nullo modo sunt in Deo.

16. Sed dices primò : idè bona dicuntur esse in Deo , quia Deus cognoscit ea; sed Deus æquè mala, ac bona cognoscit: igitur mala cognita à Deo, sunt in ipso Deo.

17. Respondetur negando absolute maiorem , & consequentiam. Non idè bona sunt in Deo , quia Deus illa cognoscit, sed quia eorum Deus est causa, principium, & author. Cum ergò Deus non sit malorum principium, & causa, quævis illa cognoscatur; non exinde sequitur, ea fore in essentiâ divinâ. Vnde, aliter Deus cognoscit bona, quæ mala; quia bona cognoscit, approbando illa; mala verò improbando.

18. Dices secundò : omne quod cognoscitur ab aliquo, qui est sua cogitatio, est in illo tanquam in cognoscente; sed Deus cognoscit mala, quia ea punit, & reprobavit: ergo cum Deus sit sua cognitio , mala cognita erunt in Deo. Minor est certa. Similiter & Maior, quia omne cognitum est in cognitione : ergo si idem est cognitio , & cognoscens ; & mala cognita sunt in cognitione Dei ; & in ipso Deo cognoscente necessariò erunt.

19. Respondeatur, quod in praefata instantia appetit fallacia secundum accidens. Quanvis enim idem sit cognitio Dei, quod Deus; tamen aliud connotat cognitio, quam Deus, sicut potentia, & sapientia. Unde, sicut non sequitur: mala sunt in Dei notitia: ergo & in potentia: sic non insertur: mala cognita sunt in cognitione divina; sed cognitio divina est Deus: ergo mala sunt in Deo; quia ibi revera est accidentis fallacia. Et haec de secundâ distinctionis parte satis sint dicta.

20. PRO TERTIAE, & ultimae distinctionis partis declaratione, haec tertia proponitur conclusio: Quanvis omnia quae sunt in Deo, possint dici ex ipso; non tamen est converso, omnia quae sunt ex Deo, possunt dici de Deo. Quam sic probat primò: esse de Deo, dicitur ab ipso secundum substantialitatem; sed esse ex Deo, denotat universale principium: ergo cum haec adeò diversa sint, esto omnia quae sunt in Deo, possint ex ipso dici; non tamen omnia quae sunt ex Deo, possunt de Deo affirmari.

21. Secundò, nihil dicitur propriè de Deo, nisi quod est de eius substantia, ut Filius de Patre; & Spiritus Sanctus de Patre & Filio; sed ex Deo dicuntur esse ea omnia, quae quovis modo sunt ab ipso principiata, ut omnes creaturæ, quae ex Deo effectivè sunt: ergo omnia quae sunt ex Deo, non possunt ex Deo affirmari, quanvis omnia quae sunt in Deo, possint ex ipso dici.

22. Tertiò, non enim penitus significat hoc ex ipso, quod de ipso; sive non idem importare videtur ex, & de. Nam de, substantialiter denotat; ex vero principium importat: ergo quanvis omnia sunt de Deo; quia ab ipso producuntur; non veò omnia sunt de ipso, quia cum illo non eiusdem substantiae, aut naturæ sunt.

23. Confirmatur à Magistro in littera. Primò, quia Cœlum, & terra ex ipso Deo sunt, quia ipse fecit ea; sed non sunt de ipso, quia non de sua substantia: ergo rectè compatitur, aliqua esse ex Deo, & non de Deo. Secundò, dum homo generat filium, & construit domum, filius est de ipso, & domus ex ipso, & non de ipso, quia de terrâ, & ligno est: ergo quia non idem important ex ipso, & de ipso, sive de, & ex: ergo.

24. Oppones: persona divinæ, quae sunt à Patre productæ, sunt ex ipso, & de ipso; sed creaturæ omnes sunt à Deo productæ: ergo sunt ex Deo, & de Deo: ergo sicut omnia quae sunt in Deo, possunt dici ex ipso; sic omnia quae sunt ex Deo, possunt de ipso affirmari.

25. Respondeatur negando paritatem. Nam vt res sit ex ipso, solùm requiritur procedere ab ipso, tanquam à principio: At vt sit de ipso, ulterius exigitur, esse quippe eiusdem substantiae cum ipso. Quamobrem

cum Filius & Spiritus Sanctus procedant à Patre , sintque eiusdem, ac individuæ substantiæ cum illo , non solum sunt ex Patre , sed de Patre . Creaturæ verò , sive cuncta creatæ solum procedunt à Deo , tanquam à principio à quo producuntur , non autem sunt eiusdem substantiæ cum illo; ideoque omnia sunt ex ipso, non de ipso.

26. Vnde colliges primò , quod cum omnia dicantur esse ex ipso , in ipso, & per ipsum , non exinde constituimus discrimen inter Patrem , Filium, & Spiritum Sanctum ; quia omnia creatæ aequaliter sunt in tribus personis, ex illis , & per illas , cum omnibus communis sit eadem scientia approbationis, & virtus creativa , per quam in Deo, ex Deo, & per Deum esse creature dicuntur.

27. Secundò colliges, quod hæc tria, scilicet, ex ipso , per ipsum, & in ipso , sic tribus divinis personis appropriantur. Ex ipso , appropriatur Patri , qui est prima in Trinitate persona. Per ipsum , accommodatur Filio, qui est persona media. Et in ipso , Spiritui Sancto, qui est persona tertia, aptatur. Et ratio congruentia est; quia ex ipso , importat rationem primi; & per ipsum , rationem medij; & in ipso , rationem ultimi , sive quietativi optimè exprimit. Et hæc de tertia , & ultima distinctionis parte satis sint dicta.

Q VÆ S T I O N E S.

28. **Q**VÆST. 1. An, & quomodo Deus cognoscat privationes, negationes, & rationis entia? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. dist. 14. art. 9. & in 1. dist. 38. q. 1. art. 4. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 2. art. 3. Lumbier de Scient. q. 5. art. 1. & 2. Ferre tom. 1. tract. 5. q. 6. q. 1. & 2. Biescas tom. 2. q. 14. art. 5. dub. 9. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 18. art. 4. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 7. art. 9. & 10.

29. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 50. q. 3. Perez Lopez tom. 1. Philos. dist. 3. lib. 1. q. 3. art. 1. Mastrius tom. 1. Philos. disp. 3. q. 5. Vulpes tom. 1. disp. 27. art. 9. Baron tom. 4. tract. de Scient. apolog. 3. art. 2. & tract. de Vol. apol. 2. art. 5. Smiling de Deo Uno, tract. 3. disp. 2. q. 6. Durand tom. 1. tract. de Scient. disp. 2. q. 3. Merinero tom. 1. disp. 2. q. 4. & in Log. cap. 1. disp. 3. q. 6. Briceñus tom. 2. Controv. 11. art. 3. Felix de Scient. cap. 7. diff. 1. dub. 1. & 2. Meurisse lib. 1. Metaph. q. 4. Poncius in Curs. Philos. disp. 1. de ente rat. q. 9. Relius tom. 2. lib. 2. q. 8.

30. Ex Scholâ Eximia Suarez disp. 54. Metaph. sect. 2. Arriaga de Scient. disp. 19 n. 36. Quirós de Deo, disp. 55. sect. 1. Amicus tom. 1. disp. 12. sect. 16. Ovied. in Metaph. Controv. 12. punct. 7. Izquierdo Phar. Scient. disp. 12. q. 5. Aldrete de Scient. disp. 19. & 20. sect. 1. Thyrus tom. 1.

disp. 9. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 22. & disp. 16. Log. sect. 6. num. 5. Petrus Hurtado disp. 19. Metaph. sect. 6. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 39. q. 3. Caramuel in Theolog. fund. thes. 2. Gaudent. de Deo Vno, disp. 13. q. 14. Morand. tract. 3. nu. 305. Castro Vetro de ente rat. q. 6. Blasco tom. 2. dist. 102. q. 2. art. 5. §. 4.

31. QVÆST. 2. An scientia Dei sit causa rerum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1.p. q. 19. art. 4. & in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. & q. 2. de Verit. art. 14. Godoy 1.p. tom. 1. disp. 32. à p. 817. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 3. art. 1. Prudent. tract. 2. de Scient. disp. 3. dub. 6. sect. 2. Lumbier de Scient. q. 6. art. 3. Salmant. tract. 3. disp. 5. dub. 2. Machin de Scient. art. 9. disp. 25. Ferte tom. 1. tract. 5. q. 5. §. 3. & seqq. Joan. à S Thomâ 1.p. tom. 1. disp. 18. art. 3. Biescas tom. 2. q. 14. art. 8. dub. 1. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 5. dub. 5. Contenson tom. 1. lib. 1. dissent. 1. specul. 3.

32. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 37. q. vnic. Mastrius in 1. disp. 3. q. 3. art. 2. Vulpes tom. 1. disp. 27. art. 12. Briceñus tom. 2. Cons. 11. dist. 2. art. 3. Felix de Scient. cap. 2. diff. 5. Durand tom. 1. tract. de Scient. disp. 3. q. 1. Baron tom. 4. tract. de Scient. apol. 1. att. 4. Cariere tract. de Scient. q. 20. Aquila in 1. dist. 38. q. 1. Bezzille tom. 1. disp. 14. q. 10. Berming. q. 14. art. 8.

33. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect. vlt. & lib. 3. de Atrib. cap. 4. Amicus tom. 1. disp. 12. sect. 17. Beccan. tract. 1. de Scient. q. 15. cap. 10. Quiròs in Ind. q. 14. art. 8. dub. 1. & seqq. Ribadeneyra de Scient. disp. 18. cap. 1. Herrera de Scient. q. 11. sect. 4. Carleton tom. 1. sect. 14. Rhodès disp. 3. de Deo, q. 5. art. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 38. art. 1. q. 1. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 13. q. 9. Blasco tom. 2. dist. 102. q. 3. art. 4. Fuliens. lib. 1. cap. 12. resol. 2.

34. QVÆST. 3. An Deus habeat de rebus scientiam speculativam, aut practicam? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1.p. q. 14. art. 16. Godoy 1.p. tom. 2. disp. 40. à num. 63. & disp. 60. à nu. 61. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 3. art. 2. Ildephon. Michael 1.p. tom. 1. tract. 7. art. 16. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 38. q. vnic. Poncius in Comment. tom. 1. dist. 38. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 3. disp. 1. sect. 6. Merin. tom. 1. disp. 1. q. 8. sect. 1. & seqq. Baron tom. 4. tract. de Scient. apol. 1. att. 3. Vulpes tom. 1. disp. 27. art. 11. Felix de Scient. cap. 2. diff. 4. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 3. de Atrib. cap. 4. Quiròs in Ind. q. 14. art. 16. dub. 5.

35. QVÆST. 4. An Deus cognoscat mala? De quo, quæst. 1. præsentis distinctionis.

36. QVÆST. 5. An in Deo sint idea? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas

1.p. q. 15. art. 1. & 2. & in 1. dist. 26. q. 2. art. 2. Gonet tom. 1. tract. 3.
disp. 7. art. 1. & 2. Godoy 1.p. tom. 2. disp. 43. à p. 250. Ioan. à Sancto
Thomâ 1. p. tom. 2. q. 15. disp. 1. art. 1. Lezana tract. 4. disp. 4. q. 2.
Biescas tom. 2. q. 15. art. 1. dub. 1.

37. Ex Subtili Scholâ Scotus dist. 35. q. vnic. & dist. 38. & 39.
Hernandez in 1. tract. 3. disp. 3. sect. 7. Mastrius in 1. disp. 3. q. 2. Frassen
in 1. tract. 2. disp. 1. art. 3. sect. 1. q. vnic. Macedo in 1. Collat. 9. diff. 2.
sect. 1. & seqq. Poncios in Curs. Theolog. disp. 5. de Scient. q. 8. Herrera
in 1. disp. 16. q. 1. & 2. Merin. tom. 1. disp. 5. q. 1. Durand tom. 1. tract.
de Scient. disp. 6. q. vnic. Meurisse in Metaph. lib. 1. q. 16. Carriere tract.
de Scient. q. 22. Rada tom. 1. Controv. 29. art. 5. Felix de Scient. cap. 4.
diff. 5.

38. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 25. Metaph. sect. 1. Quiròs in
Ind. q. 15. art. 1. & 2. Martinon de Scient. disp. 12. sect. 4. nu. 24. Herre-
ra de Scient. q. 11. sect. 7. Carleton tom. 1. disp. 25. sect. 1. & 2. Ex alijs
D. Bonaventura in 1. dist. 35. art. 1. q. 1. Abelly de Deo, cap. 3. sect. 5.
Blasco tom. 2. dist. 105. q. 1. 2. & 3. Caspensi. disp. 12. Galitius 1. p.
Philos. disp. de Caus. Gaudent. tract. de Deo Vno, disp. 14. q. 1.

39. QUEST. 6. An sint ideae omnium, quae cognoscuntur à Deo?
Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 36. q. 2. art. 3. & 1.p. q. 15.
art. 3. Godoy 1.p. tom. 2. disp. 43. à p. 294. Gonet tom. 1. tract. 3. disp.
7. art. 3. Coutenson tom. 1. lib. 2. dissert. 1. cap. 2. specul. 1. Biescas
tom. 2. q. 15. art. 1. dub. 1. Ioan. à S. Thomâ 1.p. tom. 2. q. 15. disp. 1.
art. 4.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 39. q. vnic. & in 4. dist. 50.
q. 3. Hernandez in 1. tract. 3. disp. 3. sect. 8. Mastrius in 1. disp. 3. q. 2.
art. 1. Frassen in 1. tract. 2. disp. 1. art. 3. sect. 1. q. vnic. Poncios in Curs.
Theolog. disp. 5. de Scient. q. 8. Faber in 1. dist. 35. q. vnic. disp. 51. Ma-
cedo in 1. Collat. 9. diff. 1. sect. 1. & seqq. Vulpes tom. 1. disp. 29. art. 9.
Herrera in 1. disp. 16. q. 5. Berulle tom. 1. disp. 15. q. 4. Merin. tom. 1.
disp. 5. q. 2. Felix de Scient. cap. 4. diff. 5. Meurisse in Metaph. lib. 1. q.
15. & seqq.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 3. de Attrib. cap. 5. Herrera de
Scient. q. 11. sect. 7. Quiròs in Ind. q. 15. art. 3. Carleton tom. 1. disp. 25.
sect. 1. & 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 35. art. 1. q. 1. Gaudent.
tract. de Deo Vno, disp. 14. q. 4. Abelly de Deo, cap. 3. sect. 5. Blasco
tom. 2. dist. 105. q. 5. art. 3. Fuliensis lib. 1. cap. 12. resol. 3. & 4.

DE COMPARATIONE DEI AD RES , SCILI-

CET, QVOMODO DEVS SIT IN REBUS.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-SEPTIMÆ

Synopsis.

*Solus ubique Deus nullo discrimine rerum
Mutatur nullo tempore, sive loco.*

Sic incipit : *Et quoniam demonstratum est, &c.*Sic terminat: *Deduxit disputationem.*

1. **C**ONNECTITVR hæc præfens distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister, quomodo res sit in Deo ; sed in præsenti expendit, quomodo Deus sit in rebus : ergo bene cum superiori hæc connectitur distinctio.

2. Consequentia probatur: res esse in Deo, & Deum in rebus esse, relativè dicuntur ; sed quò pacto de aliquo agitur telato , opus est, de suo correlato illicò pertractare : ergo dum hic Magister ostendit, quomodo Deus sit in rebus, postquam in superiori distinctione demonstravit, quo modo res sint in Deo, sanè suum proprium implet differendi munus.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit modos veros, quibus Deus est in rebus. In secundâ verò removet falsos modos , quibus non est in ipsis , declarans, etiam Deum nec loco, nec temporis mutatione mutari. In tertiat autem, & ultimâ ostendit, qualiter de novo incipit, & desinit esse in creaturis.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, ponitur hæc conclusio: *Quāvis Deus sit in omnibus rebus creatis præsentialiter, potentialiter, & essentialiter; in soli tamen Iustis est tanquam in propriâ habitatione.* Quām conclusionem probans Magister, plures essendi modos in creaturis expendit.

5. Primo modo est in rebus per potentiam ; quia omnia producit. Secundo per præsentiam; quia omnia cognoscit. Tertio per essentiam; quia suâ immensitate replet omnia , ubique totus existens, & ab omni

Ioco, & creaturā indistans. Quarto, & speciali modo Deus est in Iustis, scilicet, eos inhabitans per gratiam.

6. Alio modo excellentiori est in homine Christo, in quo plenitudo divinitatis corporaliter habitat per gratiam unionis. Vnde hunc essendi modum dimitrit Magister, eò quod pertineat ad Tertium Sententiarum Librum: ergo est Deus sit in omnibus rebus creatis per potentiam, essentiam, & præsentiam, tamen in solis Iustis adest tanquam in propriâ habitatione,

7. Quod ergo modo speciali in Iustis habitet Deus per gratiam, probat primò ex illo Isaia cap 66. vbi Iusti dicuntur esse sedes Dei; pecatores vero scabellum pedum eorum. Secundò apud Sapient. cap. 7. & 9. appellantur Iusti Thronus Dei. Et alibi passim dicuntur Dei templum; sed omnia hæc ostendunt modum aliquem peculiarem essendi in Iustis, quo Deus in peccatoribus, alijsque in rebus non sit: ergo quævis Deus in omnibus rebus creatis sit potentia, essentia, & præsentia, nihilominus solis in Iustis habitat specialiter.

8. Tertiò sic amplius favebat asserto Magister: Deus non ubique est, ibi habitat, sed imo potius ubi habitat, ibi specialiter est; sed Deus in solis bonis habitat, qui sunt templum eius, & sedes: ergo Deus in solis Iustis specialiter est. Minor probatur: tunc Iustos inhabitare dicuntur Deus, quando temporaliter in eos procedit; sed Deus solum in Iustos temporaliter procedit: ergo Deus in solis bonis habitat; ac proinde in Iustis specialiter est.

9. Gemini Augustini testimonio rem totam exambit Magister. Primum desunitur ex Epist. 28. ad Hieronymum de Orig. Anima, ubi hæc ad longum expressa continentur verba: *sicut per omnes partes corporis tota Anima adest simul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus; sed tamen in alijs intensius, in alijs remissius operatur, cum in singulis partibus corporis essentialiter tota sit.* Ita Deus, cum sit in omnibus essentialiter totus; in ijs tamen plenus esse dicitur, quos inhabitat. Sed Deus Iustos solum inhabitat: ergo cum in ijs plenus sit, quam in exterris alijs creaturis, specialiter Deus erit in Iustis.

10. Secundum sic habetur ex Tract. 3. sup. Ioan. cap. 17. Non sat fuit dicere: *Vt rbi ego sum, & illi sint; sed addidit, mecum;* quia & ibi miseri possunt esse, rbi, & ille est, qui nusquam dedit. Nam soli Beati sunt cum illo, & non reprobi; sicut cœci in luce, non cum luce. Sed propter hanc inhabitationem gratia, non dicimus, Pater noster, qui es ubique, sed in Cœlis, idest, Sanctis: ergo quia specialissimo modo est Deus in Iustis, quam in alijs creaturis.

11. Sed oppones primò: si Deus in omnibus foret rebus, oporteret, ut esset in rebus foedis, & immundis; sed hoc implicat, alias Deus immundus foret, ituxa illud Ecclesiast. 13. *Qui tetigerit picem, iniquiabitur ab ea:* igitur Deus non est in omnibus rebus.

12. Respondet Magister, quod licet dicamus, Deum esse in locis foedis, & immundis, non ideo foedatur, aut maculatur Deus: sicut nec Spiritus humanus per unionem ipsius ad corpus leprosum inquinatur; nec Sol, dum foeda fuis radijs attingit, defecatur.

13. Instabis: si Deus in cunctis esset rebus, in Oratione Dominicā diceretur: Pater noster, qui es ubique, sive in omnibus rebus; & non tantum, qui es in Cœlis: ergo quia Deus non est in omnibus rebus.

14. Respondet Magister, Deum esse in omnibus rebus, quoniam dicamus, esse in Cœlis; quia ibi accipit Cœlos, pro Sanctis, ita ut vertat hunc sensum: Pater noster, qui es in Cœlis, idest, in Sanctis, ut supra expendimus.

15. Vel responderi valet, Deum dici esse in Cœlis, & non in terris; quia in Cœlis videtur operari effectus principaliores circa corpora illa cœlestia: sicut rationalis Anima dicitur esse in capite, eò quod ibi exercitat plures, & nobiliores operationes, quam in alijs corporis partibus. Vnde non negatur, Deum esse in terris in pœnitençia Oratione, tametsi in Cœlis dicatur esse, cum Cœlum, & terram Deus impleat, ut ipsem et statut per Hiereniam cap. 23.

16. Oppones secundò: mali sunt in Deo, quia in illo vivunt, moventur, & sunt; sed non consequitur maior convenientia per hoc, quod est esse cum aliquo, quam in aliquo: ergo sicut mali dicuntur esse in Deo, ita debent dici esse cum Deo.

17. Respondetur negando minorem, & consequentiam. Nam propositio cum, denotat associationem. In societate autem duo considerantur, scilicet mutuum auxilium, & voluntatis conformitas; quoniam ergo soli boni habent voluntatem conformem, & sunt coadiutores Dei, ideo de eis tum propriè dicitur, quod sint cum Deo, & Deus cum illis: At mali cum non conformantur, nec auxiliantur Deo in sua salute, sed contradicunt, & tamen Deus adiuvet eos in multis, dicimus, quod mali sunt in Deo, non cum Deo; sive quod Deus est in malis, tanquam in alijs rebus, non verò specialiter, sicut in bonis. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

18. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hæc alia ponitur conclusio: *Deus solus ubique existens, non variatur loco, vel temporis mutatione.* Ante cuius probationem supponit Magister, naturam divi-

nam esse in loco, non tamen circumscribi, vel diffiniri à loco. Näm Deus reverà est in omni naturā, & essentiā, sine sui distinctione; in omni loco, sine sui circumscriptione; in omni demū tempore, sine mutabilitate, sui.

19. Quod primò ostendit per hoc, quòd duplex mutatio inveniatur in naturā creatā. Creatura enim corporalis loco diffinitur, & circumscribitur; spiritualis autem solum diffinitur, & non circumscribitur; sed quod loco non diffinitur, aut circumscribitur, non variatur loco, nec temporis mutatione: ergo cum Deus non diffiniatur, aut circumscribatur loco, estò solus ubique existat, non variabitur loco, vel temporis mutatione.

20. Præterea, creatura temporalis per tempus, & locum movetur; spiritualis autem solum per tempus, & non per locum movetur; sed Deus nec per tempus, nec per locum movetur: ergo et si ubique Deus existat, tamen non variatur loco, aut temporis mutatione.

21. Secundo, ut idipsum ostendar Magister, inquirit: Vtrum mutari per locum conveniat spiritui? Et respondet, quòd transire de loco ad locum, ita quòd diffiniatur, & non circumscribatur, hoc reverà spiritibus convenit; transire verò de loco ad locum circumscriptivè, eis non convenit; sed Deo non convenit locabile, circumscriptibile, & mutabile, eò quòd sit immensus, & ubique existens: igitur solus Deus non variatur loco, nec temporis mutatione.

22. Dices primò: spiritualis creatura mensuratur aeo, eò quòd sit perpetua: ergo si movetur, non per tempus, sed per aevum movetur; igitur spirituali creaturæ non convenit per tempus moveri.

23. Respondetur cum Divo Bonaventurā, quòd licet aevum sit Angelorum mensura quantum ad esse substantiale, quod invariabile, & incorruptibile censetur; tamen tempus est illorum mensura quantum ad proprietates, quæ variantur; cum quædam subito, & quædam successivè ab ipsis acquirantur, ut passim in Tractatu de Angelis habetur.

24. Dices secundò: Deus est ubique: ergo est hic; sed quod hic est, est in loco determinato: ergo Deus est in loco determinato; sed quod in loco determinato est, circumscribitur ab illo; ergo Deus loco diffiniatur, aut circumscribitur.

25. Respondeatur, quòd hic, potest bifatiam usurpari. Aut demonstrativè tantum, aut demonstrativè, & simul discretivè. Primo modo verum est, Deum esse hic, quia non est assignare locum, cui Deus non sit præsens. Secundo vero modo falsum est, Deum esse hic, cum sic limitetur ad determinatum locum, quod Deo repugnat, eò quòd sit ubique,

que, sive omni in loco per imminensitatem existat.

26. Dices tertio : Deus incipit esse in rebus , quæ de novo creantur, cum in eis antea non esset; sed implicat esse de novo in rebus, in quibus antea non erat, quin moveatur secundum locum : ergo Deus variatur loco, & temporis mutatione.

27. Respondetur negando minorem , & consequentiam. Quia Deum incipere, & desinere esse in rebus creatis , non est denominatio intrinseca, sed extrinseca Deo, quæ Dei mutationem nullatenus importat, sed solum loci, aut creaturæ mutationem exprimit , vt recte ac catholicè lustranti patebit. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficient.

28. PRO TERTIÆ, & vltimæ partis ostensione, hæc ponitur conclusio: Deus sine sui mutatione, de novo incipit, & definit esse in creaturis. Quod suadere tentat primo authoritate Divi Augustini lib. 4. sup. Genes. cap. 23. dicentis: Cum Deus aliquid in creaturā agit, non debemus opinari eius substantiam, qua Deus est, temporibus locisque mutabilem. Ergo licet de novo incipiat, & definat esse in creaturis Deus , tamen hoc sine sui mutatione operatur.

29. Secundo, quanvis Deus incipiat esse in rebus , vel in ipsis definat esse, hoc solum est secundum rerum mutationem, non autem secundum mutationem eius: ergo Deus incipit , & definit esse denuò in creaturis , & sine sui mutatione. Antecedens probatur : si aere illuminato, intelligatur creari crystallus, radius solaris incipit esse in eo; & crystallo amoto, definit esse, nullâ factâ mutatione in radio: ergo & poterit Deus incipere, & definere esse de novo in rebus, nullâ in Deo factâ mutatione.

30. Tertio: motus est actus imperfectus ; sed in Deo nulla est imperfectio: ergo Deus absque ullâ sui mutatione incipit, & definit esse in rebus.

31. Confirmatur: per motum semper aliquid de novo acquiritur, & deperditur ; sed perfectioni infinita Dei repugnat , aliquid de novo acquirere, aut deperdere, vt ex se liquet: ergo quanvis in rebus incipiat, & definit esse Deus, tamen sine sui mutatione hoc operatur ab ipso.

32. Pro distinctionis termino inquirit Magister, ubi erat Deus, antequam creaturas conderet ? Et respondet cum Augustino lib. 3. contra Maxim. cap. 21. Deum esse, & habitare in seipso. Quod sic ostendit: Deus vt sit, non indiget loco, & habitaculo creaturarum ; nec ab ipsis dependet, vt eis deficientibus deficiat, sicut domus corruit, fundamento labente. Insuper , Deus non innititur creaturis , imponitus creaturæ innituntur Deo: igitur Deus in seipso erat antequam creaturas conderet, et quod in

in creaturis ipsis non esset. Et hæc de tertiat, & ultimâ distinctionis parte satis sint dicta.

Q VÆSTIONES.

33. QVÆST. 1. An ex operatione Dei ubique, rectè inferatur eius immensitas, sive præsentia? De quo, *distinctione 8. quest. 7.*

34. QVÆST. 2. An Deus sit ubique per essentiam, potentiam, & præsentiam? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37. q. 1. art. 2. & 1. p. q. 8. art. 3. Gonet tom. 1. tract. 1. disp. 4. art. 5. Lumbier dist. 4. q. 9. art. 2. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 6. §. 1. & 1. Biescas tom. 1. q. 8. art. 3. dub. 1. & seqq. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 4. dub. 3. art. 3.

35. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 37. q. vnic. Macedus in 1. Collat. 9. diff. 3. sect. 1. & seqq. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 3. q. 1. Rada tom. 1. Controv. 28. art. 1. Faber in 1. dist. 37. q. vnic. disp. 5. cap. 1. Vulpes tom. 1. disp. 18. art. 6. Smising de Deo Uno, tract. 2. disp. 5. q. 2. Briceño tom. 1. Controv. 6. in pralud. Niise tract. 1. p. 1. q. 3. Berming. q. 8. art. 3.

36. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 2. Quiròs in Ind. q. 8. art. 3. Maurus tract. 2. de Deo, q. 2. 1. Beccan. de Attrib. cap. 6. q. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 37. art. 3. q. 2. Caspens. tract. 7. disp. 7. sect. 1. Morand. tract. 1. q. 9. Coriolan. q. 7. art. 3. Baudun. q. 8. art. 3. Gaudent. de Deo Uno, disp. 7. q. 8.

37. QVÆST. 3. An esse ubique sit proprium Dei? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37. q. 2. art. 2. & 1. p. q. 8. art. 4. & quodlib. 11. art. 1. Biescas tom. 1. q. 8. art. 4. dub. 1. & seqq. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 4. dub. 3. art. 4. Et omnes alij Authores pro superiori questione adducti.

38. Ex Scholâ Subtili Scotus in Report. in 1. dist. 37. q. 1. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 3. q. 3. Vulpes tom. 1. disp. 18. art. 4. Boyvin tom. 1. tract. de Deo Uno, cap. 2. disp. 5. q. 7. Berulle tom. 1. disp. 9. q. 1. Berming. q. 8. art. 4. Et in nostro Athenæo sub Schol. Seraph. q. 3. art. 2.

39. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 2. Beccan. tom. 1. q. 3. cap. 7. Quiròs in Ind. q. 8. art. 4. Muniesa de Attrib. disp. 12. sect. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 37. art. 2. q. 1. Gaudent. tract. 1. de Deo Uno, disp. 7. q. 5. Caspens. disp. 7. sect. 1.

40. QVÆST. 4. An esse aeternum sit proprium Dei? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 8. quest. 2. art. 2. & 1. p. q. 10. art. 3. Gonet tom. 1. tract. 1. disp. 4. art. 7. Biescas tom. 1. q. 10. art. 3. dub. 1. & 2. Lumbier de Attrib. dist. 4. q. 12. art. 4.

41. Ex Subtili Schola Scotus in Report. in 1. dist. 7. q. 2. & 3. Mastrius tom. 1. disp. 2. q. 6. art. 1. & seqq. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 4. q. 2. Smising de Deo Vno, tract. 2. disp. 4. q. 4. Vulpes tom. 1. disp. 17. art. 9. Sannig tom. 1. tract. 1. dist. 3. q. 4. Boyvin tom. 1. tract. de Deo Vno, cap. 2. disp. 4. q. 2. Berulle tom. 1. disp. 7. q. 5. Niile tract. 1. p. 1. q. 3.

42. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 1. & 4. Beccan tom. 1. q. 3. cap. 7. & 8. Quiros in Ind. q. 10. art. 8. Borrull de Attrib. disp. 9. sect. 2. Muniesa de Attrib. disp. 13. sect. 9. Mauris tract. 2. de Deo, q. 20. Ex alijs Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 10. q. 7. Abelly de Deo, cap. 2. sect. 5. Fuliensis lib. 1. cap. 6. resol. 2.

43. QVÆST. 5. An Deus fuerit, &c sic in spatijs imaginarijs extrahendum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37. q. 2. art. 2. Coner tom. 1. tract. 1. disp. 4. art. 5. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 8. ill. 4. Ildephon. Michaël 1. p. tom. 1. tract. 4. q. 8. dub. 2. Biescas tom. 2. q. 8. dub. 9. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 3. dub. 7. Contenson tom. 1. lib. 11. dissert. 4. cap. 1. specul. 2. Lumbier de Attrib. dist. 4. q. 9. art. 5. Ferre tom. 1. tract. 2. q. 6. §. 7.

44. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 37. q. vnic. Mastrius tom. 2. Philos. disp. 11. q. 6. Brancat. tom. 1. de Deo Vno, disp. 9. q. 13. nu. 17. Frassen in 1. disp. 3. de Attrib. art. 3. q. 3. Briceño tom. 1. Controv. 9. art. 3. Durand tom. 1. disp. 4. q. 5. Baron tom. 4. tract. de Attrib. apol. 7. act. 5. Smising de Deo Vno, tract. 2. disp. 5. q. 2. Boyvin tom. 1. tract. de Deo Vno, cap. 2. disp. 5. q. 6. Faber in 1. dist. 37. q. vnic. disp. 51. cap. 3. Vulpes tom. 1. disp. 13. art. 3. Berulle tom. 1. disp. 2.

45. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 30. Metaph. sect. 7. Card. Delugo tom. 1. de Sacram. disp. 5. sect. 6. Izquierdo tom. 1. Theolog. tract. 3. disp. 5. q. 2. Franc. Alphon. disp. 22. sect. 2. Spinula disp. 10. sect. 1. Linze lib. 7. tract. 1. cap. 2. nu. 1. Carleton tom. 1. disp. 8. sect. 4 & disp. 33. Phis. sect. 4. Muniesa de Attrib. disp. 12. sect. 2. Amicus tom. 1. disp. 8. sect. 3. & tract. 2. 1. Philos. 4. 5. disp. 1. art. 3. Hennao in Empirol. exercit. 11. sect. 5. Borrull disp. 11. sect. 1. Quiros in Ind. q. 8. art. 2. Curs. Trinit. tom. 2. tract. 1. disp. 4. q. 2. Esparza de Deo, q. 7. Rhodès disp. 4. de loco, q. 1. sect. 2. §. 3.

46. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 37. p. 2. art. 1. q. 3. Aguirre tom. 1. disp. 28. sect. 1. & seqq. Gaudent. tract. 1. de Deo, disp. 7. q. 7. Morandus tract. 1. q. 10. Abelly de Deo, tract. 2. cap. 2. sect. 6. Coriolan. q. 8. art. 9. Caspens. disp. 7. sect. 2. Fuliens. lib. 1. cap. 2. resol. 3.

47. QVÆST. 6. An Deus concurrat immediate ad effectus creatos
im-

immediatione virtutis, & suppositi? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas
1.p. q. 44. art. 1. Ioan. à S. Thomâ 1.p. q. 19. disp. 3. art. 3. & in Phis.
q. 25. art. 1. Complutens. in Phis. disp. 11. q. 1. Dominicus Linze
lib. 4. Phis. tract. 8. cap. 3. Parra lib. 2. Phis. disp. 5. dub. 2. Villalpando
lib. 2. Phis. q. 8. & 9. Froylanus in Phis. q. 3. de Caus. art. 3. Lerma
lib. 2. Phis. q. 13. Palanco lib. 2. Phis. q. 14. Martinez Prado tom. 2.
Metaph. Controv. 12. art. 1. & seqq. Bayona lib. 2. Phis. q. 11. art. 5.

48. Ex Subtili Scholâ Scotus quest. 1. & 2. de Rerum princip.
pag. 1. & 6. Perez Lopez tom. 2. Philos. lib. 2. dist. 5. q. 1. Hernandez in
Curs. Philos. tom. 3. disp. 4. sett. 5. & 6. Macedo tom. 2. tract. de Con-
curs. Caus. Collat. 9. diff. 3. sett. 1. 2. & 3. Mastrius in 2. disp. 1. q. 3.
art. 1. Poncius in Curs. Philos. lib. 2. disp. 38. q. 5. Frassen 3. p. Philos.
sett. 1. de Caus. q. 3. Heirera in 2. disp. 1. q. 3. & 4. Merinerus lib. 2. Phis.
disp. 4. q. 8. Lanterius de Prim. Efficient. disp. vna, & in 2. disp. 2. pro-
pos. 2. Berulle tom. 5. disp. 2. q. 2. Et in Nostro Athenæo sub Schol.
Seraph. q. 4. art. 4. & 5.

49. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 22. Metaph. sett. 1. Oviedus
lib. 2. Phis. controv. 10. punct. 1. Arriaga disp. 10. de Caus. & sett. 1. Bec-
can. tom. 1. cap. 18. Ribadeneyra disp. 9. de Predest. Izquierdo disp. 38.
de Deo, à nu. 63. Borrull d sp. vit. de Vol. Miniesa de Attrib. disp. 11.
sett. 2. Curs. Trinit. tom. 2. tract. 1. disp. 2. q. 14. Peñafiel tom. 2. disp. 9.
q. 2. sett. 1.

50. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 45. art. 1. q. 2. Aguirre tom.
1. Philos. disp. 16. sett. 1. Caramuel in Theolog. fund. thes. 8. Laleman-
det disp. 4. Phis. part. 4. Abelly de Deo, tract. 4. cap. 1. sett. 1. Gaudent.
tract. de Deo Vno, disp. 16. q. 5. Castro Vetro tract. de Caus. q. 7. Galli-
tius 1.p. Philos. lib. 2. tract. 3. q. 1. Blasco tom. 2. lib. 15. dist. 50. q. 4.
art. 1. Torrecilla lib. 2. Phis. q. 4. sett. 1. art. 1.

51. QVEST. 7. Aa & quonodò Angelus sit in loco? Ex Angelicâ
Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37. q. 3. art. 1. & 1.p. q. 52. art. 1. Gon-
etus tom. 2. tract. 7. dist. 4. art. 1. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 52. disp. 20.
art. 1. Ioan. de Neapol. q. 22. punct. 4. Saltmant. tom. 2. tract. 7. disp. 2.
de Ang. dub. 1. Labat tom. 2. tract. 3. disp. 1. dub. 6. Contenson tom. 2.
lib. 4. dissert. 2. cap. 1. specul. 2. Ferre tract. 16. de Ang. q. 1. §. 1. &
seqq. Carrasco 3. p. de Ang. dub. 3. resol. 1.

52. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 2. q. 5. Hernandez in 2.
tract. 2. de Ang. disp. 10. sett. 1. & seqq. Mastrius tom. 2. Philos. disp. 11.
q. 4. art. 2. & 5. art. 2. & in 2. disp. 2. q. 3. Macedo tom. 2. Collat. 1.
diff. 4. sett. 1. & seqq. Frassen in 2. tract. 1. disp. 2. art. 3. q. 1. & 2.

276 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.
Carriere tratt. de Ang. q. 5. Poncius in Curs. Theolog. disp. 14. de Ang. q. 1. Vulpes tom. 1. part. 2. disp. 18. art. 1. Aquila in 2. dist. 2. q. 2. Boyvin tom. 1. tratt. 3. disp. 2. q. 5. Rada in 2. Controv. 6. art. 1. & 2.

53. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Ang. cap. 1. & seqq. Arriaga de Ang. disp. 17. sett. 1. Amicus de Ang. disp. 5. sett. 1. Carleton tom. 1. disp. 71. sett. 1. & seqq. Rhodès de Ang. disp. 1. q. 1. sett. 4. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 2. art. 2. q. 1. Caspens. de Ang. disp. 4. Morand. tratt. 7. q. 8. num. 687. Abelly de Deo, tratt. 4. cap. 2. sett. 4. Gaudentius tratt. 4. de Ang. disp. 9. q. 1. & 2. Blasco tom. 2. dist. 133. q. 1. art. 1. & 2. Fuliens. lib. 3. cap. 2. resol. 3.

54. QVÆST. 8. An Angelus possit esse naturaliter, aut divinitus in pluribus locis adæquatiss? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37. q. 3. art. 2. & 1.p. q. 52. art. 2. Gonetus 10. n. 2. tratt. 7. d. sp. 4. art. 2. Salmant. tratt. 7. de Ang. disp. 2. dub. 8. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 52. disp. 20. art. 2. Biescas tom. 1. q. 8. art. 2. dub. 5. & 6. Complut. lib. 4. Phis. Labat tom. 2. tratt. 3. disp. 1. dub. 7. Ferre tratt. 16. de Ang. q. 5. §. 14. & 16.

55. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 2. q. 7. Hernandez in 2. tratt. 2. de Ang. d. sp. 10. sett. 6. Poncius in Curs. Theolog. disp. 14. de Ang. q. 3. Lychetus in 2. dist. 2. q. 7. Faber in 2. dist. 2. disp. 18. q. 7. Vulpes tom. 1. p. 2. art. 6. Rada in 2. Controv. 6. art. 3. Herrera in 2. disp. 6. q. 9. Durand tom. 2. tratt. de Ang. disp. 4. q. 2. Delgadillo de Ang. cap. 8. diff. 2. dub. 10. Angles in 2. dist. 2. diff. 3. Herinx tom. 1. tratt. de Ang. disp. 4. q. 2. Sannig tom. 1. tratt. 4. dist. 4. q. 2. Villaverde lib. 4. Phis. cap. 2. q. 2.

56. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Ang. cap. 10. Amicus de Ang. disp. 5. sett. 4. Arriaga de Ang. disp. 16. sett. 8. Carleton tom. 1. disp. 71. sett. 7. Linze lib. 7. Phis. tratt. 1. cap. 3. Peñafiel disp. 14. Phis. q. 2. Echalaz tratt. 4. Phis. disp. 26. cap. 6. & disp. 19. q. 8. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 2. q. 2. Gaudentius tratt. 4. de Ang. disp. 9. q. 3. Torrecilla lib. 4. Phis. q. 1. art. 5.

57. QVÆST. 9. An plures Angeli possint esse naturaliter in eodem loco? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37. q. 3. art. 3. & 1.p. q. 52. art. 3. Gonetus tom. 2. tratt. 7. disp. 4. art. 4. Salmant. tratt. 7. de Ang. disp. 2. dub. 9. tom. 2. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 52. disp. 20. art. 3. Labat tom. 2. tratt. 3. disp. 1. dub. 7. Ferre tratt. 16. de Ang. q. 5. §. 18.

58. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 2. q. 8. Hernandez in 2. tratt. 2. de Ang. disp. 10. sett. 7. & in Curs. Philos. tom. 3. lib. 4. disp. 1. sett. 3. Frassen 3. p. Philos. sett. 3. de Loco. q. 2. Poncius in Curs. Theolog.

log. disp. 14. de Ang. q. 3. & lib. 4. Philes. disp. 44. q. 4. Macedo tom. 2.
 tract. de Ang. collat. 1. diff. 4. sect. 8. Carriere tract. de Ang. q. 5.
 Herrera in 2. disp. 6. q. 12. Rada in 2. Controv. 6. art. 4. Delgadillo
 tract. de Ang. diff. 2. dub. 12. cap. 8.

59. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Ang. cap. 9. Arriaga disp.
 16. de Ang. sect. 9. Amicus de Ang. disp. 5. sect. 8. Carleton tom. 1.
 disp. 71. sect. 5. Rhodès de Ang. disp. 1. q. 4. sect. 1. §. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 2. q. 4. Morandus tract. 7. q. 12. Caspens. disp. 4. sect. 3.
 Gaudentius tract. 4. de Ang. disp. 9. q. 6. Torrecilla lib. 4. Phis. q. 1.
 art. 4.

60. QVÆST. 10. An Angelus moveatur ab extremo in extremum,
 quin pertranseat medium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37.
 q. 4. art. 2. & quodlib. 1. art. 5. & 1. p. q. 53. Gonet tom. 2. tract. 7.
 disp. 5. art. 3. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 52. disp. 20. art. 4. Salmant.
 tom. 2. tract. 7. de Ang. q. 53. disp. 2. art. 2. Labat tom. 2. tract. 3. disp.
 1. dub. 8. Lezana tract. 6. disp. 6. q. 4. Ferre tract. 16. de Ang. q. 6. §. 4.

61. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 2. q. 12. Hernandez in 2.
 tract. 2. de Ang. disp. 11. sect. 5. Brancat. de Ang. disp. 6. q. 4. Mastrius
 in 2. disp. 2. q. 4. art. 1. Frassen in 2. tract. 1. disp. 2. art. 3. q. 3. Macedo
 tom. 2. tract. de Ang. collat. 2. diff. 1. sect. 3. Poncii in Curs. Theolog.
 disp. 14. de Ang. q. 4. Delgadillo de Ang. diff. 3. cap. 8. dub. 6. & 7.
 Vulpes tom. 1. p. 2. disp. 19. art. 7. Faber in 2. dist. 2. disp. 22. q. 12.
 Sannig tom. 1. tract. 4. dist. 4. q. 4. Lychetus in 2. dist. 2. q. 12. Berulle
 tract. 2. de Ang. q. 9.

62. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Ang. cap. 18. & 19. Ami-
 cus de Ang. disp. 6. sect. 4. Carleton disp. 63. tom. 1. sect. 7. Arriaga de
 Ang. disp. 17. sect. 1. subsect. 2. Beccan. tract. 3. cap. 1. q. 6. Rhodes de
 Ang. disp. 1. q. 4. sect. 1. §. 3. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 37. p. 2.
 art. 2. q. 2. Caspens. disp. 5. sect. 5. Baudin. q. 47. art. 2. Gaudent. tract.
 4. de Ang. disp. 10. q. 5. Blasco tom. 2. dist. 133. art. 2.

63. QVÆST. 11. An motus Angeli sit instantaneus, aut succe-
 ssivus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 37. q. 4. art. 3. & 1. p.
 q. 53. art. 3. Gonet tom. 2. tract. 7. disp. 5. art. 2. Salmant. tom. 2. tract.
 7. disp. 3. dub. 3. 4. & 7. Ioan. à S. Thomâ tom. 2. q. 52. disp. 20. art. 5.
 Labat tom. 2. tract. 3. disp. 1. dub. 8. & 9. Contenson tom. 2. lib. 4. dissert.
 2. cap. 1. specul. 3. Ferre tract. 16. de Ang. q. 6. §. 2. & 3.

64. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 2. q. 9. & 11. Hernandez
 in 2. tract. 2. disp. 11. sect. 4. Frassen in 2. tract. 1. disp. 2. art. 3. q. 2.
 Poncii in Curs. Theolog. disp. 14. de Ang. q. 4. Macedo tom. 2. tract. de

Ang. Collat. 2. diff. 1. sect. 1. & 2. Vulpes tom. 1. p. 2. disp. 19. art. 4. & seqq. Carriere tract. de Ang. q. 6. Durand tom. 2. tract. de Ang. disp. 5. q. 4. Delgadiilo de Ang. cap. 8. diff. 2. dub. 4. Lanterius tract. 2. de Ang. disp. 7. propos. 1. Angles in 2. diff. 2. q. 4. diff. 1. Rada in 2. Contror. 7. art. 3. & 4. Herinx tom. 1. tract. de Ang. disp. 4. q. 2.

65. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 4. de Ang. cap. 21. Amicus de Ang disp. 6. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 63. à sect. 1. Arriaga disp. 17. sect. 6. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 27. art. 2. q. 3. Gaudent tract. 4. de Ang. disp. 10. q. 3. Morand. q. 14. & 16. Caspens. disp. 5. de Ang. sect. 2. & 3. Baudun. q. 47. Blasco tom. 2. dist. 133. q. 2. art. 3.

DE COMPARATIONE SCIENTIÆ DEI AD RES SCITAS.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ OCTAVÆ

Synopsis.

*Quāvis non possit divina scientia falli,
Libera contingunt multa futura tamen.*

Sic incipit: *Nunc ergo ad propositum, &c.*

Sic terminat: *Et ita non esse præscitum.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de scientia Dei secundum se, & de rebus scitis respectivè; sed in præsenti determinat de cōparatione ipsius scientiæ ad res scitas: ergo rectè cum superiori præsens cohæret distinctio.

2. Consequentia probatur: sicut res scita respiciunt scientiam divinam; sic præscientia divina res scitas respicit, eò quod correlative ad invicem dicantur: ergo si Magister in antecedenter distinctione egit de rebus scitis respectivè ad scientiam divinam; aptè processit determinando in præsenti, de præscientiâ ipsâ divinâ respectivè ad res scitas.

3. Dividitur præsens distinctio in duas præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, quomodo scientia Dei sit rerum causa. In secundâ autem, & ultimâ quandam solvendo quæstionem, determinat,

qua-

qualiter præscientia Dei non auferat libera futurorum effectum contingentiam.

4. PRO PRIMÆ igitur partis clatâ indagine, hæc proponitur thesis: *Dens scientiâ approbationis, & beneplaciti non est causa simpliciter omnium futurorum contingentium, sed tantum bonorum.* Quam ut ostendat Magister, inquirit: Vtrum scientia Dei, vel præscientia sit rerum scitarum causa; aut è contraria, res scitæ sint causa scientiæ Dei?

5. Et respondet Magister probando primò, quod scientia Dei, sive præscientia sit causa rerum: futura aliter evenire non posunt, quam sciuntur à Deo, eò quod illius scientia falli non possit; fallereturque, si aliter evenire possent; sed si scientia Dei, sive præscientia non foret futurorum causa, possem futura aliter evenire, quam præscita sunt à Deo; cum non possit aliâ ex causâ, quam ex scientiâ Dei, illis evenire necessitas existendi; ergo præscientia rerum erit illarum causa.

6. Secundò probat ex Divo Augustino lib. 15. de Trinit. cap. 13. dicente: *Vniuersas creaturas, non quia sunt, ideo novit; sed ideo sunt, quia novi;* ergo res non ideo præsciuntur à Deo quia futuræ sunt; sed ideo sunt futurae quia præsciuntur: ergo cum hoc sit, ostendere, scientiam Dei esse futurorum causam; non futura scientiæ, sed futurorum scientia ipsa divina erit causa.

7. Tertiò, scientia Dei est increata & æterna; sed nihil creatum & temporale potest esse causa alicuius increati & æterni: ergo cum res sint creatae & temporales, non poterunt esse causa præscientiæ Dei; imponit scientia divina erit illarum causa.

8. Quartò, omnis causa nobilior est suo effectu: ergo si divina præscientia causaretur à rebus, cum illa sit increata, & ista creatæ, creatum nobilius foret increato, quod penitus repugnat: ergo nunquam res præscientiæ divina sunt causa.

9. Postea sic in oppositum arguit primò Magister: si scientia Dei foret causa rerum scitarum, sequeretur, Deum esse causam malorum; necnon mala omnia esse ab ipso scita, & præscita; sed Deus non est causa malorum, etiamsi illa cognoscatur: ergo nec scientia Dei erit futurorum causa.

10. Confirmat assumptum per Origenem lib. 7. cap. 8. ad Rom. dicentem: *Non propteræ aliquid erit, quia id seit Deus futurum; sed quia futurum est, ideo scitur à Deo, antequam fiat.* Ergo si Deus præscit, rem esse futuram, quia ipsa futura est; & non est futura, quia præscitur à Deo, bene infertur, quod præscientia Dei non sit futurorum causa.

11. Ut solutionem his adhibeat instantijs Magister, scientiam Dei

bisariam usurpat. Primo, pro simplici notitia. Et sic nullius rei propriè scientia Dei dicitur causa, nisi forte sit causa sine quā non. Non enim Deus quemquam cogit peccare, per hoc, quod præsciat eum peccatum. Secundo accipitur pro notitia simul, & beneplacito, sive decreto Dei. Et sic consideratā scientiā, est rerum omnium causa.

12. Respondet modò ex dictis Magister arguento, illiusque confirmationi, Deum non cognoscere mala, nisi scientiā simplicis intelligentiæ. Cùm ergò secundum hanc scientiam non sit rerum causa, ut expendimus, consequens est, quod Deus non sit malorum causa.

13. Sic enim præscivit, & prædixit Iudæorum infidelitatem, sed non fecit; nec præscivisset eorum mala, nisi ea essent habituri. Non ergò mala præscit, tanquam facturus. At scientia Dei dicitur bonorum causa, quia illa non solum cognoscit, sed approbat. Mala autem quāvis cognoscat, non approbat, & sic eorum causa non dicitur.

14. Sed oppones: scientia divina primo, & secundo modo considerata, aut dicit eundem modum sciendi, aut diversum. Si eundem: ergo sicut uno modo dicitur rerum causa, sic & alio. Si diversum: ergo in Deo erit multiplex modus sciendi, non uniformis per omnia, quod summoperè Deo repugnat.

15. Respondetur, quod licet in nobis notitia simplex, & beneplaciti notitia diversas cognitiones, variosque intelligendi modos exprimant; tamen in Deo unam tantum denotant cognitionem, quā Deus efficit quicquid à nobis per geminam operatur cognitionem. Dum enim contemplatur per modum beneplaciti, aut approbationis, connotat effectum, & bonitatem, dicitque rationem causæ; quandò vero per modum simplicis notitiae, solum eventum, & non rationem causæ connotat; sicut non opus est multiplicare præscientiam divinam, ut respectu multiplicitis considerationis dicatur causa, & non causa rerum. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

16. PRO SECVNDE, & ultima partis declaratione, hæc alia ponitur thesis: *Cum infallibili præscientiā Dei recte cohæret libera futurorum effectuum contingentia.* Quam conclusionem probans Magister, sic arguit ab opposito, ostendens, scientiam Dei fallibilem esse.

17. Futurum contingens est præscitum à Deo: ergo potest aliter evenire, quam præscitum est, vel non? Si secundum: ergo scientia Dei rebus scitis necessitatem imponit, consequenterque contingentiam tollit. Si primum: ergo cùm possit aliter evenire, quam præscitum est, sequitur, scientiam Dei esse fallibilem, & incertam: ergo cùm infallibili præscientiā Dei non stat libera futurorum effectuum contingentia.

Hanc

18. Hanc solvit obiectionem Magister in conclusionis tutamen per sensum compositum, & divisum, dicens, quod huiusmodi propositiones, videlicet: *Impossibile est non evenire, quod Deus præscivit eventurum: Possibile est non evenire, quod Deus præscivit eventurum,* possunt intelligi coniunctim in sensu composito, vel sciunctim in sensu diviso.

19. Si enim accipiantur coniunctim in sensu composito, censentur falsæ, quia impossibile est, præscientiam Dei esse de aliquâ re evenienti vñâ cum contrario eventu, vt ex se liquet. Si vero intelligentur sciunctim in sensu diviso, tunc sunt veræ, & possibiles, prout scilicet considerantur sine respectu ad Dei præscientiam, vt lustranti constabit: igitur libera futurorum effectuum contingentia rectè cohæret cum infallibili præscientiâ Dei.

20. Vndē, dūm dicimus, præscientiam Dei esse causam rerum, non ob id necessitatem imponimus rebus, sed eas in suâ libertate relinquimus. Ideòque quāvis Sortes non operetur, non tamen proindē dicetur, præscientia Dei falli, quia non solum sciebat Deus Sortem operaturum, verum & liberè operaturum. Quamobrèm sic à Magistro, & Doctoribus eius exponentibus mentem, statuitur, liberam rerum contingentiam stare posse cum infallibili Dei præscientiâ.

21. Probatur modò conclusio, primò ex Augustino lib. 2. de Trinit. cap. 4. dicente: *Sicut mea memoria non cogit facta esse, quæ præterierunt; sic Dei præscientia non cogit facienda esse, quæ futura sunt.* Ergo divina præscientia rebus præscitis necessitatem non imponit.

22. Secundò ratione: divina præscientia præscit res, quemadmodùm sunt eventuæ, cùm nihil præsciat, nisi verum: ergo dum præscit aliquem peccatum, cùm peccatum non sit nisi per voluntatem, præscit, istum per voluntatem hoc facere; & præscit, aliud posse facere: ergo si omne quod Deus præscit, est verum, verum est, quod iste per voluntatem hoc operabitur, & quod simul poterit aliud operari: ergo cùm hoc sit contingens, præscientia divina erit circa res contingens, nullamque ipsis necessitatem imponer.

23. Tertiò ab inconvenienti valet sic suaderi: si præscientia divina rebus necessitatem inferret, reverà casus & fortuna perirent; necnon liberum arbitrium, consilium, meritum, & demeritum, laus, & vituperium in præceps abirent: ergo præscientia divina nullam rebus necessitatem ingerit.

24. Sed oppones: omne præscitum necesse est esse futurum ex Anselmo de Concord. prædest. & lib. arb. Sed hoc est præscitum, quolibet demonstrato futuro: ergo quodlibet præscitum necesse est esse fu-

rum: ergo præscientia divina necessitatem adhibet rebus.

25. Responder Seraphicus Doctor duplēcēm distinguendo neceſitatem, aliam absolutam, sive consequentis, quæ opponitur contingentia; & aliam respectivam, sive consequentia, quæ reverā contingentia non opponitur. In præſcito enim non est necessitas absoluta, sive consequentis, sed solum respectiva, aut consequentia; quia necessariō sequitur: Deus præſcit hoc: ergo hoc erit. Sic Anſelmi dictum, aliorumque Patrum authoritates expenduntur, quæ solum neceſitatem consequentia convincunt, quin liberam futurorum effectum contingentiam præſata neceſitas retardare tentet. Et hæc de ſecundâ, & ultimâ diſtinctionis parte ſatis ſuperque ſint dicta.

Q V E S T I O N E S.

26. **Q**VÆST. 1. An præpoſitiones de futuro contingentia habeant determinatam veritatem, aut falſitatem independenter à di- vino decreto? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 2. 2. q. 171. art. 3. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 35. à p. 71. Gonet tom. 1. tract. 3. disp. 4. art. 3. Biescas tom. 2. q. 14. art. 13. dub. 4. Palanco tom. 3. in Metaph. q. 16.

27. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. diſt. 39. & lib. 2. Peryber. q. 7. Perez Lopez tom. 1. Philos. lib. 6. diſt. 2. q. 2. Hernandez in 1. tract. 3. diſp. 4. ſect. 3. Maſtrius tom. 1. diſp. 3. q. 3. art. 5. Macedus in 1. Collat. 10. diſt. 1. ſect. 5. Fraſſen in Curs. Philos. tom. 1. ſect. 3. de Enunt. q. 2. Poncius in Curs. Philos. diſp. 19. de Peryber. q. 5. Vulpeſ tom. 2. diſp. 30. art. 2. Durand tom. 1. tract. de Scient. diſp. 4. q. 1. Smiſing de Deo Vno, tract. 3. diſp. 2. q. 4. Felix de Scient. cap. 5. diſt. 1. dub. 1. Herrera in 1. diſp. 15. q. 8.

28. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Scient. Dei futuror. cap. 2. Oviedus de Anim. Controv. 7. punct. 5. Aldrete de Scient. diſp. 21. ſect. 1. Arriaga Curs. Philos. diſp. 14. ſect. 5. & 6. Amicus diſp. 12. ſect. 9. Curs. Trinitarius tom. 1. tract. 3. diſp. 1. q. 8. Maurus tract. 4. de Scient. q. 44. Herrera de Scient. q. 10. ſect. 7. Ex alijs D. Bonaventura in 1. diſt. 38. art. 2. q. 1. Lalemandet tom. 1. p. 7. diſp. 7. Caspens. de Scient. diſp. 5. ſect. 6. Gaudent. tract. de Deo Vno, diſp. 13. q. 8. Coriolan. q. 14. art. 4. diſp. 1.

29. QVÆST. 2. An, cum certitudine scientiæ divinæ cohæreat contingentium libertas? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 22. art. 4. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 38. & 67. à nu. 10. Biescas tom. 2. q. 14. art. 9. dub. 4. Lumbier de Scient. q. 7. art. vii.

30. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. diſt. 39. q. vniſ. Perez Lopez in

in 1. disp. 3. q. 5. art. 1. & seqq. Mastrius in 1. disp. 3. q. 3. art. 10. Macedo in 1. Collat. 10. diff. 1. sect. 5. Frassen in 1. tract. 2. disp. 1. art. 2. sect. 1. Poncius in Commet. tom. 1. dist. 39. q. 5. Cordova in Quest. Theolog. q. 55. lib. 1. dub. 11. & 12. Faber in 1. dist. 39. disp. 54. cap. 5. Herrera in 1. disp. 15. q. 10. Merin. tom. 1. disp. 3. q. 8. Carriere de Scient. q. 19. Felix de Scient. cap. 5. diff. 8. Rada tom. 1. Controv. 30. art. 6.

31. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. proleg. 2. cap. 1. & 2. & lib. 1. de Scient. cap. 9. Amicus tom. 1. disp. 12. sect. 10. Carleton tom. 1. disp. 24. sect. 10. Ovidius de Anim. Controv. 7. punct. 5. §. 3. Beccan. tom. 1. de Scient. q. 12. cap. 10. Quiròs de Deo, disp. 47. sect. 1. Herrera de Scient. q. 11. sect. 3. Rhodès disp. 3. de Deo, q. 3. sect. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 38. art. 2. q. 1. Gaudent. tract. de Deo Vno, disp. 13. q. 11. Caspens. de Scient. disp. 5. sect. 7. Fulien. lib. 1. cap. 12. resol. 1.

32. QVÆST. 3. An futura phisica phisicè coexistant Deo in aeternitate? De quo, distinctione 8. quest. 6.

33. QVÆST. 4. An & quomodo cognoscat Deus futura contingencia conditionata? De quo, distinctione 35. quest. 7.

34. QVÆST. 5. An Deus cognoscat futura in aeternitate praesentia? De quo, distinctione 35. quest. 6.

35. QVÆST. 6. An scientia Dei sit causa rerum? De quo, distinctione 36. quest. 2.

36. QVÆST. 7. An & quomodo Deus cognoscat mala? De quo, distinctione 36. quest. 1.

DE IMMUTABILITATE SCIENTIÆ DEI.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-NONÆ

Synopsis.

*Vna manet semper divina scientia, quandū
Illam augere, nihil minuisse potest.*

Sic incipit: *Præterea queri solet.*

Sic terminat: *Et Angelos ad custodiam delegavit.*

I. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister, quomodo scientia Dei causaliter se habeat ref-

peccū rerum creatarum mutabilium ; sed in præsenti disputat de ipsius scientiæ divinæ immutabilitate: ergo rectè cum superiori hæc connectitur distinctio.

2. Consequentia probatur: sicut res scitæ, sive ea circa quæ scientia divina causaliter se habet, sunt mutabilia; sic divina scientia immutabilis est ; sed Magister in superiori distinctione determinat de scientiâ Dei , quatenus causaliter se habet respectu rerum creatarum mutabilium: ergo in præsenti agere de ipsius scientiæ divinæ immutabilitate, reverâ proprium ac genuinum distinctionum erit ordinem servare.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit , qualiter Deus immutabiliter omnia sciat. In secundâ verò subdit , quonodò Deus possit scire plura , & pauciora, quam scit , sine sui mutatione. In tertiam autem , & ultimam demonstrat, Deum suâ mirâ providentiâ cuncta regere & gubernare.

4. PRO PRIM.E igitur partis perspic. monstratione,hæc prima ponitur conclusio: Deus unica, & invariabili scientia scit item præsenti omnia, præterita, & futura. Quam conclusionem Magister probans, inquirit : An scientia Dei possit augeri , vel minui,& consequenter mutari?

5. Et pro affirmante parte sic primò arguit Magister : Deus potest hodiè aliquid scire, quod nunquam antè scivit, scilicet, aliquem legere, vel mori, qui nunquam antè legit, vel moriebatur ; sed hoc reverâ est, scientiam divinam augere, minuere, mutareque; ergo.

6. Secundò, Deus hodiè scit aliquid , quod nunquam postea sciet: ergo scientia eius mutationi subest. Antecedens probatur: Deus scit hodiè aliquem legere , quem nunquam postea sciet legere ; sed hoc est, scientiam divinam mutabilem constitutere : ergo divina scientia potest augeri, minui, & mutari.

7. Tertiò , potuit Deus non scire futura , quæ nunc scit futura ; & quidem, cum futura potuerint non esse futura ; ac proindè neque præscita à Deo futura : ergo potuit Deus amittere futurorum scientiam. Deindè, potuit Deus scire futura plura , quam nunc sunt futura. Nam ex possibilibus potuerunt futura esse plura, quam nunc sunt futura, quæ si forent , scirentur à Deo : ergo futurorum scientia potest augeri in Deo, consequenterque mutari.

8. Ad præfasas instantias respondet Magister , scientiam divinam omnino immutabilem esse. Cuius ratio est ; quia scientia Dei nihil aliud est, quam divina essentia ; sed Dei essentia est omnino invariabilis, immutabilisque : ergo & eius scientia omnino immutabilis. erit.

Quod

Quod Divus Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 13. expresse firmat in litterâ.

9. Ceterum, aliquid potest esse subiectum scientiæ Dei, quod prius non fuit ei subiectum, quia non fuit. Et potest esse iam aliquid subiectum scientiæ Dei, quod postea non erit sibi subiectum, eò quod postea non erit. Attrauen ex hoc non sequitur, scientiam Dei modo aliquo augeri, minui, aut mutari posse; cum sic valeat Deus scire, quæ nescit, & nescire, quæ scit, sine sui mutatione. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

10. PRO SECUNDÆ verò partis explanatione, hæc secunda ponitur conclusio: *Deus scientia visionis, licet non ex tempore, potest scire plura, quam scit, atque pauciora, sine sui mutatione.* Quam probans Magister sic arguit: aliquid potest esse subiectum divinæ scientiæ, quod prius non fuit sibi subiectum: ergo Dens potest aliquid scire de novo ex tempore.

8. 4.

11. Respondebat ipse Magister, Deum posse scire, quæ nescit, & quæ non vult velle absque mutatione factâ in ipso. Vnde istæ propositiones: Deus potest scire, quæ nescit, & nescire, quæ scit; & aliæ ijs consimiles possunt dupliciter intelligi.

12. Primo, coniunctim, sive in sensu composito; & ita acceptæ, censentur falsæ. Nam hæc propositio: Deus potest scire, quæ nescit, sic intellecta, designat, Deum aliquid posse scire, quod nunc non scit, vel antè non scivit, quod reverè ab omnibus falsissimum autem tur.

13. Secundò, prædictas propositiones posse sciuntim, sive in sensu diviso capi; & sic inter veras recenserit, passim ab omnibus habetur. Nam hæc: Deus potest scire, quod nescit, in isto sensu est vera; quia designat, Deum libertatem, & potentiam habere omnia sciendi, vel non sciendi; sicut habuit ab æterno, loquendo tamen de scientiâ approbationis, secundum quam omnes res sunt scibiles, & non scibiles.

14. Postea subdit Magister, secundum quosdam, quod Deus potest plura scire, quam scit, saltem secundum scientiam visionis; nec tamen per hoc scientia eius mutatur, cum mutatio fiat in rebus suis, sive mutatio illa non sit intrinseca Deo, sed extrinseca, eò quod ex creaturarum mutatione solùm oriatur.

15. Hoc etenim sic ostenditur: præscientia divina est tantum futurorum; sed multa possunt esse futura, quæ nunquam fient, nec erunt: ergo multa possunt præsciri, quæ non præscientur: ergo saltem secundum scientiam visionis, Deus potest plura præscire, quam præsciat.

Sed

16. Sed oppones primò : scientia Dei est infinitorum, eò quòd sit infinita; sed infinitis non possunt esse plura, nec cogitari, alias foret contra infiniti essentiam: ergo Deus non potest scire plura, quām scit, atque pauciora, sine sui mutatione.

17. Respondeatur, instantiam solum tenere secundum scientiam simplicis intelligentiae; non verò secundum visionis, aut approbationis scientiam. Näm hæc minui, & augeri potest, cùm valeat Deus per illam scire plura, quām scit, atque pauciora, absque sui intrinsecā mutatione, ut iam toties per totam distinctionem inculcatum manet.

18. Oppones secundò: Deus potest scire ab æterno alia futura, quām nunc scit, absque sui intrinsecā mutatione: ergo & poterit in tempore scire, quæ non scivit ab æterno, absque sui intrinsecā mutatione. Consequentia probatur: et si Deus sciret ab æterno alia, quām nunc scit, non esset intrinsecè alius ab eo, qui nunc est: e^m neque sciens in tempore alia, quām scivit ab æterno, erit in tempore suis intrinsecè ab eo, qui fuit ab æterno; sed dum non est intrinsecè alius ab eo, qui fuit ab æterno, non mutatur intrinsecè Deus: ergo potest scire aliquid in tempore, quod ab æterno non scivit, absque sui intrinsecā mutatione.

19. Respondeatur ex Magistri doctrinâ nuper apposita, quòd Deus potest in tempore scire, qua ab æterno non scivit, in sensu diviso; non verò in sensu composito. Repugnat enim componi, Deum non scivisse aliquid futurum, & in tempore scivisse illud futurum; quia Deus in tempore neque scit, neque non scit, nisi ea, quæ ab æterno scivit, aut non scivit. Quòd enim in tempore scibile est, scibile fuit ab æterno; eò autem ipso, quòd ab æterno scibile fuit, non potuit illud latere scientiam infinitam Dei, cuius foret imperfectio, obiectum scibile ignorare. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

20. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ distinctionis partis declaratione, hæc tertia proponitur conclusio: *Simplici providentiâ Dei gubernantur simul omnes creature.* Quam quidem probans Magister, quandam in contrarium Divi Hieronymi super Habacuc cap. i. autoritatem adducit, ut ex ipsius solutione præsentis asserti veritas manifestè appearat.

21. Sic Maximus Doctor affatur: *Absurdum est autem ad hoc deducere Dei maiestatem, vt sciatur per momenta singula, quot culices nascantur, quotve moriantur, quota pulicu, & muscarum sit multitudo, quotve pisces natent in aquis, & familia. Non simus tam fatui adulatores Dei, vt dum providentiam eius citram ad ima retrudimus, in nosipso iniuriosi sumus, eandem irrationalium, & rationabilium providentiam esse dicentes.*

tes. Ergo providentia divina non est omnium ; nec simplici providentiâ Dei cunctæ simul gubernantur creaturae.

22. Respondet Magister, Hieronymum non negare, Deum illa minima scire, & cognoscere per momenta, quibus incipiunt, & desinunt; ac providere ipsis. Providentiam enim, & curam de omnibus habet Deus, sed specialem de rationalibus creaturis, quibus rectè vivendi legem præscripsit, ac præmia promisit.

23. Hanc certè de irrationalibus curam, ac providentiam non habet Deus. Ideò dicit Apostolus 1. Corint. cap. 9. *Non est Deo cura de bobus.* Providet tamen omnibus, quia facit omnibus solem suum oriri, &c. de quâ providentiâ ait Scriptura, Sapient. 12. *Quia ipsa cura est de omnibus.* Igitur cuncta mundana Dei providentiâ gubernantur, tametsi hominibus specialiter provideat, sive non omnibus æqualiter. Sic Doctoris Maximi nutum veritatis expendit Magister. Et hæc de tertiâ, & ultimâ distinctionis partâ 8. superque sufficient.

QVÆSTIONES.

24. **Q**UÆST. 1. An providentia divina sit actus intellectus, aut voluntatis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 39 q. 2. art. 1. Gonet tom. 1. tract. 4. disp. 8. art. 2. Ferre tom. 2. tract. 11. de Provid. q. 2. §. 1. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 5. cap. 1. specul. 2. Carrasco 3. p. de Prædest. dub. 1.

25. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 44. q. 1. & dist. 46. §. Ad primum. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 1. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 7. de Provid. q. 1. Merinero tom. 1. disp. 1. q. 2. Felix de Prædest. cap. 1. diff. 3. Baron tom. 4. tract. de Provid. apol. 1. art. 2. Sammig tom. 1. tract. 2. dist. 3. q. 1. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 6. q. 2. Vulpes tom. 2. disp. 41. art. 2. Berulle tom. 1. disp. 19. q. 399. Boyvin tom. 1. cap. vlt. disp. 1. q. 2. Durand tom. 1. tract. de Provid. disp. 8. q. 2.

26. Ex Scholâ Eximiâ Suarez 1. p. lib. 1. de Prædest. cap. 7. Carleton tom. 1. disp. 37. sect. 1. Herrera de Prædest. q. 1. sect. 9. Beccan. de Vol. cap. 13. Maurus de Provid. tract. 6. q. 65. Rhôdes disp. 5. de Deo, q. 1. art. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 40. art. 1. q. 2. Gauden-
tius tract. 1. de Deo Vno, disp. 20. q. 1. Blasco tom. 2. dist. 113. q. 1. art. 2. Fuliens. lib. 1. cap. 18. resol. 1.

27. **Q**UÆST. 2. An propositiones de futuro contingentí habeant determinatam veritatem, aut falsitatem ante divinum decretum ? De quo, distinctione 38. quest. 1.

28. QVÆST. 3. An Deus cognoscat creaturem in seipso, an in seip-
sis? De quo, distinctione 35. quæst. 5.
29. QVÆST. 4. An cum certitudine Scientiæ Dei stet conting-
tium libertas? De quo, distinctione 38. quæst. 2.
30. QVÆST. 5. An detur Scientia Media? De quo, distinctione 35.
quæst. 8.
31. QVÆST. 6. An Deus cognoscat in tempore, quod ab aeterno
non cognovit? De quo, distinctione 6. quæst. 2.

DE PRÆDESTINATIONE, ET REPROBATIO- NE, ET EORVM EFFECTIBVS.

DISTINCTIONIS QVAESITÆ Synopsis.

*Salvus erit, quemcunque Deus prædestinat, idem
Quem reprobat, stygias tristis adibit aquas.*

Sic incipit: *Prædestination, &c.*

Sic terminat: *Sapientie, & Scientiæ Dei.*

1. CONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ dis-
cursavit Magister de scientiâ Dei in generali, sed in præsenti
determinat de quadam eius specie, scilicet, de prædestinatione in spe-
ciali: ergo rectum inter se ordinem servant.

2. Consequentia probatur: prius est discursare de genere comprehen-
dente aliquas species, quam de speciebus ipsis sub illo contentis; sed
Magister haec tenus de scientiâ divinâ in generali discursat, quæ plures
exambit species, ut pro comperto habetur in superioribus distinctioni-
bus: ergo in præsenti determinare de prædestinatione in speciali, quæ
est vna ex speciebus sub scientiâ divinâ comprehensis, reverâ erit pro-
priam, ac genuinam summopere ænulari methodum.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum
primâ ostendit Magister, quid sit prædestination. In secundâ vero subdit
comparationem prædestinationis, & prædestinorum. In tertâ autem,
& ultimâ subiungit, quis sit effectus tamen prædestinationis, quam repro-
bationis.

PRO

4. PRO PRIMÆ igitur partis perspicuâ ostensione, hæc præfigitur conclusio: *Divina prædestination non solum gratiæ, verum & gloriæ præparatio censetur.* Quam quidem suadet Magister authoritate Divi Augustini lib. de Prædest. Sanc. cap. 10. dicentis: *Prædestination est gratia præparatio, qua sine præscientiâ esse non potest: Potest autem sine prædestinatione esse præscientia.*

5. Vnde Augustinus non solum docet, divinam prædestinationem esse tam gratiæ, quam gloriæ præparationem, verum etiam statuit, prædestinationem præscientiam, & non è contrâ, præscientiam prædestinationem præsupponere. Prædestinari enim non possunt nisi bona, & homines salvandi; præsciri autem possunt mala, & homines re ipsa damnandi: igitur omnis prædestinatione complectitur scientiam: non vero scientia complectitur prædestinationem.

6. Cuius ratio est; *q. x.* eus nihil prædestinavit, nisi quod ipse scit se facturum: ergo omnis prædestinatione præsupponit præscientiam, sed non è converso, omne quod Deus præscit, est facturus, quia omnia mala præscit, qua tamen nunquam est facturus: igitur non omnis præscientia est prædestinatione; sed inopotius omnis prædestinatione est præscientia.

7. Ex his duo hic subdit Magister. Primum, prædestinationem esse solum respectu salvandorum; præscientiam vero esse respectu reproborum, seu damnandorum. Secundum, quod sicut prædestinatione est præscientia, & præparatio gratiæ, gloriæ, & bonorum, quibus homines certissimè liberantur; ita reprobatio est præscientia malitiæ, & præparatio poenæ eorum, qui in æternum damnantur.

8. Prædestinatione tamen à reprobatione differt. Nam prædestinatione præsciuntur, & præparantur à Deo, non solum gloria, sed etiam media, quibus homines illam assequuntur; reprobatione vero solum præparatur poena; præsciuntur tamen, & non præparantur media, scilicet peccata, quibus homo perducitur in poenam: igitur divina prædestinatione est tam gratiæ, quam gloriæ præparatio. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

9. PRO SECUNDÆ vero partis declaracione, hæc alia proponitur conclusio: *Numerus prædestinationum non potest augeri, vel minui.* Quam probans Magister, sustinet, numerum prædestinationum esse adeo certum, quod nullus damnandus potest salvari, neque ullus prædestinatus potest damnari.

10. Quod fulcitur primò auctoritate Divi Augustini lib. de Correct. & Grat. cap. 13. In Apocalysi dicitur: *Tene quod babes, nè aliis accipiat*

coronam tuam. Si alius non est accepturus, nisi iste perdidere, certus est electorum numerus. Ergo ad hoc ut unus de novo scriberetur in libro vita, sive prædestinorum numero, oporteret, quod alius deleretur, vel perderet id, quod habet; sed hoc impossibile censetur: ergo & quod prædestinorum numerus possit augeri vel minui.

11. Secundo, repugnat, hæc duo posse simul componi, nempe, hominem esse prædestinatum, & damnari; & hominem esse reprobum, & salvare; sed si prædestinorum numerus posset augeri vel minui, hæc duo componi possent, videicet, hominem esse prædestinatum, & damnari; & hominem esse reprobum, & salvare, ut ex ipsis terminis constat: ergo prædestinorum numerus adeo est certus, & determinatus, ut augeri vel minui non valeat.

12. Sed contra prædicta sic obiicit Magister: Deus potest præstare gratiam illis, quibus non confert; & subtrahere illis, quibus non subtrahit, alioquin non foret liber; sed si gratiam præstaret Deus illis, quibus non confert; & subtraheret illis, quibus non subtrahit, prædestinorum numerus non foret certus, & determinatus: igitur electorum numerus posset augeri vel minui.

13. Respondet Magister, quod istæ propositiones: *Prædestinatus potest damnari: Præscitus potest salvare, & alia ijs consimiles possunt duplíciter usurpari.* Vel coniunctim, sive in sensu composito; vel sejunctim sive in sensu diviso. Si coniunctim, aut in sensu composito accipiuntur, tunc sunt falsæ, quia designant, illum posse damnari, quem Deus prævidit salvandum; & illum posse salvare, quem Deus prævidit damnandum; quæ nunquam simul veræ esse possunt ratione certitudinis divinæ providentiaz.

14. Si vero intelligantur sejunctim sive in sensu diviso, tunc sunt verae; quia prædestinatus, vel reprobus non consideratur ut prædestinatus, vel ut reprobus, sed ut hic homo absolute. In hoc ergo sensu omnes istæ propositiones sunt verae; quia nihil aliud denotant, nisi quod talis homo possit damnari, & talis salvare, quod verum est, quounque homine designato, eo quod quilibet in quantum in se est, non magis se habeat ad unum, quam ad reliquum. *Prædestinatus* vero in quantum prædestinatus, nunquam potest damnari; sicut & *præscitus* in quantum *præscitus*, nunquam potest salvare.

15. Postea sic urget Magister: si prædestinatus, in quantum prædestinatus, non potest damnari; nec *præscitus*, in quantum *præscitus*, potest salvare: igitur cum quilibet prædestinatus non possit non esse prædestinatus; & quilibet *præscitus* similiter non valeat non esse *præscitus*,

vide-

videtur certè nullo modo concedi posse, prædestinatum posse damnari; nec præscitum salvare.

16. Respondet Magister, quod si præfatae propositiones in sensu composito accipiuntur, sunt veræ; quia earum sensus est, quod ille, qui ab æterno est prædestinatus, postea non possit non esse prædestinatus; sicut qui ab æterno est præscitus, postea non possit non esse præscitus. Cuius opposito dato, sequeretur, scientiam Dei esse mutabilem.

17. In sensu vero diviso si accipiuntur, sunt falsæ; quia designant, quod prædestinatum, quem Deus ab æterno potuit non prædestinare, iam non posset non prædestinare; nec præscitum, quem ab æterno potuit reprobare, iam non posset non reprobare, quod est falsum.

18. Et ratio manifesta videtur. Nam cum actus divinus non transfeat in præteritum, dicendum est ideo, quod sicut quemlibet prædestinatum potuit Deus ab æterno non prædestinare; & præscitum non reprobare; sic modò potest quemlibet prædestinatum non prædestinare, & præscitum non reprobare. In actibus autem hominum, qui transiunt in præteritum, talis distinctio locum non habet. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

19. PRO TERTIE demùm partis declaratione, hæc ultima ponitur conclusio: *Effectus prædestinationis est salvatio, & reprobationis damnatio.* Quam probat Magister diversis Sanctorum Patrum authoritatibus, quæ patent in litterâ.

20. Modò sufficiat illa, quam suppeditat Augustinus in Epist. ad Prosper. & Hilar. cap. 17. his verbis: *Hæc, inquit, regula inconcusse tenenda est, peccatores in peccatis præscitos esse, non preparatos, pœnam autem esse preparatam. Et sicut prædestinationis effectus est gratia appositiō; ita reprobationis aeterna, quodam modo effectus esse videtur obduratio.* Ergo.

21. Unde prædestinationis effectus sunt omnia dona gratiæ, tam actualia, quam habitualia, quibus primùm iustificationem, deinde perseverantiam, ac tandem beatitudinem assequimur. Reprobationis vero effectus sunt mala pœnae aeternæ; non tamen culpæ: ergo effectus prædestinationis, & reprobationis sunt ea, quæ prædestinatione in gloriam; & reprobatione præparantur in pœnam.

22. Sed dices: causa, & effectus sunt correlata; sed correlata ex Arist. cap. de Relat. sunt simul naturæ: ergo quandoque est prædestinationis effectus, erit gratia appositiō, quæ est prædestinationis effectus; sed multi sunt prædestinati, qui non sunt in gratiâ: ergo prædestinationis effectus non est gratia appositiō.

23. Respondetar cum Divo Bonaventura , quod prædestinatio non semper est in actu causa, sed in habitu ; & ideo non oportet quod respondeat effectus in actu, sed in habitu. Vnde cum multi sint prædestinati, qui sunt in gratia, & plures , qui in gratia non sunt, prædestinatio non semper ponit aliquid secundum actum , sed secundum habitum, siue de futuro ; sive cuiuslibet causa iam suus aptatur effectus , tametsi prædestinationis effectus sit gratia appositiō.

24. Tandem pro huius ultimae partis perfecto captu animadvertisimus , quod sicut duplex est effectus prædestinationis , scilicet infusione gratiae , & collatio gloriae , quorum Deus dicitur specialis author : Ita duplex est reprobationis effectus , nempè privatio gratiae , & gloriae , & præparatio pœnarum.

25. Primi enim reprobationis effectus Deus non dicitur author, vel factor; quia facere, aliquid positivum denotat in re facta, vel circa quam fit; & exclusio à gratia, & gloria non est aliquid positivum, sed negativum ; ideoque Deo hic non tribuitur effectus, quāvis illum cognoscat, & velit. Alterius verò effectus Deus author est , prout satis colligitur ex Fulgentio , & Augustino lib. de Bono persever. cap. 14. Iniquitatis tamen , pro quā aliquis damnatur , Deus non dicitur author, sed liberum arbitrium nostrum.

26. Sed vrges : Deus est causa obdurationis nostræ ; sed obduratio est quedam iniquitas : ergo Deus est causa iniquitatis. Maior constat ex illo Exod. 4 Ego indurabo cor Pharaonis. Similiter & Minor, cum obduratio inter iniquitatis species recenseatur. Consequens sequitur: ergo Deus est iniquitatis author.

27. Respondetur . Deum solum dici causam obdurationis, per accidens , non per se, sive ex intentione ; quia cum obduratio formaliter consistat in sola subtractione gratiae efficacis; & Deus illam non subtrahat ex intentione peccati, aut pœnae æternæ , prout requiritur ad reprobationem positivam ; sed ob alias causas aut fines iudicio humano obvolutos, ut docet Augustinus cum Apostolo ad Rom. 11. O altitudo dignitarum, ideo non dicetur iniquitatis , sive obdurationis causa per se; sed tantum per accidens , sive largè nomen caue usurpando. Et hæc de tercia , & ultimâ distinctionis parte sufficient.

QVÆSTIONES.

28. **Q**EST. 1. An prædestinatio sit actus intellectus, aut voluntatis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. part. q. 23 art. 1. & in 1. dist. 40. q. 1. art. 2. & q. 6. de V. rit. art. 1. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 60. pag. 614 Gonetus tom. 2. tratt. de Prædest. disp. 1. art. 3. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom.

tom. 2. q. 24. disp. 7. art. 2. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 9. art. 1. dub. 4. Biescas tom. 2. q. 23. art. 1. dub. 1. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 7. dub. 2. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 6. cap. 1. specul. 2. Ferre tom. 2. tract. 1. 2. quast. 2. §. 5.

29. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 40. §. *Ad istam quast.* Hernandez in 1. tract. 4. de Prædest. disp. 2. sect. 2. Macedo in 1. Collat. 11. diff. 2. sect. 4. Vulpes tom. 2. disp. 36. art. 3. Merin. tom. 1. disp. 2 quast. 2. Baron. tom. 4. tract. de Prædest. apol. 2. art. 1. Boyvin tom. 1. cap. vlt. disp. 2. q. 3. Felix de Prædest. cap. 1. diff. 2. Faber in 2. dist. 4. disp. 58. cap. 1. Herrera in 1. disp. 17. quast. 2.

30. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Prædest. cap. 17. Arriaga disp. 33. sect. 2. Aldrete de Prædest. disp. 1. sect. 1. Ribaden. de Prædest. disp. 19. cap. 1. nn. 1. Herrera de Prædest. q. 1. sect. 9. Ex aliis D. Bonaventura in 1. dist. 40. q. 2. art. 1. Gaudent. tract. 1. de Deo vno, disp. 21. q. 5. Blasco tom. 2. dist. 114. quast. 2. art. 2.

31. QVÆST. 2. An prædestinatione sit certa, & vnde habeat certitudinem? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 22. art. 4. & q. 23. art. 6. & in 1. dist. 40. q. 3. art. vnic. & quodlib. 12. art. 3. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 67. à nu. 1. & seqq. Gonetus tom. 2. tract. 5. de Prædest. disp. 4. art. 2. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 24. disp. 7. art. 5. Biescas tom. 2. q. 23. art. 6. dub. 1. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 9. art. 6.

32. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 40. & 41. & 39. Hernandez in 1. tract. 4. de Prædest. disp. 2. sect. 8. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 1. sect. 1. q. 5. Herrera in 1. disp. 17. q. 14. Felix de Prædest. cap. 1. diff. 4. Merinerus tom. 1. disp. 2. q. 4. & 5. Carriere tract. de Deo, q. 28. Boyvin. tom. 1. cap. vlt. disp. 2. q. 13. Sannig. tom. 1. tract. 2. dist. 3. q. 6. Baron. tom. 4. tract. de Prædest. apol. 2. art. 3. Berulle tom. 1. disp. 20. quast. 3.

33. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 6. & 14. Beccan. tom. 1. cap. 14. q. 6. Herrera de Prædest. q. 15. sect. 2. Rhodès disp. 5. de Deo, q. 2. sect. 8. Ex aliis D. Bonaventura in 1. dist. 40. art. 2. q. 1. & 2. Gaudent. tract. 1. de Deo, disp. 21. q. 21. Abelly de Deo, cap. 5. sect. 7. Blasco tom. 2. dist. 117. quast. 1. art. 2.

34. QVÆST. 3. An detur causa prædestinationis ex parte præstabilitatis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 23. art. 5. & in 1. dist. 41. q. 1. art. 3. Gonetus tom. 2. tract. 5. de Prædest. disp. 2. art. 3. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 24. disp. 8. art. 5. Biescas tom. 2. q. 23. art. 5. dub. 1. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 7. dub. 7.

35. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 41. quast. vnic. Hernandez in 1. tract. 4. de Prædest. disp. 4. sect. 1. Macedo in 1. Collat. 11. diff. 4. sect.

5. Poncius in comment. tom. 1. dist. 41. quæst. vni. Vulpes tom. 2. disp. 38. art. 1. Faber tom. 2. dist. 40. disp. 58. cap. 9. Cordova in Quæst. Theolog. q. 56. lib. 1. Herrera in 1. dist. 17. q. 8. Berulle tom. 1. dist. 20. q. 2. Aquila in 1. dist. 40. q. 2. Merinerus tom. 1. dist. 3. q. 2. Felix de Prædest. cap. 4. diff. 2. Herinx tom. 1. tract. de Prædest. disp. 8. q. 5.

36. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Prædest. cap. 1. & 3. Arriaga disp. 37. sect. 1. subsect. 2. Amicus disp. 15. sect. 2. Beccan. tom. 1. cap. 14. q. 1. 4. Maurus tract. de Prædest. q. 7. 2. Carleton. tom. 1. disp. 42. sect. 3. Rhodès disp. 5. de Deo, q. 2. sect. 5. à §. 1. Avendaño tom. 1. sect. 13. problem. 1. à §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 41. art. 1. q. 1. Caspensis tract. de Prædest. disp. 2. sect. 1. Morandus tract. 5. q. 3. Gaudent. tract. 1. de Deo vno, disp. 21. q. 11. Blasco tom. 2. dist. 115. q. 2. art. 1. & 2. Fuliensis lib. 1. cap. 19. resol. 4.

37. QVÆST. 4. An permissio peccati sit effectus prædestinationis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. 2. q. 79. art. 4. Godò 1. p. tom. 2. disp. 63. à p. 66. 5. Gonetus tom. 2. tract. 5. disp. 3. art. 5. Salmant. tract. 5. de Prædest. disp. 6. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 24. disp. 9. art. 6. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 9. art. 2. dub. 3. Biescas tom. 2. q. 23. art. 2. dub. 2. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 7. dub. 5. §. 4. Ferre tom. 2. tract. 12. de Vol q. 3. §. 8. & 9. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 6. cap. 2. specul. 3. Carasco 3. p. de Prædest. dub. 2. resol. 1. & seqq.

38. Ex Subili Scholâ Scotus in 1. dist. 41. §. Sed adhuc. & dist. 47. §. Respondeo. Hernandez in 1. tract. 4. de Prædest. disp. 5. sect. 6. Macedo Collat. 12. diff. 2. sect. 4. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 3. sect. 3. q. 3. Felix de Prædest. cap. 5. diff. 6. Merin. tom. 1. disp. 4. q. 4. Herinx tom. 1. tract. de Prædest. disp. 8. q. 4. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 5. q. 5. Sannig. tom. 1. tract. 2. dist. 3. q. 5. Vulpes tom. 2. disp. 39. art. 7. & 8. Berulle tom. 1. disp. 20. quæst. 4.

39. Ex Scho'â Eximiâ Suarez lib. 3. de Prædest. cap. 8. Amicus tom. 1. disp. 15. sect. 5. Beccan. cap. 14. de Prædest. q. 3. n. 15. Carleton tom. 1. disp. 44. sect. 3. Aldrete de Prædest. disp. 21. sect. 1. Maurus de Prædest. tract. 6. q. 74. Rhodès disp. 5. de Deo, q. 2. sect. 7. Avendaño tom. 1. sect. 14. problem. 4. à §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 46. q. 3. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 21. q. 19. art. 6. Coriolan. q. 22. art. 1. Baudunius q. 23. art. 2. disp. 2. Blasco tom. 2. dist. 116. q. 6. Fuliens. lib. 1. cap. 20. resol. 2.

40. QVÆST. 5. An aliquis ex prædestinationis possit damnari; & è contrâ ex reprobis salvari? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 23. art. 6. & q. 24. art. 3. Cötenson tom. 1. lib. 2. dissert. 6. cap. 2. specul. 3. Embun tract. 2. de Actib. bim. dist. 25. q. 3. art. 4. Biescas tom. 2. quæst. 23. art. 6. dub. 4.

41. Ex Scholâ Subtili Scotus in 1. dist. 40. quest. vnic. Mastrius in 1. disp. 5. q. 4. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 2. sett. 1. q. 5. Poncius in Com-
ment. tom. 1. dist. 40. quest. vnic. & in Curs. Theolog. disp. 7. de Prædest. q. 3.
Macedo in 1. Collat. 12. diff. 4 sett. 1. & seqq. Carriere tract. de Deo, q. 28.
Cordova in Quæst. Theolog. lib. 1. q. 55. dub. 11. Lychetus in 1. dist. 40.
quæst. 1. Vulpes tom. 2. disp. 36. art. 6.

42. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 6. de Reprobat. cap. 2. Carleton
tom. 1. disp. 46. sett. 1. Beccan. tom. 1. cap. 14. q. 8. Ex alijs D. Bonaventura
in 3. dist. 31. dub. 2. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 23. quæst. 3. Fulensi.
lib. 1. cap. 20. resol. 4.

43. QUÆST. 6. An Deus aliquem reprobet negatione auxiliij
sufficientis ad salutem? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 6. q. 1.
art. 1. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 70. p. 88 5. Gonet tom. 2. tract. 5. de Prædest.
disp. 5. art. 5. Ioan. à S. Thomâ disp. 10. art. 3. Embun tract. 10. dist. 54.
q. 3. Bielscas tom. 2. q. 23. art. 3. dub. 6. Ferre tom. 2. tract. 9. de Vol. quæst.
6. §. 6. & tract. 12. quæst. 11. §. 7.

44. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 46. quest. vnic. Hernandez in
1. tract. 4. disp. 6. sett. 7. Macedo in 1. Collat. 12. diff. 3. sett. 1. & seqq. Faber
tom. 2. dist. 40. disp. 62. cap. 2. Vulpes tom. 2. disp. 41. art. 5. Herrera in 1.
disp. 18. q. 6. Smiling. de Deo Vno, tract. 3. disp. 6. q. 4. Merinero tom. 1.
disp. 5. q. 4. Felix de Reprobat. cap. 6. diff. 7. Durand. tom. 1. tract. de Præ-
dest. disp. 2. q. 3. Carriere tom. 2. tract. de Grat. q. 8. Herinx tom. 2. tract. de
Grat. disp. 3. quæst. 6.

45. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Provid. cap. 1. 2. & 3. Bec-
can. tom. 1. cap. 15. q. 8. Herrera de Prædest. q. 17. sett. 4. Rhodes tom. 1.
disp. 5. de Deo, q. 2. sett. 2. Carleton tom. 1. disp. 38. sett. 5. Ex alijs D. Bonaventura
dist. 40. art. 4. q. 3. Abelly de Deo, tract. 6. cap. 2. sett. 4. Gaudent.
tract. 1. de Deo Vno, disp. 22. q. 6. Blasco tom. 2. dist. 118. q. 5. art. 1. & 2.



DE CAVSA PRÆDESTINATIONIS,
ET REPROBATIONIS.
DISTINCTIONIS QVADRAGESIMÆ-PRIMÆ
Synopsis.

*Non Deus ex meritis quenquam prædestinat, et se
Peccatis reprobis sordeat ipse suis.*

Sic incipit: *Si autem querimus, &c.*

Sic terminat: *Quæ aliquando scit.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ determinavit Magister, quid sit prædestination, & quis illius effetus; sed in præsenti inquirit de causa ipsius prædestinationis: ergo rem inter se istæ distinctiones ordinem servant.

2. Consequentia probatur; prius est inquirere, quid sit res, quam à quo sit: ergo & prius determinare, quid sit prædestination, & quis effetus eius, quam à quo sit ipsa prædestination; sed Magister in superiori distinctione determinat, quid sit divina prædestination, & quis illius effetus; & in præsenti inquirit de ipsius prædestinationis causâ: ergo bene inter se copulantur.

3. Dividitur præfens distinctio in tres præcipuas partes. In quarū primā Magister ostendit, qualiter prædestination non cadat sub merito. In secundā verò subdit, qualiter Deus, non propter merita vel demerita futura, sed liberè ab æterno elegit, vel reprobavit. In tertiâ autem concludit, qualiter Deus omnia sciatur, quæ prius scivit.

4. PRO PRIMÆ igitur partis perspicua indagine, ponitur hæc conclusio: *Prædestination non cadit sub merito, sicut obduratio.* Cuius probabilitas duntaxat explanatione asserti innititur. Quamobrem dum dicimus cum Magistro, obdurationem cadere sub merito, non debemus ibi nomine obdurationis intelligere ipsam divinam præscientiam, quæ ab æterno est; & ideo in hoc sensu nullam potest habere causam.

5. Sed debemus per eam intelligere subtractionem, vel carentiam gratiæ, quam quidam suis merentur peccatis; qualiter non est de prædesti-

destinatione, quæ nec quoad illud, quod in eâ æternum est, scilicet di-
vinam electionem; nec quoad illud, quod in ipsâ temporale est, nempe
gratia appositionem, potest mereri; saltem intelligendo quoad primam
gratiam, quæ sub hominum proprijs non cadit meritis: ergo et si obdu-
rationis aliquod sit meritum, nullum tamen prædestinationis proprium
existit meritum.

6. Cæterum, suppositâ conclusionis succinctâ explanatione, sic vtra-
que illius pars breviter suaderi poterat. Et primò de Reprobatione: pec-
cata nostra merentur, quod nos gratiâ & gloriâ privemur, pœnisque
inferni puniamur: ergo quia reprobatio, sive obduratio aliquo sub me-
rito cadit.

7. Secundò de Prædestinatione similiter patet; quia præscientiæ di-
vinæ, quâ Deus aliquos esse salvandos præcivit, nulla est causa meri-
toria, eò quod præscientiæ illâ sit idem quod essentia; & prime gratia
nulla sit meritoria causa, quia tunc donum illud non dicitur gratia, sed
debitum, ut bene arguit Apostolus ad Rom. 4. igitur prædestinationis
nullum est meritum. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

8. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hæc alia ponitur
conclusio: *Prædestinationis divinæ nulla præcedit causa meritoria ex par-
te prædestinati; secùs reprobationis ex parte reprobi.* Quam itâ primò
tentat probare Magister: prædestinationis est actus misericordiæ, & gra-
tuitus; sed si prædestinationis divinæ præcederet causa meritoria, non
foret actus misericordiæ, & gratuitus: igitur ex parte prædestinati nulla
prædestinationis divinæ præcedit causa meritoria. Maior & Minor pro
comperio habentur apud Paulum ad Rom. cap. 4. Consequentia verò ex
his rectè deducitur: ergo.

9. Secundò: antè primum effectum prædestinationis nullum est me-
ritum; nám opus elictum solis viribus naturæ, meritorium non est: er-
go prædestinationis divinæ nulla est causa meritoria. Antecedens pro-
batur: primus prædestinationis effectus est gratia Dei; sed prima gratia
non cadit sub merito, alias iam non gratia, sed debitum foret: ergo
quia ante primum prædestinationis effectum, nullum est meritum; ac
proinde nec prædestinationis divinæ causa aliqua meritoria ex parte
prædestinati.

10. Quod ergo ex parte reprobi causa aliqua reprobationis assig-
netur, suadetur primò: reprobatio est opus iustitiae: ergo necessariò sup-
ponere debet causam, aut demeritum. Consequentia probatur: Deus in
opus iustitiae non fertur, nisi prius nostris operibus provocetur; sed eò
ipsò quod Deus prius debeat nostris incitari operibus, reprobatio sup-

ponit causam, seu demeritum: ergo reprobationis causa, aut demeritum ex parte reprobi assignari necessario debet.

11. Confirmatur: ante primum effectum reprobationis potest esse demeritum, cum viribus naturae possint fieri peccata: ergo licet ante prædestinationem non sit meritum, aut causa prædestinationis ex parte prædestinati; tamen antecedit causa, sive demeritum reprobationis ex parte reprobi.

12. Hanc conclusionem expressius probat Magister quorundam Opiniones refutando. Et primò Semipelagianorum, quos sectatus fuit aliquandò Augustinus, antequām Episcopus fieret; dicens, Iacob fuisse prædestinatum, sive electum; quia Deus præscivit eum futurum fidem: igitur ex parte prædestinati causa aliqua prædestinationis existit.

13. Primò igitur probat assertum Magister: quia Divus Augustinus hanc suam retractavit opinionem, sive hanc ostēam errorem correxit. lib. 1. Retract. cap. 23. & lib. de Prædest. cap. 3. hoc duplici argumento. Primum sic proponitur ab Augustino in locis adductis: Divus Paulus ad Romanos 4. & 11. & 1. Corint. 12. ait: Quod Deus nos elegit, ut essemus credentes; non vero elegit nos, quia eramus credentes: ergo quia ex parte prædestinati nulla est causa, aut prædestinationis meritum.

14. Secundum sic ibi proponitur argumentum: electio ad gratiam, & gloriam prædicatur à Paulo omnino grata; sed ubi datur locus merito antecedenti hominis, ibi omnis gratia Dei evacuatur: ergo prædestinationi divinae nulla præcedit causa meritoria ex parte prædestinati.

15. Secundò probat conclusionem Magister, alium refutando errorrem, illorum quippe, qui inscrutabilem iudiciorum Dei altitudinem timari conati sunt, dicentes, Animas in Cœlo ante conversatas fuisse, & ibi aliquid boni, vel mali egisse, & pro meritis ad corpora terrena destrutas esse: ergo ex parte prædestinati iam subsistit aliqua prædestinationis causa.

16. Eisdem reverà hic error depellitur argumentis, quibus præcedens; sed quia utilis satisque garrulus appareat, ideo patim de illo est curandum. Præfatum tamen errorum respuit Catholica fides, propter evidentem Apostoli sententiam Rom. cap. 9. ubi Paulus testatur, Iacob dilectum; Esau vero odio habitum, his verbis: Cum nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, &c. Igitur non propter merita, vel demerita futura Deus hunc elegit, & hunc reprobavit, sed liberè iuxta suę voluntatis beneplacitum.

17. Demum addit Magister, quod reprobatio Dei non est causa peccati; sicut prædestinatio eius est causa boni: In litterâ enim adducit expressè sensum huius propositionis. Nam homo non reprobatur à Deo, ut sit infidelis, & peccator; sicut prædestinatur, & eligitur ut sit fidelis, & iustus; quia prædestinatio divina potest esse causa nostræ iustitiae, & fidei; reprobatio verò non est causa nostræ infidelitatis, & malitiae.

18. Sed oppones: hæc sunt convertibilia: Nullus est prædestinatus, nisi finaliter in gratiâ perseverans: Nullus est finaliter in gratiâ perseverans, nisi prædestinatus; sed aliquis potest mereri finalem in gratiâ perseverantiam: ergo potest mereri quod sit prædestinatus: ergo prædestinationis divina aliqua potest præcedere causa meritoria ex parte prædestinati.

19. Respondetur, quod hinc sint convertibilia; non idcirco est idem esse prædestinatum, & illud finaliter perseverare: Non enim sequitur, quod si aliquis posse quereretur unum convertibilem, quod possit & reliquum: Sic ut non interficitur, quod si aliquis sit causa unius convertibilium, quod etiam sit alterius causa. Vnde stat benè, aliquem posse promereri finalem in gratiâ perseverantiam, non verò promereri posse esse prædestinatum, eò quod à diversis hi duo effectus oriuntur causis. Et hæc de secundâ distinctionis parte satis sunt dicta.

20. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ partis declaratione, ponitur hæc conclusio: Quanvis Deus omnia sciat, quæ prius scivit, non tamen præscit, quæ præscivit. Quam quidem conclusionem probans Magister, querit: An sapientia Dei possit minui? Et responderet, quod præscientia divina potest minui, non verò eius divina scientia.

21. Sic summâ asserti probationem perficit: multa Deus præscivit, quæ modo non præscit; sed omnia quæ scivit, modò scit: ergo quia præscientia divina potest minui, non verò eius scientia. Maiorem probat: præscientia solum est de futuris; scientia autem de præsentibus, præteritis, & futuris; sed multa quæ futura erant, præsentia sunt, vel prætereunt: ergo desinunt esse sub Dei præscientiâ, & non sub divinâ scientiâ: ergo multa Deus præscivit, quæ modo non præscit; at omnia, quæ scivit, modò scit.

22. Sed oppones primò: Deus scivit me nasciturum, & mundum creandum; sed modò non scit me nasciturum, & mundum creandum, alioquin non verus foret intellectus divinus: ergo ea, quæ semel scivit, non semper scit.

23. Respondeat Magister, quod Deus idem scit de me, & mundo, quod ante creationem sciebat, eò quod apud Deum idem sit. Sortes na-

tus, nasciturus, & nascens; quia omnem scientiam, quam aliquando habet, semper habuit, & habet, & habebit. Et quidem, cum scientia divina mensuratur aeternitate, quae tota est simul, sive in qua non est praeteritum, neque futurum; Ast solùm modis explicandi scientiam divinam variatur.

24. Quod venustè expendit Magister in littera. Sicùt enim antiqui Patres crediderunt Christum Dominum nascitum, & moritum; sic nos credimus eum natum, & mortuum, nec tamen diversa credimus nos, & illi, sed eadem, licet illis, & nobis diversis modis enunciatus sit, quia illi ut nascitum, nos natum suscepimus: ergo similiter, quando sc̄ientia divina aliquando exprimitur per verba de praesenti, aliquando de praeterito, & de futuro aliquando, non variatur scientia, sed solùm diversus modis illam exponendi.

25. Oppones secundo: præscientia divina dicit quid aeternum; sed nullum aeternum desinit esse: ergo quod est aeternum præscientia non desinit esse; ac proinde omnia quæ Deus præscivit, modo præcitat.

26. Respondeat Magister, quod hoc nomen præscientia, non importat aeternum connotando temporale; sed solùmmodo dicitur de futuris. Cum ergo futura desinant esse futura, necesse est, ut desinant præsciri; non ratione eius quod est scire, cum hoc sit aeternum, sed ratione connotati, quod est temporale. Et de hac tertia, & ultima distinctionis parte satis sint dicta.

QVÆSTIONES.

27. **Q**VÆST. 1. An prædestination efficax ad gloriam sit ante prævisa merita? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 23. art. 4. & 5. & in 1. dist. 41. q. 1. art. 2. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 65. à pag. 709. Gonet tom. 2. tract. 5. de Prædest. disp. 2. art. 1. Salmant. tom. 5. de Prædest. disp. 8. Lezana tract. 4. de Prædest. disp. 9. q. 5. Biescas q. 23. art. 4. dub. 1. Ioan. S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 24. disp. 8. art. 1. bat tom. 1. tract. 1. disp. 7. dub. 6. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. art. 5. dub. 2. Contencion tom. 1. lib. 2. dissert. 6. cap. 1. specul. 2. Ferre tom. 2. tract. 12. de Vol. q. 5. à §. 1. Carrasco 3. p. de Prædest. dub. 3. resol. unic.

28. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 41. q. unic. Perez Lopez in 1. dist. 5. q. unic. art. 1. Hernandez in 1. tract. 4 disp. 4. sect. 7. Maceodus in 1. Colat. 11. diff. 4. sect. 1. & seqq. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 2. sect. 1. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 7. de Prædest. q. 3. Herrera in 1. disp. 17. q. 6. & 9. Berulle tom. 1. disp. 20. q. 2. Carriere tract. de

Deo, q. 28. Durand tom. 1. tract. de Prædest. disp. 1. q. 1. Felix de Predest. cap. 4. diff. 6. Merinero tom. 1. disp. 2. q. 3. Mastrius in 1. disp. 5. q. 2. art. 1. & seqq. Vulpes tom. 2. disp. 38. art. 3. Lychetus in 1. dist. 41. q. 1. Faber tom. 2. dist. 40. disp. 58. cap. 3. Boyvin tom. 1. cap. vlt. disp. 2. q. 8. Baron tom. 4. tract. de Prædest. apolog. 3. act. 4.

29. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 1. de Prædest. cap. 7. & 8. & lib. 3. cap. 5. Franc. Delugo de Deo Vno, disp. 39. cap. 4. Amicus p. 1. disp. 15. sect. 4. Arriaga disp. 35. & 36. Izquierdo tom. 2. de Deo, tract. 12. disp. 41. q. 1. Anton. Perez tom. vnic. de Prodig. disp. 1. q. 4. nu. 58. Eíparza lib. 1. de Prædest. q. 31. Carleton tom. 1. disp. 40. à sect. 1. Aldrete de Prædest. disp. 6. sect. 1. Ribadeneira de Prædest. disp. 13. Martinon disp. 20. sect. 6. Herrera de Prædest. q. 13. sect. 1. 2. & seqq. Gasp. Hurtado de Prædest. disp. 2. diff. 5. Quirós 1. p. tom. 2. disp. 12. Maurus de Prædest. tract. 6. q. 7. 3. ^{hōl. ill. 250} tom. 1. sect. 12. problem. 4. à §. 1.

30. Ex alijs D. Bolaña in 1. dist. 41. art. 1. q. 2. Gaudentius tom. 1. de Deo Vno, disp. 21. q. 7. Ferchius in Epist. disp. 41. Blasco tom. 2. lib. 115. q. 1. art. 1. Abelly de Deo, cap. 5. sect. 4. Baudunius q. 23. art. 4. Fulieni. lib. 1. cap. 20. resol. 1.

31. QUÆST. 2. An detur causa reprobationis positivæ? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 23. art. 5. ad 3. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 69. à p. 845. Gonetus tom. 2. tract. 5. de Prædest. disp. 5. art. 2. Salmant. tract. 5. disp. 8. q. 23. art. 5. dub. 1. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 24. disp. 10. art. 4. & seqq. Lezana tract. 4. disp. 12. q. 1. 2. & 3. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 1. dub. 9. Biescas tom. 2. q. 23. art. 5. dub. 3. Contenson tom. 1. lib. 2. dissert. 6. cap. 2. specul. 2. Ildephon. Michael tom. 1. p. 1. tract. 9. art. 3. dub. 1.

32. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 41. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 4. disp. 6. sect. 3. Mastrius in 1. disp. 5. q. 3. art. 1. Macedus in 1. probat. 2. diff. 1. sect. 6. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 3. q. 2. Poncius prædict. Theolog. disp. 7. de Prædest. q. vlt. & in Comment. tom. 1. dist. 41. pr. vnic. Cordova in Quest. Theolog. lib. 1. q. 56. Simsing de Deo Vno, tract. 3. disp. 6. q. 11. Sannig tom. 1. tract. 3. dist. 3. q. 10. Faber tom. 2. dist. 40. disp. 59. cap. 1. Felix de Reprob. cap. 6. diff. 3. Merinerus tom. 1. disp. 5. q. 2.

33. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 5. de Reprobat. cap. 6. Amicus disp. 16. sect. 2. Beccan. tom. 1. cap. 15. q. 3. Carleton tom. 1. disp. 45. sect. 1. & 2. Aldrete de Prædest. disp. 23. sect. 3. Maurus de Prædest. tract. 6. q. 72. & 76. Herrera de Prædest. q. 17. sect. 5. Rhodès disp. 5. de Deo, q. 3. sect. 2. §. 2. Avendaño tom. 1. sect. 15. problem. 4. Ex alijs D. Bonaven-

ventura in 1. dist. 41. art. 1. q. 1. Gaudentius tract. 1. de Deo Vno, disp. 22. q. 3. Caspens. disp. 5. sect. 2. Coriolan. q. 23. art. 8. Blasco tom. 2. dist. 118. q. 1. & 2.

34. QV EST. 3. An merita vnius iusti possint esse causa prædestinationis alterius? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 1. dist. 41. art. 4. & q. 6. de Verit. art. 6. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 68. à p. 833. Salmant. disp. 11. dub. vnic. Ferre tract. 11. de Merito art. 6. Carrasco p. 5. de Merito dub. 5. resol. vnic.

35. Ex Scholâ Subtili Scotus in 4. dist. 4. q. 2. Hernandez in 1. tract. 4. de Prædest. disp. 4. sect. 6. Vulpes tom. 2. disp. 38. art. 9. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 6. q. 9. Felix de Prædest. cap. 4. diff. 5. Boyvin tom. 1. cap. vlt. disp. 2. q. 11.

36. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Prædest. cap. 21. & 24. Card. Delugo tract. de Incarn. disp. 5. sect. 8. Aldrete de Prædest. disp. 18. sect. 1. Thysfus tom. 1. disp. 5. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 43. sect. 1. Beccan. p. 2. tract. 4. cap. 5. q. 10. Avendaño tom. 1. sect. 13. problem. 2. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 27. art. 2. q. 1. ad 3. Abelly de Deo, tract. 6. cap. 5. sect. 7. Gaudent. tract. 5. de Grat. disp. 4. q. 16.

37. QVÆST. 4. An nostra prædestination fuerit ex meritis Christi Domini? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 3. p. q. 24. art. 4. & in 3. dist. 10. q. 3. art. 3. Godoy 3. p. tom. 3. disp. 56. à p. 825. Gonet tom. 4. tract. 1. disp. 24. art. 2. & 3. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 24. disp. 8. art. 6. Biecas tom. 2. q. 23. art. 8. dub. 2. Labat tom. 5. tract. 1. disp. 7. dub. 4. Ferre tom. 2. tract. 12. de Volunt. q. 7. §. 1. Contenson tom. 6. dissert. 4. cap. 1. specul. 3.

38. Ex Subtili Scholâ Scotus in 3. dist. 7. q. 3. & 19. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 4. disp. 4. sect. 5. Mastrius in 3. disp. 3. q. 13. art. 1. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 2. q. 3. Poncianus in Curs. Theolog. disp. 7. de Prædest. q. 3. Pytigianus tom. 1. in 3. dist. 19. q. vnic. art. 5. Herrera in 1. q. 12. disp. 17. Berulle tom. 1. disp. 20. q. 2. Vulpes tom. 1. disp. 38. art. 8. Delgadillo de Incarn. cap. 9. diff. 1. dub. 19. Felix de Prædest. cap. 4. diff. 4. Pichon de Incarn. disp. 2. cap. 3. diff. 2. & seqq. Merin. tom. 1. disp. 3. q. 3. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 6. q. 9.

39. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Prædest. cap. 24. & 3. p. disp. 41. sect. 4. Amicus tom. 1. disp. 15. sect. 3. Arriaga disp. 37. sect. 5. Aldrete de Prædest. disp. 15. sect. 1. Carleton tom. 1. disp. 43. sect. 2. Beccan. cap. 14. q. 5. Avendaño tom. 1. sect. 13. problem. 3. à q. 1.

40. Ex alijs D. Bonaventura in 3. dist. 11. art. 1. q. 3. Gaudent. tom. 6. disp. 22. de Merit. q. 15. & tract. 1. de Deo Vno, disp. 21. q. 13. Abelly de

de Deo, tract. 5. cap. 6. sect. 4. Caspensi. 3. p. tract. 20. disp. 10. sect. 4. nu. 2. 9. Morand. 3. p. tract. 1. de Incarn. q. 44. Pasqualig. disp. 98. sect. 1. Baudunius disp. 23. art. 4. Coriolan. q. 23. art. 9.

41. QVÆST. 4. An opera naturalia, sive superna dona sint prædestinationis effectus? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 23. ad 8. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 46. à p. 690. & disp. 66. à p. 749. Salmant. tract. 5. disp. 4. à dub. 1. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 2. q. 24. disp. 9. art. 5. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 7. dub. 5. Biescas tom. 2. q. 23. art. 2. dub. 3. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 9. art. 2. dub. 1. & 2. Ferre tom. 2. tract. 12. de Prædest. q. 3. §. 7. & q. 4. §. 6.

42. Ex Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 20. q. 2. Hernandez in 1. tract. 4. disp. 5. sect. 5. Macedo in 1. Collat. 12. diff. 1. sect. vlt. Frassen in 1. tract. 2. disp. 3. art. 3. sect. 3. q. 2. Poncius in Curs. Theolog. disp. 7. de Prædest. q. 3. Sannig tom. ill. tract. 2. dist. 3. q. 5. Merinerus tom. 1. disp. 4. q. 3. Baron toria, qu'lt. de Prædest. apolog. 3. act. 6. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 5. q. 5. Vulpes tom. 2. disp. 39. art. 6. Felix de Prædest. cap. 5. diff. 4.

43. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Prædest. cap. 6. & 7. lib. 3. cap. 7. & lib. 9. cap. 4. Amicus tom. 1. disp. 15. sect. 5. Arriaga disp. 38. sect. 1. Aldrete de Prædest. disp. 16. sect. 1. Carleton tom. 1. tract. de Prædest. disp. 44. sect. 2. Rhodès disp. 5. de Deo, q. 2. sect. 7. Avendaño tom. 1. sect. 14. problem. 6. §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 14. art. 1. q. 1. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 21. q. 19. Fuliens. lib. 1. cap. 20. resol. 2.

44. QVÆST. 5. An reprobationis negativæ detur aliqua causa? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 23. art. 5. & in 1. dist. 40. q. 4. art. 2. Godoy 1. p. tom. 2. disp. 69. à p. 878. Gonet tom. 2. tract. 5. de Prædest. disp. 5. art. 2. Lezana tract. 4. disp. 12. q. 1. 2. & 3.

45. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist. 41. q. vnic. Hernandez in 1. tract. 4. disp. 6. sect. 2. Mastrius in 1. disp. 5. q. 3. art. 4. Poncius in Curs. Theolog. disp. 7. de Prædest. q. vlt. Sannig tom. 1. tract. 2. dist. 3. q. 10. Vulpes tom. 2. disp. 40. art. 3. Smising de Deo Vno, tract. 3. disp. 6. q. 11.

46. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 5. de Reprobat. cap. 5. num. 9. Amicus tom. 1. disp. 16. sect. 6. Beccan. tom. 1. cap. 15. q. 3. Carleton tom. 1. disp. 45. sect. 1. & 2. Aldrete de Prædest. disp. 23. sect. 3. Maurus de Prædest. tract. 6. q. 72. Rhodès disp. 5. de Deo, q. 3. sect. 2. §. 1.

DE OMNIPOTENTIA DEI.

DISTINCTIONIS QUADRAGESIMÆ-SECVNDÆ
Synopsis.

*Sola Dei nullo constricta potentia fine est,
Quicquid enim esse potest, hoc facere ipse potest.*

Sic incipit: *Nunc de Omnipotentiâ Dei, &c.*

Sic terminat: *Nihil resistere potest.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctione cum superiori. In illâ egit Magister immediate de causâ prædestinationis, & in antecedentibus haec tenus de scientiâ Dei; sed in præsenti iam de potentia divina incipit pertractare: ergo hæc distinctiones invicem connectuntur.

2. Consequentia probatur: priùs est determinare de ijs, quæ pertinent ad intellectum, quam de illis, quæ ad potentiam, sive voluntatem spectant, eò quod in munere operandi prior sit intellectus voluntate, sed in superioribus distinctionibus Magister egit de scientiâ Dei, quæ pertinet ad intellectum; & in præsenti iam de eius potentia determinat, quæ ad voluntatem spectat: ergo rectè alternis praefatae consonant distinctiones.

3. Dividitur præsens distinctione in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, qualiter Deus sit, & vnde dicatur Omnipotens. In secundâ verò subdit, in quo Omnipotentia ratio consistat. In tertia autem, & ultimâ solvit inducta, & confirmat sententiam priùs appositam.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur thesis: *Deus dicitur Omnipotens, quia omnia, quæ possunt esse, potest efficere.* Quam probat primò Magister autoritate Divi Augustini lib. de Quæst. veter. & nov. test. cap. 6. dicentis: *Omnia quidem potest Deus, sed non facit, nisi quod convenit eius veritati, & iustitiae.* Sed solum possunt esse ea omnia, quæ convenient divinæ veritati, & iustitiae: igitur Deus dicitur Omnipotens, quia omnia, quæ possunt esse, potest efficere.

5. Secundò, infinitas virtutis Dei necessariò exigit, eum posse efficere omnia, quæ possunt esse; sed Omnipotentia divina est infinita: ergo Deus

LITTERALIS EXPOSITIO.

305

Deus dicitur Omnipotens, quia omnia, quæ possunt esse, potest efficere. Maior est evidens; quia non est perfectio infinitatis divinæ posse efficiere ea, quæ esse non possunt, sed solum ea omnia, quæ esse possunt. Minor similiter est vera: ergo.

6. Sed oppones: quāvis Deus non possit ambulare, loqui, & alia huiusmodi operari, dicitur Omnipotens; sed hæc omnia absolute possunt esse, ut in nobis experientia comprobatur: igitur Deus non dicitur Omnipotens, quia omnia, quæ possunt esse, potest efficere; siquidem omnia hæc possunt esse, & nihilominus à Deo operari non valent.

7. Respondet Magister, hæc omnia Omnipotentiam divinam non evacuare. Quia licet illa non possit in se Deus, potest tamen illa in nobis, & per nos. Non enim ut Deus sit Omnipotens, requiritur quod possit in se agere omnes effectus; sed ut eos possit in creaturis, quæ eorum capaces sunt.

8. Instabis: Deus non solum in se, verum nec in creaturis potest peccare, nec falli, nec mentiri, nec vinci, nec mori; sed omnia hæc possunt esse, eò quod passim in creaturis experiamur: ergo cùm non possit Deus efficere omnia, quæ possunt esse, non poterit propriè Omnipotens enunciari.

9. Respondet Magister, huiusmodi effectus sive actiones, nempe peccare, falli, mentiri, vinci, & mori non arguere Omnipotentiam in Deo, eò quod talia operari, non sit potentia, sed magis infirmitatis, & insufficiencia, ut expendit Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 1. *Magna*, inquit, *Dei potentia est non posse mentiri*. Et lib. de Symb. Fid. cap. 1. *Deus Omnipotens non potest mori, falli, aut vinci*. Ergo Omnipotentia divina recte salvatur in eo, quod Deus possit efficere omnia, quæ possunt esse.

10. Animadvertisimus tamen pro presentis instantiæ uberiori solutio-
tione, quod virtus passiva non pertinet ad Omnipotentiam, sed activa
effectuum in subiectis, quæ eorum capacia sunt: Posse autem mori, aut
vinci, virtutis passiva est, non activa: Erit igitur Deus Omnipotens,
quia mortem, & vincibilitatem in omnes creaturas; & nulla creatura in
Deum inducere potest. Et hæc de prima distinctionis parte sufficiant.

11. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hæc alia ponitur
thesis: *Aliquem posse omnia, quæ vult se posse, non videtur ad rationem Omnipotentia sufficere*. Hæc etenim propositio triplicem exambit sen-
sum. Primus est, quod potest, quicquid vult se posse. Secundus, quod
potest, quicquid vult se facere. Tertius, quod potest, quicquid vult fie-
ri, sive à se, sive ab alio.

12. In primo, & secundo sensu præsens proponitur assertum ; secùs in terio; nám in isto sensu Deus dicitur Omnipotens, quia potest quicquid vult fieri, sive à se, sive ab alio, quòd reverà Omnipotentiam concludit.

13. Probat sic conclusionem Magister : si ad Omnipotentia rationem sufficeret, aliquem posse omnia, quæ vult se posse, quilibet Sanctus in Cœlo posset dici Omnipotens; sed hoc implicat: ergo aliquem posse omnia, quæ vult se posse, non videtur ad rationem Omnipotentia sufficere.

14. Maiorem probat : quilibet Beatus in Cœlo potest, quicquid vult; nám, cùm eius voluntas recta sit, nihil vult se posse, aut facere, nisi quæ reverà potest facere: ergo si ad rationem Omnipotentia sufficeret, aliquem posse omnia, quæ vult se posse, quilibet Beatus in Cœlo posset dici Omnipotens : ergo quia ad rationem Omnipotentia hoc non sufficit.

15. Sed oppones Prophetam Psalm. 113. dicentem: *Omnia quæcumque voluit, fecit.* Et ad Rom. cap. 9. *Eius voluntati quis resistit?* Ergo quia potest omnia, quæ vult, Deus dicitur Omnipotens.

16. Respondeat Magister negando consequentiam. Non enim hæc sufficit ad rationem Omnipotentia; quia si hoc sufficeret, quilibet Beatus in Cœlo posset dici Omnipotens; & quidem, cùm possit omnia, quæ vult se posse. Omnipotentia ita est propria Dei, ut creaturis neutiquam aptari possit : ergo necesse est, ut eius constitutivum non sit Deo, & creaturis commune. Illæ verò authoritates non aliud dicere intendunt, nisi quòd voluntas Dei non possit impediri, ita ut nihil valeat eius voluntati resistere.

17. Vnde Magister hanc concinnè propositionem statuit : Omne quod Deus vult à se fieri, vult se posse ; sed non omne, quod vult se posse, vult à se fieri. Patet ; nám si Deus vellet, fieret ; cùm voluntati eius nihil resistere possit : ergo quia omne quod Deus vult à se fieri, vult se posse; non tamen omne quod vult se posse, vult à se fieri.

18. Et subdit postea, quòd licet solus Pater dicatur Omnipotens à se, eò quòd à nullo habeat Omnipotentiam ; sicque Filius, & Spiritus Sanctus non possint dici Omnipotentes à se, quia à Patre, & non à se Omnipotentiam habent; tamen dici possunt Omnipotentes per se: Sufficit ergò habere Omnipotentiam sibi naturalem, & propriam, quævis communicatam ab alio. Et hæc de secundâ distinctionis parte sufficiant.

19. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ partis ostensione, hæc ultima præfigitur thesis: *Deus simpliciter potest efficere quicquid est factibile.* Quæ sic

si primò suadetur : Deus simpliciter potest efficere quicquid est possibile; sed quodlibet possibile, sanè factibile est: igitur Deus simpliciter potest efficere quicquid factibile est. Maior & Minor constant ex illo Lucæ 1. *Non erit impossibile apud Deum omne Verbum.* Ergo cùm possibile, & factibile pro eodem apud Deum usurpentur, si Deus valet simpliciter efficere quicquid possibile est ; & operari poterit quicquid factibile est.

20. Secundò , omne quod continetur intra vim adæquatam potentiam est factibile à potentia ; sed omne factibile continetur intra Omnipotentiam divinam, eò quòd virtus eius infinita sit: ergo Omnipotentia divina simpliciter potest efficere quicquid factibile est.

21. Confirmatur: potentia creata, sive finita valet efficere quod est factibile, licet non omne, quod factibile est, efficere valeat: ergo Omnipotentia sive infinita potentia poterit simpliciter efficere quicquid factibile est. Hæc etenim conclusio , cùm parùm, aut nihil distet à primâ; vberiori propugnatione illius supersedere, placet Magistro. Et hæc de tertiat, & ultimâ parte distinctionis satis superque sint dicta.

Q VÆSTIONES.

22. **Q**VÆST. 1. An Omnipotentia divina possit infinitum actu producere? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1.p. q.7. art.1. & q.2. de Verit. art. 10. & quodlib. 9. art. 1. Gonet tom. 1. tract. 1. disp. 4. art. 4. Ioann. à S. Thomâ in Phis. q.15. art.2. Martinez Prado in Curs. Philos. q.5. & 6. Lumbier de Atirib. disp.4. q.8. art.7. Complut. tom.2. disp.18. q.4. & seqq. Contenson tom. 1. lib. 1. diss. 4. cap. 1. specul. 1. Biescas tom.1. disp. 7. art. 3. dub. 1. Lerma lib. 3. Phis. q.9. Parra lib.3. Phis. disp.3. dub.4. §.1. & seqq. Villalpando lib. 3. Phis. cap. 4. q.1. & 2. Froylan lib. 3. Phis. q.2. art. vnic. Palanco lib. 3. Phis. q.3. Bayona lib. 3. Phis. q.15. art.2.

23. Ex Subtili Scholâ Scotus lib. 3. Phis. q.9. & 10. & lib. 11. Metaph. cap.4. Perez Lopez tom.2. Philos. lib. 3. disp. 4. q. 1. art. 1. & seqq. Hernandez tom.3. Philos. lib. 3. disp. 2. scđt. 3. Mastrius tom. 2. Philos. disp. 10. q.2. & seqq. Frassen 3. p. Philos. scđt. 2. q. vnic. Poncius in Curs. Philos. lib. 3. disp. 43. q.1. & in Theolog. disp.8. de Po ent. q. vnic. Sosa tom.1. lib.1. disp. 2. q.2. art. 10. diff. 41. Lanterius de Incarn. disp. 12. Carriere tract. de Omnip. q.6. Nüsse tract. 1. p.3. q.4. Aquila in 1. disp.43.q.1. Pytigianus lib.3. Phis. q.9. & 10. Herinx tom.1.tract. de Omnip. disp.9. q.2. Merin. lib.3. Phis. disp.2. q.4.

24. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp.30. Metaph. scđt. 17. num. 16.

¶ 3. p. tom. 1. disp. 22. sect. 1. Amicus tratt. 18. Phis. q. 5. disp. 4. art. 3. Arriaga d sp. 13. Philos. sect. 4. Linze lib. 7. tract. 3. cap. 4. & tract. 4. cap. 2. Peynado in Phis. disp. 3. sect. 3. Carleton disp. 46. sect. 4. Quirós de Deo, in Ind. q. 7. art. 3. & 4. Huitado disp. 13. Phis. Oviedo Controv. 14. Phis. punct. 4. nu. 1. Curs. Trinit. tom. 2. tract. 1. disp. 3. q. 9. & 11. Rhodès in Curs. Philos. disp. 3. q. 1. sect. 3. Peñafiel tom. 2. disp. 13. q. 1. sect. 1.

25. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 43. art. 1. q. 3. & 4. Aguirre tom. 1. Philos. disp. 20. 21. & seqq. Lalemandet disp. 6. Phis. à part. 1. Gaudent. tract. 1. de Deo Vno, disp. 6. q. 2. Rabesanus lib. 3. Phis. disp. 3. Coriolan. q. 7. art. 2. Blasco tom. 2. lib. 10. dist. 44. q. 2. art. 1. Fuliens. lib. 1. cap. 5. resol. 2. Torrecilla lib. 3. Phis. q. 2. art. 3.

26. QVÆST. 2. An detur potentia obedientialis activa, sive passiva in quolibet ad quodlibet? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. q. 1. art. 3. ad 3. & q. 11. art. 1. Araúxo lib. 7. Metaph. q. 4. art. 4. Martinez Prado 2. p. Metaph. Controv. 10. art. 6. Complut. disp. 12. nu. 4. Palanco lib. 2. Phis. q. 21. Parra lib. 2. Phis. disp. 5. de Caus. instrum. dub. vlt.

27. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 1. q. 1. §. Ad questionem. Et dist. 12. q. 2. §. Hic sunt due opiniones. Perez Lopez tom. 2. Philos. lib. 2. dist. 5. q. 5. art. 2. Hernandez tom. 3. Curs. Philos. lib. 2. disp. 4. sect. 9. Frassen 3. p. Philos. art. 3. q. 5. Mastruis tom. 2. Philos. disp. 7. q. 6. art. 5. Meurisse in Metaph. part. 6. q. 7. Briceño tom. 1. Controv. 9. art. 1.

28. Ex Scholâ Eximia Suarez 3. p. disp. 31. sect. 6. Amicus tom. 7. disp. 5. sect. 1. Arriaga in Curs. Philos. disp. 11. sect. 4. Oviedo lib. 2. Phis. Controv. 9. punct. 7. Curs. Trinit. tom. 2. tract. 1. disp. 2. q. 13. Peynado in Curs. Philos. disp. 6. nu. 67. Peñafiel tom. 2. disp. 10. q. 4. à sect. 1. Ex alijs Card. Aguirre disp. 18. nu. 5. Torrecilla lib. 2. Phis. q. 3. sect. 2.

29. QVÆST. 3. An Deus sit Omnipotens, &c in quo stet eius ratio formalis constitutiva? De quo, distinctione 7. quest. 6.

30. QVÆST. 4. An Omnipotentia sit potentia distincta à voluntate, & essentia? De quo, distinctione 20. quest. 1.

31. QVÆST. 5. An Deus sive Omnipotentia possit esse causa peccati? De quo, distinctione 29. quest. 4.

32. QVÆST. 6. An Omnipotentia divina connectatur cum possibilibus? De quo, distinctione 29. quest. 2.

33. QVÆST. 7. An Omnipotentia concurrat immediatè ad effectus creatos immediatione virtutis, &c suppositi? De quo, distinctione 37. quest. 5.

DE QVANTITATE OMNIPOTENTIÆ DEI.

DISTINCTIONIS QVADRAGESIMÆ-TERTIÆ

Synopsis.

*Si dimissa Deus faceret, dimitteret acta,
In iustum posset dicere nemo tamen.*

Sic incipit: *Quidam tamen de suo sensu gloriantes.*

Sic terminat: *Nec ab eterno voluit.*

1. **C**ONNECTIT VR hæc distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister, vndè Deus dicatur Omnipotens; sed in præsentî declarat, quanta possit operari: igitur hæc consonant distinctiones.

2. Consequentia probatur: iuxta indubitatum Philosophorum, ac Theologorum calculum priùs est esse, quæm operari: ergo & priùs ostendere, vndè Deus sit, aut dicatur Omnipotens, quæm aperire, quanta possit eius Omnipotentia operari; sed in superiori distinctione determinat Magister, vndè sit, aut dicatur Deus Omnipotens: ergo in præsenti declarans, quanta possit eius Omnipotentia efficere, reverà rectum censetur servasse ordinem.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister ostendit, Deum liberè posse facere, & omittere, quæ facit, & omittit, sine præiudicio iustitia suæ, & bonitatis. In secundâ verò expendit, Deum plura posse, quæm vult. In tertâ autem, & ultimâ concludit, quod quævis Deus alia vellet, & facheret, quæm vult, & facit, non tamen per hoc voluntas eius esset mutabilis.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Deus potest alia facere, & omittere, quæ facit, & omittit, sine præiudicio suæ iustitiae, & bonitatis.* Quam probat Magister referendo, & refellendo aliquorum opiniones, qui erraverunt, & defecerunt in scrutinio suo, potentiam Dei infinitam ad mensuram coarctare volentes; dixeruntque Deum non amplius, nec aliud, nec melius facere posse, quæm fecit, nec quod facit, omittere posse.

5. Sic suam Opinionem argumentis præminunt. Primo, Deus non potest facere, nisi quod bonum, & iustum est fieri; sed nihil est bonum,

&

310 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

& iustum fieri, nisi id quod facit; alioquin omitteret facere, quod iustum, & bonum est fieri: ergo Deus non potest facere, nisi quod facit.

6. Secundò arguunt: Deus non potest facere, nisi quod sua exigit iustitia; sed iustitia eius non exigit, aliud fieri ab eo, nisi quod facit: ergo Deus non potest facere aliud, quam facit.

7. Tertiò vident: Deus non potest facere, vel dimittere, nisi quod debet facere, vel dimittere; sed non debet alia facere, vel dimittere, quam quæ facit, aut dimittit. ergo Deus non potest facere, vel dimittere, nisi quod facit, aut dimittit.

8. Quartò instant: nihil Deus efficit, aut dimittit, nisi rationabili causa, et si nobis occulta: ergo non potest facere aliud, aut dimittere, quam quæ fecit, aut dimisit. Antecedens est verum, & consequentia clare inseritur; alias Deus operaretur contra illam rationabilem causam, seu rationem, quæ ab æterno est in Deo: ergo non potest facere aliud, aut dimittere, quam quæ fecit, aut dimisit.

9. Demùm, ijs rationibus alia satis vrgens annexi valet: si Deus posset alia efficere, vel dimittere, quam efficit, aut dimittit, posset facere; aut dimittere, quod non præscivit: ergo. Sequela probatur: ab æterno præscivit Deus omne id, quod erat facturus: ergo si Deus posset alia efficere, aut dimittere, quam quod efficit, aut dimittit, posset facere, aut dimittere, quod ab æterno non præscivit, quod penitus repugnat.

10. His instantijs singillatim satisfacit Magister. Ad primam responderet, quod si propositio illa, Deus non potest facere, nisi quod iustum, & bonum est fieri, intelligatur de bonis, quæ modo sunt, est falsa; si vero intelligatur de bonis, quæ nondim sunt, sed essent, si Deus illa produceret, est vera. Vnde, cum plura sint præter existentia, & futura, quæ si re ipsa existerent, bona forent, argumentum nihil concludit.

11. Ad secundam, tertiam, quartam, & ultimam instantiam ferè eodem satisfacit modo Magister, nempe, quod in Deo non est propriè debitum, nec exigentia quicquam agendi; nec est alia ratio, neque iustitia, nisi ipsius voluntas. Quamobrem potest Deus facere alia, quam ea, quæ nunc absolute eius iustitia, seu ratio exigit, aut debet; quia ut alia possit, sufficit, ut ea exigeret, seu deberet facere iustitia, & rationalibilis voluntas Dei, si re ipsa fuerint à Deo. Idipsum dicimus de præscientiâ divinâ, respectu eorum, quæ ab æterno præscivit. Et hæc de prima textus parte sufficient.

12. PRO SECUNDÆ vero partis declaratione, hæc præfigitur thesis: Constat, Deum plura posse, quam velle, absque inaequalitate potentie,

& voluntatis. Quam quidem conclusionem probat Magister, quandam obiectionem, sic à Contrarijs propositam, solvendo: Voluntas Dei, & eius potentia sunt æquales; sed eò ipso quòd æquales sint, Deus plura non potest, quam vult: ergo non constat, Deum plura posse, quam vult.

13. Respondeat Magister, quòd licet non sit maior potentia, quam voluntas ex parte Dei, quia utraque est una, & eadem res; tamen ex parte obiecti actualiter voliti, plura substantia potentiae, quam voluntati, quia pro sua libertate non vult Deus plura, quæ posset velle, & facere.

14. Quod primò suadetur: Deus potest producere plura, quam ea, quæ re ipsa producit; sed ea, quæ re ipsa producit, vult: ergo Deus plura potest, quam vult. Maior probatur: Omnipotentia divina est infinita, quæ termino finito quoad entitatem, & cunctum exhaustiri non potest: ergo quia Deus potest producere plura, quam ea, quæ re ipsa producit; ac proinde plura potest, quam vult.

15. Secundò: Deus potuit iustificare, & salvare plures homines, quam iustificat, & salvat: Potuit enim iustificare, & salvare Iudam, quem nec iustificavit, nec salvavit: ergo plura prætermisit Deus, quæ agere posset, si vellet: ergo constat, Deum plura posse, quam vult.

16. Tertiò: hæc veritas apud Matth. cap. 28. expressè habetur his verbis: *An putas, quia non possum regare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum?* Ergo poterat Filius rogare, quod non rogabat, & Pater exhibere, quod non exhibebat: ergo uterque poterat facere, quod non faciebat.

17. Præfatum Scripturæ locum ad id astruendum adducit Augustinus in Enchir. cap. 95. & lib. de Nat. & Grat. cap. 7. sub hæc verborum serie: *Dominus Lazarum suscitavit in corpore; nunquid dicendum est, non potuit Iudam suscitare in mente?* Potuit quidem, sed noluit. Ergo aperte constat, ad plura se extendere divinam potentiam, quam eius divinam voluntatem.

18. Sed oppones: Pater aëternus, aut optabat exhibere Christo Domino duodecim legiones Angelorum, aut non optabat? Si optabat, & Christus non volebat: ergo in voluntate dissidebant. Si autem solebat, & Christus poterat petere: ergo poterat à voluntate Patris discordare, & consequenter peccare, quod nefas est proferre.

19. Respondeat Magister, quòd Pater solebat exhibere, & Christus solebat petere; sed tamen Pater poterat velle, & Christus similiter petere, sicut non dissentiebant. Tunc ergo præfatæ discordarent voluntates, si Christus posset petere, & Pater non posset velle. Aliter nullum hactenus capitulus dissidium.

Nec

20. Nec valet si inferas, quod tunc potentia Dei foret maior, quam eius voluntas. Primo, quia ex illo antecedenti folium consequitur, plura esse subiecta divinæ potentiaz, quam eius voluntati, ut nuper dicebamus. Secundo, quia multa nos possumus, quam quæ volumus, & nihilominus non inferuntur, quod potentia nostra sit maior, quam voluntas: ergo satis constat, Deum plura posse, quam vult, absque inæqualitate potentiaz, & voluntatis.

21. In hoc etenim sensu sunt exponenda verba Augustini lib. 7. Confes. cap. 4. alloquentis cum Deo: Non cogerer invitus ad aliquid, quia voluntas tua non est maior, quam potentia; esset autem maior, si te ipso, tu ipse maior esses. Ergo cum æqualitate potentiaz, & voluntatis divina recte salvatur, Deum plura posse, quam vult. Et hæc de secundâ distinctionis parte satis sint dicta.

22. PRO TERTIÆ autem, & ultimæ ostensione, hæc ultima proponitur thesis: *Etsi Deus alia vellet, & faciat, quam vult, & facit, ex eo non sequeretur in eius voluntate mutabilitas.* Quam venustè statuit Magister in litterâ per plutes, ac proprias Sanctorum Patrum authoritates, quibus demonstrat, Deum posse aliud velle, & facere, quam vult, & facit; & tamen eius voluntas nec nova, nec mutabilis valet esse: ergo.

23. Ratione similiter probat primò: Deus ad extrâ ita operatur, ut liberè contingenter operetur; sed quod pactò liberè contingenter operatur ad extrâ, quanvis alia vellet, & faceret, quam vult, & facit, eius voluntas nec nova, nec mutabilis ostenderetur intrinsecè: ergo.

24. Secundo: ita Deus vult, & facit ea, quæ modò operatur ad extrâ, ut benè potuerit, illa non velle, & facere, seu liberè omittere, absque illâ sua voluntatis mutabilitate: ergo etsi Deus vellet, & faceret alia, quam vult, & facit, non exinde recte posset deduci, voluntatem divinam novam, & mutabilem esse.

25. Tertio: non vult Deus omnes homines efficaciter iustificare, & tamen quis ambigit, eum posse? Sed licet possit omnes homines iustificare, & actu non iustificet omnes, nulla in Deo arguitur nova, aut mutabilis voluntas: ergo quanvis alia vellet, & faceret, quam ea, quæ vult, & operatur, non debemus iure aliquo mutabilitatem in Deo ponere. Aliæ rationes continentur in litterâ, quas brevitatis gratiâ omissimus, eò quod in alijs distinctionis partibus satis comprehensa apparet.

26. Oppones ex Augustino Epist. 115. ad Nebrid. dicente: Aliâ ratione, sive aliâ voluntate conditus est homo, aliâ ratione conditus est equus;

equus; sed aliâ & aliâ ratione, aut voluntate sunt cuncta opposita: ergo eadem ratione, aut voluntate manente, non potuit Deus facere opposita; sed si Deus posset alia velle, & facere, quâm ea, quæ vult, & facit, posset facere opposita: ergo Deus non potest velle, & facere aliud, quâm vult, & facit, absque novâ suâ voluntatis mutabilitate.

27. Respondet Magister, quod voluntas divina est æquissima, etiam si possit velle, & facere alia, quâm vult, & facit: Quia enim Deus novit omnia, potest scire opposita, sine innovatione scientiæ, ita etiam absque novâ suâ voluntatis mutatione potest velle, & facere aliud, quâm vult, & facit.

28. Vnde, non intelligitur voluntas mutari, quando Deus potest facere, quod non vult, & facit; sed tantum volitum aliquod ad variari, ipsam y & eandem immutabilem remanentem; i o sive ad aliud, & aliud, ut satis hæc de tertiat, & ultimâ

Q.V.

V E S.

QVIEST. 1. An, si Deus rationalis liberè ageret, natura naturæ ageret, natura Scholâ D.Thomas 1.p. q.19. art.8. Godoy 1.p. tom.2. disp.54. à pag.519. Araúxo lib.6. Metaph. q.3. art.3. Ioan.à S.Thomâ q.12.de Anim. art.2. Complut. disp. vlt.de Anim. Biescas tom.2. q.19. art.8. dub. 4. Ferre tom. 2. tract.9. de Vol. q.9. à §.1.

30. Ex Subtili Scholâ Scotus in 1. dist.39. q. vnic. Perez Lopez in 1. dist.4. q.5. Macedo in 1. Collat. 10. diff. 2. sett. 3. Vulpes tom. 1. p.2. disp.6. art.3. Briceño tom. 2. de Scient. Controv. 11. dist.2. art.5. ron tom.4. tract.de Potent. apol. vlt. act.vlt.Cordova in Quest.Theo- . q.55. dub. 4. Meurisse in Metaph. p.5. q.4. Llamazares in eolog. q.13. Herrera in 1. disp.4. q.3. Berulle tom.1. disp.16. er in 1. dist.8. q.2. art.3.

31. Ex Scholâ Eximiâ Suarez disp. 19. Metaph. sect. 3. Quiròs in 1. q.19. art.8. dub.3. Herrera de Volunt. q.16. sett.1. & seqq. Aranda de Astib. hum. lib.4. disp.16. sett.3. Ex alijs D.Bonaventura in 1.dist. 38. art.2. q.1. Petrus à S. Ioseph Idea Theolog. lib.1. cap.16. resol. 4. Gaudent. tract.1. de Deo Vno, disp.24. q.12.

32. QVIEST. 2. An Voluntas Dei sit æterna, & immutabilis? De quo, distinctione 6. quest. 2.

33. QVIEST. 3. An possibilitas, & impossibilitas rerum desumatur

314 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

tur ab intellectu divino, an à rebus ipsis? De quo, *distinct. 29. quest. 1.*

34. QVÆST. 4. An Deus posset suum revocare decretum? De quo, *distinctione 6. quest. 2.*

35. QVÆST. 5. An Deus possit aliquid de novo decernere? De quo, *distinctione 6. quest. 2.*

36. In hanc Distinctionem possunt expendi omnes superioris distinctionis Quæstiones.

DE QUALITATE POTENTIAE DEI.

DISTINCTIONIS QVADR

VMÆ-QV

Longè aliter poti
Optima quāntu

urea

Sic incipit: Nunc i discutiendum, &c.

Sic terminat: Ita à scientiâ Dei dicendum est.

1. C ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister, quanta potuerit Deus, sive Omnipotentia eius causare; sed in præsenti declarat, qualia producere possit: ergo hæc cum superiori distinctione aptè connectitur.

2. Consequens probatur: servato doctrinæ ordine, priùs agendum est de quanto, quam de quali, eò quod qualitas in rectâ prædicant tali serie quantitatem præsupponat; sed Magister in superiori ostendit, quanta possit divina Omnipotentia causare; & in qualia producere valeat: ergo rectè istæ copulantur distinctiones.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ Magister determinat: Vtrum Deus posset facere res meliora quam fecit. In secundâ vero, An posset eas operari meliori modo, quam fecit. In tertiam autem, & ultimâ statuit, An Deus possit modò omnia, quæ olim potuit.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur thesis: *Deus potest totum universum, seu mundum facere meliorem.* Ante cuius probationem recenset Magister Opinionem aliquorum, quibus videbatur,

tur, Deum nec alia posse producere meliora, neque modo meliori, quam quæ iam de facto produxit. Hi etenim sunt eorum, qui distinctione antecedenti sentiebant, Deum non posse producere alia, quam re ipsa existentia, & futura.

5. Sic suum concinnabant discursum: Aut Deus non produxit alia meliora, quam fecit, quia non potuit; aut quia noluit? Si potuit, & non fecit: ergo fuit invidus. Si non fecit, quia non potuit: ergo non fuit Omnipotens, quod æquè repugnat, ac primum.

6. Præfatum confirmabant ratiocinium autoritate Divi Augustini lib. 83. Questio. 50. quā supra probavit Magister dist. 20. Patrem venuisse Filium æqualem; quia si potuit, & noluit Filium sibi coæquavere, & erare, tunc invidus fuit; si vero non fecit, quia non potuit, tunc ipsam companion fuit: ergo hanc à proposito.

alio tamen, & al. Minod. comparsa simile inter Filium Dei, & crea-
pro comperto habetur. ^{s. vnu} Theologos. Et nempè quod Filius est
distinctiōis parte sufficiant.

^{t inq. #} S T I O Num Patri: At creatura non
accidit per communicationem ex necessitate Dei, & ideo potest illam
roducere meliorem, & meliorem. Angelicā uratur tota perfectio,
quam Deus creaturæ valet conferre.

8. Sed instabis: invidia potest attendi respectū diversi in substantiā, & naturā, sicut Angelus invidet homini: ergo licet excludatur invidia à Deo Patre respectū Filij, cum quo est eiusdem substantiæ, aut naturæ, non tamen respectū creaturæ, cui est naturā dissimilis.

9. Respondetur negando consequentiam. Nam ad invidiam duo concurrere oportet, quippe possibilitatem ad æqualitatem, & exigē-
Bā rei factæ. Non enim invidet aliquis alicui, nisi quia ei æquatur,
log. lib. 1 vel quia timet, ne coæquetur. Ex his ergo non convincitur
Quast. Thidia, etiamsi nihil produceret, ut ex se liquet; atque adeò
q. 9. GirMagistri omnino subsistit.

10. Conclusionem suprà appositam sic primò suadet Magister: si
Ins non posset facere res meliores, quam fecit; sanè esset, aut quia
creatura est summè bona; aut quia non est capax talis meliorationis;
sed primum est falsum; & secundum non obstat: igitur Deus cunctum
universum potest meliorem facere.

11. Minorem quodad primam partem probat: si creatura esset sum-
mè bona, tunc creatura Creatori esset æqualis, eo quod Creator sit
summè bonus; sed falsissimum censetur, creaturam Creatori æquari,

cum illa sit finita, dependens, & limitata: igitur creatura non est summè bona; ac proindè valet Deus facere res meliores, quām fecit.

12. Secundam Minoris partem similiter suadet Magister: Deus potest conferre creaturæ meliorem capacitatem, quām dedit: ergo quòd creatura de facto non sit capax talis meliorationis, non obstat, quòd possit facere alia meliora, quām fecit. Antecedens ostendit autoritatem Divi Augustini lib. 11. super Genes. ad litt. cap. 7. afferentis: *Talem potuit Deus hominem fecisse, qui nec peccare posset, nec valeret. Et si tamē fecisset, quis dubitat, eum meliorem fuisse?* Ergo valet Deus conferre creaturæ meliorem capacitatem, quām contulit; sicutque alia meliora producere, tamēsi creatura de facto non sit capax talis meliorationis.

13. Sed contrà ex ipso Augustino līte: *Melior est substantia, quæ peccavitudine sibi ipsi contrarius Augustinus videtur*

14. Respondetur, quod
Primò, ob voluntatis defectum
Augustinus in primo sensu est
melior est substantia rationalis, *vuncta*
non valet, sive irrationalis substantia: At melior
rationalis, quæ peccare non posset, quām rationalis, quæ *valeret.*

15. Secundò probat assumptum: hæc rerum creatarum vastissimæ universitas non exhaustit, sive evacuat totam virtutem Dei: ergo manet in Deo potestas ad eadem, & alia producenda meliora. Antecedens est verum; quia tota hæc universitas mundialis est finita, & Dei virtus infinita; sed virtus infinita per effectum finitum non exhaustitur, aut evanescatur: ergo in Deo ad alia producenda meliora, & meliora, quām produxit, manet virtus, & potestas.

16. Sed oppones: hæc doctrina nequit subsistere, & præsertim Christo Domino, quem Deus videtur, nullo modo posse facere rem; iuxta illud Apost. ad Philip. 2. *Dedit illi nomen, quod est ne nomen.* Et Ioan. 3. *Datus est ei Spiritus non ad mensuram.* potuit Deus conferre Christo Domino plus de spiritu; nec ipse meliorem, quām fecit.

17. Respondet primò Divus Bonaventura, Magistrum locutum fuisse de universo, & eius partibus; & quoniam Christus Dominus nec est de universo, nec est eius pars; idcirco instantia non habet locum in Christo Domino.

18. Respondet secundò, quòd doctrina Magistri adhuc subsistit respectu Christi Domini, qui tripliciter contemplari potest, nempe, aut

quan-

quātūm ad vñionem, aut quātūm ad gratiam singularis personæ, aut quātūm ad proprietates naturæ. Primo modo, nec Deus potest plū dare, nec creatura recipere, quia gratia Vnionis ex parte Verbi est dignitatis infinitæ, scilicet, quod homo sit Deus; quāvis ex parte humana-
ritatis quicquid est ibi, sit finitum.

19. Secundo modo est concedendum, quod Deus potuit plū dare, sed rationalis creatura non potuit amplius recipere. Tertio demum modo etiā Deus potuit plū bonitatis conferre, & creatura rationalis recipere, quantum ad ea, quæ sunt corporis, scilicet constituere substantiam illam incorruptibilem, & immortalem; sed tamen fini, & saluti naturæ non fuit conveniens, ut sic reparari posset homo per mortem, & vele, & rare, tuac in viuis tuād melior potuit esse Christus Dominus, ipsam companion fuit: ergo nām, & p.

allo tamen, & al. Mmo. Comparat. Maria fuit pars Universi; sed non pro comperto habetur. Theologos. iustum Ansel. de Concep. Virg. distinctionis parte sufficient.

*minis Conceptio fieret de Matre
deo intelligi.*

Ergo quāvis lo-

t iniquum, & invīcīus non potuit facere alia me-

2. acitur per commun.

21. Meliore regt ipse Seraphicus Doctor negando consequentiam: quām licet nihil nobilius meditari possit, quām esse Mater Dei; & in hoc sensu nulla creatura valeat esse maior, & melior Beatissimā Virgine Mariā; nec maiorem habere gratiam sanctificantem, eō quod concessa fuerit ipsi, quantam pura creatura recipere potuit; tamen quantum ad corpus, naturalia optima habuit secundū quod fini conveniens fuit; simpliciter vero meliora potuit recipere, & Deus communicare. Vndē doctrina Magistri, quod Deus ea, quæ fecit, potuit facere meliora, in Ballo creato habet instantiam. Et hāc de primā distinctionis parte suf-
log. 1r.

Quāst. I^{PRO} SECUND^{AE} verò partis declaratione, hāc alia ponitur
q. 9. *Gīus non ex parte sui, sed ex parte rerum potest facere quamlibet*

o. *Corem.* Quām quidem conclusionem probans Magister, inquirit:
In c. in Deus posst facere meliori modo res, quām fecit? Et respondeat,
quod si modus ad scientiam artificis referatur, tunc Deus non potest
meliori modo facere mundum. Si verò modus faciendi ad rem factam
referatur, tunc Deus potest æquè bona, & minus bona, & meliora fa-
cere.

23. Quod summatim expendit Magister: Scientia Dei non potest
esse maior, nec melior, quām est: ergo si modus ad scientiam artificis
refe-

referatur, Deus nihil sapientius, & meliori modo poterit facere, quam fecit, idest, aliâ sapientiâ, vel maio i sapientiâ: ergo.

24. Si ergo modus operandi referatur ad rem factam, potest Deus minus bona, aut meliora efficere, quam fecit. Patet; nam media, & alia, quæ Deus assequitur per scientiam, meliora sunt: ergo Deus potest & quæ bona, & minus bona, & meliora facere, si modus faciendi ad rem factam referatur.

25. Fulcitur argumentum à Magistro authoritate Augustini lib. 13. de Trinit. cap. 10, dicentis: *Euit alius modus nostræ liberationis possibit Deo, quia omnia potest; sed nullus alius nostræ miser veniamtior.* Ergo si modus faciendi ad rem factam referatur, hanc alio modo hominem reparare; sicut & meliora facere, quam fecit; si referatur. Et hæc de secundâ distin-

26. PRO TERTIÆ autem, hæc tertia ponitur thesis præterita, quæ erat ad eadem probet, inquirit priùs: An Deus pro negante parte arguit, ut præmuniat.

27. Sic discursabat Magister: Deus potuit incarnari, & mori, eò quod fuerit mortuus, & incarnatus; sed modò nec potest mori, nec incarnari: ergo non manet eadem potentia in Deo ad præterita, quæ erat ad eadem futura, atque præsentia.

28. Respondet Magister negando consequentiam. Quia sicut Deus omnia semper scit, quæ aliquandò scivit; & semper vult, quæ aliquandò voluit; nec unquam scientiam aliquam amittit: Ita omnia semper potest, quæ aliquandò potuit, nec aliquā potentiam suā unquam privata: atque adeò Deus valet modò producere omnia, quæ olim potuit.

29. Unde, Deus modò potest Christum Dominum mortuus & resurrexisse pro tempore, pro quo mortuus fuit, & resurrexit modò scit, & vult resurrectionem, & mortem pro eo tempore extem. Cæterum, sicut non est alia scientia, quæ scivit, se resurrexit & quæ nunc scit, se resurrexisse; sed eadem est, licet diverso modo significata, sive diversis temporibus applicata: Ita eadem potentia Dei est, quæ potuit, & potest.

30. Asserti scopus sic suaderi valet primò: potentia non destruitur per actum: ergo Deus potest omnia, quæ olim potuit. Antecedens probatur: antequam mundus esset conditus, Deus respiciebat eum futurum;

& cùm esset, respiciebat præsentem; & ità postquam fuerit, eisdem potentia respicit præteritum: ergo quia potestia non destruitur per actum; sed semper eadem constans, invariabilisque manet, cum sola successione, sive variatione extrinsecā actuum: ergo ea omnia potest modò producere Deus, quæ olim potuit.

31. Secundò, scientia divina eadem respicit obiecta, iam futura, iam præsentia, & iam præterita, absque illâ sui variatione: ergo & voluntas, sive potentia divina una, & eadem semper manens, poterit modò producere omnia ea, quæ olim producere potuit, sine sui mutabilitate. tiam illam incorruptam potentiam, quæ est idem cum essentiâ, habet idem turæ non fuit conveniens; illid, cuius posse est idem, quod esse, si haveret, esse rare, tunc invanum tuncdū habet & posse: ergo si quod Deus seipsum componeret fuit: ergo nām p̄ceptum est ēst̄le; etiam quod semel alio tamē, & al. modo, comparata, quod esse: ergo modò pro comperto habetur. Theologos. producere potuit. Et hæc de distinctionis parte sufficiant.

t iniquum, & invicem E S.

2. accitur per communum

ducere substantiam, cui visio-

nenioreat ipsius naturalis? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1. p. quæ 2. art. 3. & 4. & in 4. dist. 49. q. 2. art. 6. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 13. à p. 360. Gonet tom. 1. tract. 2. disp. 1. art. 1. & tract. 7. disp. 13. art. 1. Salmant. tract. de Vis. disp. 3. dub. 2. Ioan. à S. Thomâ 1. p. tom. 1. disp. 14. art. 4. Prudent. tract. 1. de Vis. disp. 2. dub. vnic. sect. 1. & seqq. Greg. Martinez q. 5. art. 5. dub. 2. Lumbier de Vis. q. 7. art. 1. Labat tom. 1. tract. 1. disp. 4. dub. 5. Biescas tom. 2. q. 12. art. 4. dub. 2. 2. 3. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 5. art. 1. & tract. 6. art. 5. & Bar. 10. dub. vni. Contenson tom. 1. lib. 1. dissert. 5. cap. 1. specul. 1. log. 1. 1. tract. de Vis. §. 5. Carrasco 1. p. de Vis. dub. 2.

Quæst. Th. Subtili Scholâ Scotus in 2. dist. 23. & in 4. dist. 49. q. 11. q. 9. Girvez in 1. dist. 7. q. 6. art. 1. & seqq. Mastrius tom. 1. disp. 6. q. 0.

G. Vulpes tom. 1. disp. 23. art. 11. Smising de Deo Uno, tract. 2. In. 3. q. 2. Lanterius de Incarn. disp. 13. Baron tom. 4. tract. de Vis. apoloq. 2. art. 3. Berulle tom. 1. disp. 4. q. 3. Bricioño tom. 1. Controv. 9. art. 1. Llamazares in Quæst. Theolog. q. 2. Herinx tom. 1. tract. de Vis. disp. 5. q. 2. Felix de Vis. cap. 2. diff. 3. Castillo de Velasco tom. 2. disp. 7. q. 2. p. 2. num. 46. Et in Nostro Athenæo sub Schol. Subtili q. 4. art. 1. 2. & alijs.

35. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 2. de Attrib. cap. 9. Arriaga 1. p. disp.

320 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

disp. 5. sect. 7. Anton. Perez disp. 2. de Vis. Amicus tom. 1. disp. 9. sect. 6. Carleton tom. 1. disp. 11. sect. 1. & 2. Alòs in Select. disp. 3. cap. 3. dub. 2. & 3. Muniesa de Attrib. disp. 18. sect. 4. Izquierdo 1.p. tratt. 8. disp. 18. Aranda de Attrib. hum. lib. 11. disp. 40. sect. 3. §. 1. Borrull de Attrib. disp. 17. sect. 1. Ripalda tom. 1. disp. 23. & tom. 2. disp. vlt. sect. 11. Quiròs de Deo, disp. 20. sect. 1. Maurus tratt. 3. de Vis. q. 25. Aldrete tom. 1. disp. 3. de Vis. à sect. 1. Avendaño tom. 1. sect. 4. de Vis. problem. 1. §. 1. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 3. q. 23. art. 2. q. 1. Caspens. tratt. de Ang. disp. 2. sect. 7. Gaudent. tratt. 4. de Ang. disp. 7. q. 1. & tratt. 1. de Deo Vno, disp. 11. q. 9. Blasco tom. 1. dist. 93. q. 1. art. 2. §. 4.

36. QVÆST. 2. An Deus possit facere quod præteritum non fnerit præteritum? Ex An. Subtili Scholâ D. EIV^e ACCEPTIONE. & 1.p. q. 25. art. 4. Ferre tom. 2. q. 25. art. 4.

37. Ex Subtili Scholâ QVADRAGINTA MÆ-CXXII. TÆ disp. 21. q. 3. Poncirus in Cui Synopsis ut pp. 8. dova lib. 1. q. 55. dub. 12. Niise tratt. 1. p. 3. q. 7. Vulp. 42. art. 9. Smising tratt. 3. de Deo Vno, disp. 7. q. 5. Berming. de Trinit. q. 25. art. 4.

38. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 3. de Attrib. cap. 9. de Omnip. Beccan. tom. 1. cap. 17. q. 5. Muniesa de Attrib. disp. 9. sect. 6. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 42. q. 2. Gaudentius tratt. 1. de Deo Vno, disp. 24. q. 4. Galitus p. 2. Philos. lib. 3. tratt. 2. q. 3.

39. QVÆST. 3. An Deus possit facere mundum substantialiter, aut accidentaliter meliorem? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas 1.p. q. 25. art. 6. & in 1. dist. 44. q. 1. art. 1. & 2. Ferre tom. 2. tratt. 13. de Potent. q. 8. §. 1. Bielscas tom. 2. q. 25. art. 6. dub. 3. Villalpando disp. 21. q. 2. Complut. 3. Phis. disp. 18. q. 3.

40. Ex Subtili Scholâ Scotus in Report. in 1. dist. 44. q. 1. acipimus in 2. tratt. 2. disp. 6. q. 5. Smising de Deo Vno, tratt. 3. disp. 7 in volendi pes tom. 2. disp. 42. art. 13. Aquila in 1. dist. 44. q. 1. Niise tratt. 1. p. 2. q. 2. Berming de Trinit. q. 25. art. 6.

41. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 3. de Attrib. cap. 9. & disp. 3. Metaph. sect. 17. Beccanus tom. 1. cap. 17. q. 7. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 44. art. 1. q. 1. & 2. Gaudentius tratt. 1. de Deo Vno, disp. 24. q. 7. 8. & 9. Blasco tom. 2. Philos. lib. 16. dist. 5. q. 1. art. 2.

42. QVÆST. 4. An potuit Deus producere mundum ab æterno quod permanentes, aut successivas creaturas? Ex Angelicâ Scholâ D. Tho-

LITTERALIS EXPOSITIO.

321

Thomas in 2. dist. 1. q. 1. art. 5. & q. 3. de Potent. art. 17. Ioan. à S. Thomâ in Phis. q. 24. art. 1. & 2. Martinez Prado lib. 8. Phis. q. 1. Complut. disp. 29. Phis. q. 3. & 4. Murcia lib. 8. Phis. disp. 1. q. 3. Oña lib. 8. Phis. q. 1. art. 4. Ortiz in Phis. tract. 10. confer. 4. & 5. Bayona in Phis. lib. 8. q. 21. art. 1. & 2. Lerma lib. 8. Phis. q. 1. & seqq. Villalpando lib. 8. Phis. q. 2. 4. & 5. Parra lib. 8. Phis. q. vnic. Froylanus lib. 8. Phis. art. vnic. §. 1. Palanco lib. 8. Phis. q. 1. & 2.

43. Ex Subtili Scholâ Scotus in Report. in 2. dist. 1. q. 4. & lib. 8. Phis. q. 1. Poncius in Curs. Philos. lib. de Cœlo, & Mund. disp. 50. q. 3. & 4. Vulpes tom. 1. p. 2. disp. 3. art. 57. Faber in 2. dist. 1. disp. 5. q. 3. Pytigianus lib. 8. Phis. q. 1. & 2. Villaverde lib. 8. Phis. cap. 1. q. 1. Carriere tract. de Creat. q. 3. Merinerus lib. 8. Phis. disp. 1. q. 4. Lante-

c immutab.

+ idem ap. 1. & 2. Amicus tom. Carleton disp. 39. sect. 4. Ovie-
. Phis. disp. 17. sect. 1. Spi-
. tract. 1. disp. 8. q. 1. Hurt-

m. sect. 2. & 3. Echaz. ap. 30. tract. 6. cap. 2.

45. Ex alijs D. Bonaventura in 2. dist. 2. p. 1. q. 2. Aguirre disp. 43. Phis. sect. 1. & seqq. Bonæspes tract. 3. disp. vlt. à nu. 1. Lalemandet disp. 7. de Mund. part. 3. Castro Vetro tom. 2. Philos. q. 3. Gaudent. tract. 3. de Ang. disp. 1. q. 11. & 12. Blasco in Curs. Philos. tom. 2. lib. 15. dist. 50. q. 6. art. 3. & 4. Torrecilla lib. 8. Phis. q. vnic. art. 2.

46. QVÆST. 5. An Deus possit producere creaturam rationalem impeccabilem per naturam, sive infinitæ perfectionis, aut omnium perfeccissimam? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 2. dist. 34. q. 1. art. 3. & lib. 3. Contra Gent. cap. 109. & 1. p. q. 25. art. 6. & q. 1. de Potent. & 2. Godoy 1. p. tom. 1. disp. 14. Gonet hic disp. 11. Complut. tom. 2. a. 2. Ildephon. Michael 1. p. tom. 1. tract. 10. dub. vlt. Palanco &. q. 4.

Ex Subtili Scholâ Scotus in 3. dist. 13. q. 1. & in 2. dist. 23. vnic. Perez Lopez in 1. dist. 7. q. 6. art. 5. Lychetus in 2. dist. 23. q. 1. Aquila in 2. dist. 23. q. 1. Durand tom. 2. tract. de Ang. disp. 13. q. 1. Niſe tract. 2. p. 2. q. 3. Maſtrius in Phis. disp. 10. art. 2. Cavellus lib. 2. Metaph. q. 6. Poncius disp. 14. Phis. nu. 29. Delgadillo tract. de Ang. cap. 7. diff. 2. Rada in 2. Controv. 11. art. 1.

48. Ex Scholâ Eximiâ Suarez lib. 3. de Ang. cap. 7. & lib. 7. cap. 3. Oviedo Controv. 14. Phis. punt. 7. num. 1. Quiròs de Deo, in Ind. q. 7. art. 2. dub. 1. Hurtado disp. 13. Phis. sect. 3. Carleton disp. 46. Phis. sect. 8.

322 PRIMI LIBRI SENTENTIARVM.

Lyaze lib. 7. tratt. 3. cap. 2. Arriaga disp. 13. de Infin. scđt. 3. Spinula in Phis. disp. 9. scđt. 7. Herrera de Ang. q. 13. scđt. 1. Echeverria de Ang. disp. 10. cap. 1. & seqq. Ex alijs D. Bonaventura in 1. dist. 44. q. 1. & in 2. dist. 23. art. 1. q. 1. Aguirre tom. 1. Philos. disp. 24. scđt. 1. Lalemandet disp. 7. part. 4. num. 16. Blasco in Curs. tom. 2. lib. 10. dist. 44. q. 1. art. 2. & 3.

49. QVÆST. 6. An Deus possit producere infinitum in actu? De quo, distinctione 24. quest. 1.

50. QVÆST. 7. An Deus semper vellit id, quod est optimum? De quo, distinctione 6. quest. 3.

DE VOLVNTATE DEI, ET

DISTINCTIONIS

Quæ vel sunt, vel erunt, vel quondam facta fuere.

Cunctorum ratio est unica velle Dei.

Sic incipit: *Iam de voluntate Dei, &c.*

Sic terminat: *Et consilium, quæ non implet.*

1. **C**ONNECTITVR hæc distinctio cum superiori. In illâ ostendit Magister, qualia divina potentia producere potest; & habentis de scientiâ Dei determinat; sed in praesenti de eius divinâ voluntate incipit pertractare: igitur superiori distinctioni hæc aptè consequens distinctio.

2. Consequentia probatur: in munere operandi prius cœ ea, quæ sunt de linea intelligendi, quam ea, quæ ad lineam spectant: ergo & in ordine differendi prius agendum erit de scientiâ Dei, eiusque potentia, quam de voluntate; sed in superioribus distinctionibus hucusque egit Magister de scientiâ, & potentia Dei; & modò determinare incipit immediatè de divinâ voluntate: ergo bene istæ connectuntur distinctiones.

3. Dividitur hæc distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ ostendit Magister, quid sit voluntas Dei. In secundâ vero docet, quomodo non debeamus querere causam voluntatis divinæ. In tertiâ

LITTERALIS EXPOSITIO.

323

autem, & ultimā expendit, quōd modis accipiatur voluntas divina.

4. PRO PRIMÆ igitur partis declaratione, hæc ponitur conclusio: *Quāvis voluntas Dei sūt idem quōd Deus, vel divīna essentia, non tamen est illa, quæ sibi, idest, voluntati subditur. Q*uam conclusionem ut probet Magister, inquirit: An voluntas divina ab essentiā distinguatur? Et responderet, quōd licet sint idem realiter, tamen ratione, scū quovis alio distinctionis genere, in Scholis iam recepto, differunt.

5. Probat primō assertum: eādem indistinctione possent scientia, & essentia in divinis; ac voluntas, & ipsa essentia; sed scientia, & essentia sunt idem realiter in divinis, & solum ratione differunt: ergo & essentia, & voluntas. Modò sic; sed propter hanc diversitatem aliqua attribuuntur essentiæ, quæ scientiæ divinæ non aptantur: ergo ob eandem rationem poterunt aliqua a tribui voluntati, quæ non valent, erat voluntatis, in quōd divina essentia non subditur.

*I*lli vero voluntas foret in essentiā distinctione, in Deo motus internus, eò quōd sit vitalis, arguereturque mutabilitatem in Deo: igitur voluntas divina ab essentiā realiter non dissidet; tametsi ob distinctionem rationis, sive ex naturâ rei aliqua, valeant attribui vni, quæ alteri aptari non valent.

7. Tertio: suppositâ identitate voluntatis divinæ, & essentiæ, Deus dicitur velle omnia, non tamen dicitur, Deus est omnia: ergo sola distinctione rationis, sive Scotica sufficit, ut aliqua attribuantur Deo ratione voluntatis, quæ ratione essentiæ ipsis non possunt aptari.

8. Confirmat assumptum expressius Magister in essentiâ divinâ. In Deo enim idem est scire, quōd esse; sed non obstante hanc identitatem essentiæ, & essentia, non dicitur, Deus est omnia, estò dicatur, Deus omnia: ergo identitas inter essentiam, & voluntatem divinam non impedit ea, quæ donantur Deo ratione voluntatis, attribuantur illi essentiæ; imò oppositum concludit ob distinctionem rationis, quamcumque aliam in Scholis à Doctoribus, commendatam.

9. Idipsum iterum confirmat Magister: in divinis idem est posse, quōd esse; sed de Deo dicitur omnia posse, non verò omnia esse: igitur illa, quæ aptè verificantur de Deo respectu voluntatis divinæ, non verificantur de ipso respectu essentiæ, & è contraria. Et ratio est; quia aliter significantur *Omnia*, dum Deus dicitur esse omnia; ac dum dicitur velle, aut scire omnia; nam Deum esse omnia, significat, Deum identificari omnibus, quod falsum est: Deum verò velle omnia, tantum significat,

omnia esse obiecta divina voluntatis, quæ Deo identificatur, quod verum est: ergo. Et hæc de primâ distinctionis parte sufficiant.

10. PRO SECUNDÆ verò partis declaratione, hæc alia ponitur thesis: *Non est querenda alia causa voluntatis divinæ, cùm ipsa sit causa omnium, quæ producuntur in tempore.* Quam probat primò Magister authoritate Divi Augustini lib. Quæst. 83. quæst. 28. dicentis: *Qui querit, quare Deus voluerit mundum facere, causam querit voluntatis divinæ.* Sed qui querit causam voluntatis divinæ, querit aliquid maius voluntate divinâ: ergo cùm nihil sit maius voluntate divinâ, non erit querenda alia causa omnium, quæ producuntur in tempore, nisi ipsa voluntas divina.

11. Secundò, si ~~est~~ causa aliqua voluntatis divinæ, hanc ipsa revera antecederet; sed non voluntatem divinam arte revertit, nec antecedet valet: ergo quia null' ~~est~~ causa voluntatis divinæ, cùm revera omnium causa, quæ p.

12. Tertiò, voluntas ret alia causa voluntatis divinæ, omnia mandem, cùm non foret causa causæ suipius: ergo cùm voluntas divinæ sit omnium causa, nulla alia illius erit querenda causa.

13. Quartò ex Augustino lib. 3. de Trinit. cap. 4. nullus est effectus, sive solitus, sive insolitus, & rarus, qui egreditur sine voluntate Dei: ergo quia voluntas divina est prima rerum omnium causa; sed causæ primæ nulla alia est querenda causa, alioquin causa prima, & universalis non foret: ergo.

